Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala B
Estante 56
Tabla
Número 60

Del colleg. de la comp. de Jesus Granada B-4119

Petri Criniti Viri eruditissimi
De honesta disciplina lib. XXV.
De poetis latinis. lib. V.
Et poematum lib. II
Cum indicibus suis.

Cũq; tabellis alphabeticis rerũ di
ctorũq; insignium ad finẽ cuiusq;
operis nuper ab ascensio collectis
& appositis.

Por comision de los S. Inquis. de
Corregido conforme al
expurgatorio de 1640.
Diego de Ribera

Nihil denuo inventum est
expurgandum ... vidi
an. 1707. Granatae ...
an. 17..

Venundãtur in vico sancti Jacobi
ab Johanne paruo & ipso ascensio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Bibliotoca Universitaria
GRANADA
Sala 12
Estante 56
Tabla
Número 60

R. 4919

Petri Criniti Viri eruditissimi De honesta disciplina lib. XXV. De poetis latinis. lib. V. Et poematum lib. II Cum indicibus suis.

Cũq; tabellis alphabeticis rerũ dictorũq; insignium ad finẽ cuiusq; operis nuper ab ascensio collectis ⁊ appositis

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Venundãtur in vico sancti Jacobi ab Johanne paruo ⁊ ipso ascensio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

L08

Iodocus Badius Ascensius Spectatissimo viro domino Germano Ganaio. S.D.

REdit ad te Germane: præclarū totiꝰ [illegible] honesta Petri Criniti disciplina (ab largitate eñi tua eius ipri mēdę facultas nobis facta ē) tribꝰ & nonagita poetis: togatis fere: ꝑclaris certe oïbꝰ: & nō paucioribꝰ eiusdē authoris comitata poematis. Mirū aūt dictu ē quātū gestierint: exultauerint: exclamauerint: & sese præ gaudio continere nequiuerint: tot egregii poetę dii boni: quales animæ: vbi intellexerūt se hospitio recipiēdos abs te viro laudatissimo: quippe qui totꝰ es oculus totꝰ animꝰ: totꝰ iudiciū inq̧ eam domum vbi ipsa honestas sua habet gynęcea: sua artes bonę penetralia: sua musæ ipsæ cōuenticula: ita vt nō tam poeticā illam farraginē: cuiꝰ Satyricꝰ ille meminit: Frontonis platani: cōuulsaq̧ marmora clamēt Semper & assiduo ruptę lectore colūnæ: q̄ triclinia tua honestissimo cuiq̧ patentia oñigenū probatæ disciplinæ genus resonent. Nec Socratica symposia doctius de moribꝰ: nec Macrobianæ cœnæ argutius de litteris disquirunt: q̄ tui cōuictores de oñi cū humana tū diuina sapientia. In istā inquā domū tot latinæ poeseos ꝓceres admitti exultant: frōtemq̧ ac habitū omnē sic cōponūt vt nō dubitē ex eorū accessu splēdori isti lumē aliquod accessurū. Est eñi (vt i secūdo officiorū attestatur Cicero) Valde decorum patere domos hominū illustriū illustribꝰ hospitibus. Quod isti vnice ac felicissime cōtingit: qppe quæ fratri tuo Magno nūc Frācię Cancellario: & nup senatus Parlamētaris præsidi primario toties patuit: atq̧ vt ad Nestorios annos pateat: optimū maximū cōprecamur deū. Vale dulcissimū honestæ disciplinæ præsidiū. Ex chalcographia nostra ad Idꝰ Iunias. MDVIII.

Eiusdem argumenti Octostichon Ascensianum.

EN Germane tibi Criniti prorsus honesta
Disciplina redit: pumice tersa meo.
Sed comitata tribus nonagintaq̧ togatis
Vatibus. & lepidis blandula carminibus:
Qualia sidoniæ mensæ Crinitus ioppas
Dicitur aurata personuisse lyra.
Scilicet egregiam (qualis Ganæia) mensam.
Conuictor doctꝰ: verbaq̧ casta decent.

Librorū de honesta Disciplina Capita

Petri Criniti Cōmētariorum de Honesta disciplina:

CAPITA LIBRI PRIMI.

Caput primum.
De triplici tentorio Tamburlani scytharū principis: & qua cōditione impe. maximus in cōspectū & aciem hostium accederet:
Caput. ii.
Quibꝰ disciplinis atq̧ ꝑceptis Persarū Reges filios instruerēt: & qua potissimū ętate ex Platonis Alcibiade.
Caput. iij
De Psyllis: ac Marsis: eorūq̧ potestate ĩ venenis tractādis: ac de Exagono legato in doliū serpētū coniecto: & de Sillographis authoribꝰ nō nihil.
Caput. iiij.
Anacharsis scythę sētētia de populari Athiniēsium statu: & quo pacto ppl'i administratio ab honestis & prudētibus viris fugiēda & detestanda sit.
Caput. v.
Pacuuii poetę carmen relatū de fortuna: eiusq̧ multiplici ptāte: & qd itē de eadē. C. Ply. scripserit.
Caput. vj.
Q̄ erudite Plato philosophꝰ scripserit hoïes iracundos memoria ꝑstare: graues autē obliuione: tū de Tharcensibus populis: & cęli potestate.
Caput. vij.
De obitu Hermolai Veneti: & Pici Mirādulę officio erga eundē: cum pestilentia in vrbe laboraret.
Caput. viij.
De sęuitia Fuluiæ in Cicerōis caput & qua ignominia habitus sit ex Dionis historia: & carmen Seueri poetæ additū de eodem Cicerone.
Caput. ix.
Taciti verba explicata ĩ iudeorū historia: & quo pacto christiani etiā sunt Asinarii appellati: quaq̧ ignominia. Christi effigies in antiquis depicta fuerit: in quo insolentiam pariter atq̧ odium contra Christianam religionem ostenderunt.
Caput. x.
Dictum nimis improbum ac nefandum Theodori Gazæ cū Bessarione philosopho super doctrina diui Hieronymi: & quo modo iniquius pro Ciceroniano fuerit accusatus.
Caput. xi.
De Socratis cōstantia cū vxoribus: ac de eius effigie & deformitate ex Hieronymo: tum de imaginibus philisophorum in veterum gymnasiis.
Caput. xij.
Quanta prudētia ac doctrina Messalla Coruinꝰ prętiterit: & quo modo pręfecturā Romanę vrbis recusauerit: vt inciuilē: atq̧ imoderatā dignitatem
Caput. xiij.
Chistrianos fuisse per ignominiam Semissios & Sarmētarios vocatos. & q̄ semisses hoïes pro minutioribus: & ignauissimis a veteribus dicantur.
Caput. xiiij.
Anquiro: & anquisitiones: vocabula eē Romana & honesta: quibusq̧ authoribus id asseratur contra quorundam inscitiam.
Caput. xv.
Q̄ eodē die natalis Alexādri Macedonis fuit: & templi Dianæ Ephesiæ cōcrematio: ac de authore ipso incendii cognitio non iniocunda.
Caput. xv.
De doctrina Annei Senecę philosophi: & eiꝰ sētētiæ allatę: quę sint ab oïbꝰ edіscēdę: & obseruādę
Caput. xvij.
Q̄ sit grauissimū scelus auaritię crimē: ac verba ibidē ex epistola Cassij: & alia ex Sallustio ad id pertinentia. Caput. xviij.
Indigitare deos quid sit: ac de indigitamētis: & quid dij indigetes vocati sunt ex multis authoribꝰ

CAPITA LIBRI SECVNDI.

Caput primum.
Remediū de soluendis amoribus: cū mirifico exemplo Faustinę: ac de natali Cōmodi impe. qui omnium crudelissimus fuit.
Caput. ij.
De studio ac litterarijs vigilijs: Pici Mirandulæ: tum inibi Apologus perelegans de Furio Cresino ex Pliniana historia allatus.
Caput. iij.
De subsellijs: eorūq̧ vocabulis: & quid maxime scipodiū: quid Scamellum: & quid suppedaneum ex veterum authoritate.
Caput. iiij.
In vitę officiis habendam generis ac dignitatis hominū rationem: & q̄ prudenter ab Hadriano impera. factum sit cōtra ignobilē libertum: ac ibidem quoq̧ de Augu. Octauij prudētia & ciuilitate in re simili. Caput. v.
De generibus fulminū: quę videlicet postularia quę pestifera: & perēptalia sint; ac de procurandis fulminibus & decēuiralibus tabulis: ac de fulguritis arboribus copiose explicatum.
Caput. vj.
Q̄. C. Plyniꝰ a græcis dissentiat de obitu poetæ Sophoclis: ac de his etiā nō nihil q prę nimio gaudio interierint. Caput. vij.
Quid apud veteres fuerint Brutiani serui: & qua ignominia sint a Romanis habiti Brutij populi: q ab illis desciuerint: tū non nihil etiam de comicis lorariis. Caput. viij.
Quo cōmento Pixodorus pro deo habitus sit: & de marmoris inuentione: ac de Lapidiciniis non nihil ex Theophrasti libris.
Caput. ix.
De ętate Cōstantij impe. & Narsetis: ac de epla

Regis Saporis ad impatorẽ Constantiũ:& quid ab eo responsum fuerit ex Marcellini historijs.
Caput.x.
Quo artificio tonitrua in scænis olim ederentur: ac de Metelli Pij modico luxu: atq; libidine ex Sallustij verbis:& quo modo imitatus ea sit poeta Vergilius: cum de Salmoneo agit.
Caput.xj.
Quę causa fuerit vt mithologi scribant gigantũ pedes in volumen desinere: & Lampridij verba ex posita de Cõmodi imperatoris crudelitate.
Caput.xij.
Q; grauiter ac satyrice Io. Picus Mirandula contra inertes & otiosos homines verba habuerit:& q; Solon in suis legibus damnandos censuit: ac inibi elegantissimi versus positi ex Enniana satyra contra istos otiose oscitantes.
Caput.xiij.
Q; his maxime verbis Politian⁹ se oblectari dicebat: vt sunt reciprocicornes arietes: & bestiæ exungues:& excornes:& alia ibidem addita.
Caput.xiiij.
Disputatio de repub. habita: ac de imperio Venetum:& Apologus elegans de pinu & cucurbita.
Caput.xv.
De oraculo a Maximino impatore instructo cõtra Christianos: & ibidem de constãtia Christianorũ: quibusq; verbis cõtra Romanos p̃lides vterẽt.
Caput.xvj.
Qui grãmatici de origine verborũ scripserũt: & vnde hęc verba auidus & inuidus dicta sunt perelegans & erudita enucleatio.

CAPITA LIBRI .III.

Caput primum.
Q; Plato philosophus inuidiæ morbo laborauit:& q; infensus Xenophõti: at Democrito fuerit: cuius etiam libros extingui cupierit.
Caput.ij.
Disputatio habita inter Hieronymũ Sauonerolam & Picum Mirandulam de philosophia veterũ cum christiana academia:& quid item vetustissimi de ipso deo senserint: id est Moses: Mercurius: Zoroastres & Pythagoras.
Caput.iij.
Q; apud nostros quattuor idiomatũ genera fuisse tradantur: hoc est priscũ: Latinũ: Romanũ:& mixtum: de quo maxime tempore floruerũt: ac de Hetruscis etiam litteris non nihil.
Caput.iiij.
De noĩbus Romanorũ:& q; a Sabinis prenomẽ acceperint: ex fœdere cum Romanis facto: tũ qua die Romani nomen assumerent.
Caput.v.
Qui maxime apud latinos de sacris: ac põtificijs verbis scripserint:& qũo reus & dãnatus inter se differunt: tum ex iure ipso pontificũ verba exposita
Caput.vj.
De viribus atræ bilis: ac de Eutilocho: & poeta Malacho: q̃ grauiter eo morbo ad ĩsaniã vexarenẽ
Caput.vij.
Quo habitu.& forma esset Romana toga: ac de alijs vestibus: quę cuiq; populo ascribantur: tũ alia ibidem non iniocunda addita.
Caput.viij.
Q; iniquo animo Pub. Vergi. fuerit cõtra grammatistas: atq; ineptos litteratores: ac eiusdem elegans dictum super illo enigmate.
Tris pateat cœli spacium non amplius vlnas.
Caput.ix.
De his hominibus qui se ipsos in puteũ iaciant: & quid in causa: exẽplis de Laurentiano:& alijs adductis.
Caput.x.
De populis qui humana carne vescantur: & quę Hieronymus de Scottis gẽte Britãnica scripserit.
Caput.xj.
De lapide caristio mirifica obseruatio: q; ex eo vestes cõtexantur: atq; in ignẽ positę a maculis emũdentur.
Caput.xij.
Locus in epistola. M. Tullij ad Trebatiũ expositus de Philoctete: q̃q; imprudenter a quibusdam deprauetur: ac falso exponatur.
Caput.xiij.
Veterũ cõsuetudo relata de Bactrianis populis: & de Atrijs in furtis multandis ex authore Bardesane: ac de Aegyptijs & Lacedęmonijs: qui impune furtum facerent.
Caput.xiiij.
XXX. milia deorũ a poeta Hesiodo celebrati: & a. M. Varrone. ccc. Ioues:& q̃ ridicula foret veterũ de his opinio.
Caput.xv.
Qui sunt apud Aegyptios Sarabaytæ sacerdotes:& de eorũ moribus: atq; improbissima simulatione ex Augustino:& Hieronymo.

CAPITA LIBRI .IIII.

Caput primum.
Dignũ mẽoria de rege Pisistrato: quo astu: atq; cõmento cõtra aduersarios sit vsus pro firmando impio: tũ de eius quoq; tyrãnide nõ nihil ex verbis Solonis.
Caput.ij.
Quo studio ac diligẽtia factũ sit a Romanis: vt libros Magõis agro de colẽdo in latinũ cõuerterẽt tũ aliud exẽplũ de Cor. Taciti historia: quo honore a Tacito impatore habita:& in bibliothecis locata fuerit.
Caput.iij.
De Censorũ potestate: ac de triplici pœna in Romanos:& q dicerẽtur in ęrarios relati: ac ibidẽ subscripta verba ex antiquis legibus de ipsis cẽsorib⁹.
Caput.iiij.
Quantũ bonis p̃ceptoribus discipuli debeãt: ac de Alexãdro Macedone erga p̃ceptorẽ Aristotelẽ tum de eius quinquaginta libris de animalibus digna prorsus memoria.
Caput.v.
De p̃fectis siluarũ apud Romanos:& de maioribus ac minorib⁹ puincijs: ac inibi illud Vergilij expositũ: Si canimus siluas: siluę sunt consule dignæ contra aliorum sententiam.
Caput.vj.
Q; in solstitiali tempore frondes in quibusdam arboribus conuertantur:& q̃ bruma augeri minuiq; sit obseruatũ a Stoicis ex Lunæ viribus.
Caput.viij.
De Philemone poeta comico: eiusq; mirando interitu: ex Luciani historia:& aliorũ commentarijs.
Caput.viij.
Quid mulsum apd̃ veteres in sacris: ac Titij verba posita de hoc: tum Romuli Pollionis dictũ ad Octauiũ Augu.& alia obiter non iniocunda.
Caput.ix.
Quid apud veteres sit vrbẽ Romã fuisse ad æq̃librium positã:& q; æquilibritas vertitur a. M. Tullio q̃d est grece isoromia tũ non nihil etiã de differẽtia inter Vrbem & Romã: ex doctrina iurisconsultorum.
Caput.x.
De Pythagorica philosophia:& de Iani fronte quadruplici: ac de Manasse Rege: eiusq; statua cũ facie quintuplici.
Caput.xj.
Quomodo accipiendũ sit apud Varronem limbus. xij. signorũ:& vnde cœlum & mundus dicantur: simulq; versus additi ex Varronis Menippeis q̃ venustissimi.
Caput.xij.
De quibusdã legibus:& eorum p̃mio: qui hostes multos interemissent: ex libris Aristotelis:& q̃ Firmianus contra Ennium & Ciceronem protulit.
Caput.xiij.
Petronij arbitri carmen appositum: in quo ciconiã pietaticultricẽ:& gracilipedem dixit: tum inibi de alitis eiusdem pietate non indigna relatio.
Caput.xiiij.
De legatione Gallorum ad Regem Alexandrũ ac de illorum congrua:& oportuna responsione cõtra ambitiosam Regis insolentiam.
Caput.xv.
Poetæ Vergilij versus appositi de Numa Rege: q; canus in adolescentia fuerit: & q; Strabo idipsum de. L. Tarquino rege rettulerit.

CAPITA LIBRI .V.

Caput primum.
Q; multiplici doctrina præstet Io. Picus Mirandula:& iudicium ab eo egregie factum: de hebræis græcis: atq; latinis doctrinis: earũq; differentia.
Caput.ij.
Creditum esse ad gratiam & formam conferre cibum ex lepore: tum lepida historia de Alexandro Seuero iperatore: additis versiculis non iuenustis.
Caput.iij.
Q; optimi oratores in dicendo exciderint.
Caput.iiij.
Q; Romani homines initio imperij contempserint meliores disciplinas:& quando ipsa poetice in vrbem accessit: tum fuisse grassatores dictos a Romanis poetas:& Horatij versus expositi.
Caput.v.
Qui maxime dij extra vrbem Romam templa habuerunt:& qua ratione: tum quod idem Romani ex Solonis legibus sepulchra extra vrbem haberi voluerunt.
Caput.vj.
De Traiano Augu. cum præfecto militum: eiusq; sermone ad eum: ac de eiusdem imperij gestis ac victorijs maximis.
Caput.vij.
Cautum ex. xij. tabulis contra eos qui alienas segetes excantare:& pellicere tẽtassent:& Plynij verba notata & exposita. inibiq; prodigium maximũ ascriptum de agris Vectianis.
Caput.viij.
Quantum pro veritate inuigilandum: ac Indorum philosophis: eorũq; studio p̃ veritate: ac pœna perpetui silentij contra mendaces.
Caput.ix.
Q; erudite Pythagoras hominũ ætatem in quatuor partes diuisit: atq; inibi etiã de Seruio Tullio: qui romanorũ ciuium tris ætates notauerit: ex Tuberone:& Gellio.
Caput.x.
Quo cõmento: atq; senitia Iulianus imperator contra christianos desęuiret: ac de eius libris cõtra Christum:& qui maxime illis responderunt.
Caput.xj.
Q; egregie doctus in omni philosophia Vergilius fuerit: quomodo ea quæ de inferis:& cãpis Elisijs scribit: ex Gobria mago trãstulerit apud Academicum Xenocratem.
Caput.xij.
Qui sint apud. M. Ciceronem pentelici hermæ ac de pentelicis columnis atq; lapidicinis diligenter multa exposita.
Caput.xiij.
Q; docile animal ac placidum sit elephas:& q; per funes incedere discat: tũ de funambulis: ac funerepis hominibus.
Caput.xiiij.
De Mythra deo: qui pro sole: apud persas colit: deq; illius simulachro: ac de Mythriatis sacris copiose explicatum.

CAPITA LIBRI .VI.

Caput primum.

Petri Criniti De honesta Disciplina.

De Bellisarij pricipis epistola ad Regem Totilam: cum is de vrbe Roma diruẽda cogitaret: quibusq; verbis ab infando consilio deuastandę vrbis eum deflexerit.

Caput.ij.

Q̃ sit cautim loquendum apud principes: tum de Rege persarum Cãbise: & Traxaspe nobile exemplum: & quomodo præstant apud Persas q amplius bibunt.

Caput.iij.

Non esse populo vulganda: quę arcana in sacris sunt: ac Vergilij carmẽ expositum ex Eleusinis sacris: procul o procul este prophani & item de Numenij somnio digna obseruatione historia.

Caput.iiij.

De Gallonij sumptu ac dapibus verba in oratiõe Ciceronis exposita: atq; ibidem Luciliani versus appositi: cum Horatiana imitatione de Gallonij acipenserc.

Caput.v.

Quibus verbis Caracalla imperator cum Iulia nouerca pudore vendito sit congressus. quantũq; flagitij & malorum ex nimia imperãdi licentia oriat.

Caput.vj.

De studio philosophi Euclidis in bonis disciplinis: ac de Hieronymo etiã q̃ vehementer & assidue inuigilaret: tum quibus præceptoribus atq; vrbibus doctrinam acceperit.

Caput.vij.

De.xvj. Cœli regionibus: & quę numina cuiq; sint ascripta: ex Mineo Capella relatum: & alia obiter addita.

Caput.viij.

De litterarum notis in veterum causis. tum de silentio in iudicijs: ac Plautinus iocus expositus.

Caput.ix.

De mollitie Hortẽsij oratoris: ac Demosthenis tum perlepida historia de Hortensij munditia: qui diẽ collegæ dixit: q illi togę structurã deturbauit.

Caput.x.

De sæuitia. L. syllæ: & Vedij Pollionis: qui seruos in piscinas conijcerẽt ad Murenas: & de Octauij August. animo contra eam feritatem.

Caput.xj.

De Lecanomantia veterum: quomodo & quib⁹ sacris fieri consueuit: ac de voce: & natura dęmonũ & alia ibidem ex Ioanne Zeze repetita.

Caput.xij.

Quibus elemenris atq; initijs amantia dicantur cõstare: ac de quĩta essentia ad vniuersum orbẽ disponendũ: atq; absoluendũ: ibidẽq; Mercurij Aegyptij verba relata: & Vergilij carmen expositum.

Caput.xiij.

Relatum de Carmanis populis: q̃ mirifica eorũ consuetudo sit: in suspendendis occisorum capitibus: & eorum linguis esitandis.

CAPITA LIBRI.VII.

Caput primum.

De ingenio & eruditione Gregorij Mazianzeni & Basilij: quo affectu ac studio simul ab humanis litteris ad sacras & diuinas concesserint.

Caput.ij.

De Hieroglyphicis Aegyptiorum litteris: ac de vulture & ape: eorũq; Symbolo: tum de cruce etiã ipsa nobilis consideratio.

Caput.iij.

Factum memorabile Octauij Romani oratoris cum Rege Anthioco: & de sagminibus legatorũ: quę in clarigatiõe gestabãt: ex iurecõsultis & alijs.

Caput.iiij.

Qui de ingenio dęmonũ scripserint: ac de Gnosticis & Euchetis: quibusq; sacris dęmonem se concipere putarent: digna memoria obseruatio.

Caput.v.

De maximiani impatoris sęuitia in Christianos. & q affectus morbo animum cõmutarit: tum eiusdem edictum positum pro religione ipsa christianõrum.

Caput.vj.

De municipibus Romanorũ populis & q̃d apđ Horatium sit: digni cærite cæra: expositũ eius carmen: tum quibus causis atq; ratiõibus municipes Romani essent copiose explicatum.

Caput.vij.

Quo animo Cæsar anticatões libros scripserit & quantũ Catoni inuitus concesserit: cum ei⁹ ebrietatem repræhenderet: aliaq; non contemnenda de Ciceronis inconstantia ascripta.

Caput.viij.

De impositione nominum apud comicos poetas: & quid inter se differant: cylones & Chilones: ac ibidem Ciceronis verbum explicatum: contra quorundam sententiam.

Caput.ix.

De spacio humanæ vitæ: & adnotanda obseruatio de pondere humani cordis: quomodo crescat & decrescat: ex anatomica Aegyptiorum obseruatione.

Caput.x.

Quomodo a mathematicis vitę hominũ finis asseratur: ac de ætate Mosis ex Trebellio Pollione. ac de Xenopholo musico non nihil.

Caput.xj.

Quantum Publius Vergilius & a. M. Tullio laudatus fuerit: & quo honore ab vniuerso Romano populo habitus: cũ carmen in theatro recitaret.

Caput.xij.

De historia. T. Liuij: q in libros ab authore ipo diuisa fuerit non in decades: contra aliorũ opinionem: tum quibus id authoribus comprobetur.

Caput.xiij.

Librorum Capita.

De Bonifatio Romano Pontifice: eiusq; insolẽtia & ambitione: tum eiusdem scelestũ facinus relatum cõtra Prochetũ Archiepiscopũ: ac de improbitate & impudentia Christianorum Pontificum.

Caput.xiiij.

Scitũ responsum Aristippi: cũ rogaret cur homines doctiores diuitũ domos: atq; principũ frequenter adeant: minime autem ad eos diuites.

CAPITA LIBRI.VIII.

Caput primum.

De Simone Samarite: qui mag⁹ dicitur: & quomodo in vrbe pro deo habitus sit: & quo cultu: atq; honore fuerit: & ex Tertulliani apologetico: & alijs authoribus:

Caput.ij.

De Aegyptiorum antiquitate: eorũq; vrbibus ex Pomponij commentario: ac de alijs etiam regionibus non nihil obseruatum.

Caput.iij.

De triplici dicendi genere apud veteres: & quo maxime stilo vsi sunt Romani: Hispani: & Punici authores ex Mirandulæ sententia.

Caput.iiij.

De falsitate oraculorum q ad principum nutũ ferebantur: exemplo Philippi Macedonis: vt Demosthenes: & alij probarunt.

Caput.v.

Annei Senecæ locus in epistolis expositus de meta sudante in vrbe Roma: ac de Pub. Victore: qui de regionibus vrbis scripsit.

Caput.vj.

De Milonis Crotoniensis robore: e Pausania: ac de Maximino: & Firmo Romanis Imperatoribus quo robore: & qua forma fuerint.

Caput.vij.

De his qui fœcundiores fuerint ad prolẽ pcreãdã: ac Proculi Aug. verba de ingẽti eiusdẽ libidie.

Caput.viij.

De.xij. Romanis dijs: & eorum noĩbus: qui singulis mensibus apud veteres pręponerentur: ex antiquo marmore: ac Ennij carmen additum.

Caput.ix.

Veterum poetarum carmen relatũ contra Chaldęos & Ariolos: & qua ratiõe minime sit illis adhibenda fides: ex sententia philosophi Fauorini.

Caput.x.

De crimine scopolismi in Arabia: & locus apud iureconsultos emendatus: ac leges item contra eos: qui limites ac terminos extrahunt.

Caput.xj.

De authoritate maxima Imperij Romanorũ: & epistola Belsolis regis ascripta de Valeriano Cęsare Augu. capto.

Caput.xij.

De fulminitis: & fulguritis arboribus: ac de Ioue fulguratore & tonitruali in libris aruspicum: aliaq; ibidem addita de fulminibus.

Caput.xiij.

Quæ sit lex annaria in veterum scriptis: & quid hoc verbum æuitas significet in.xij. Tabulis.

CAPITA LIBRI.IX.

Caput primum.

De magia Dardani: eiusq; libris e sepulcro a Democrito erutis: ac de gręcis philosophis: q ad Aegyptios perrexerunt.

Caput.ij.

De Bonoso imperatore: & eius vinolẽtia: ac iocularẽ dictum in eius obitu pendere amphorã: tum de lege Symposiaca in potationibus.

Caput.iij.

De dijs regionum atq; vrbium: quibusq; nominibus appellarẽtur: ex Tertulliano: Origene: & alijs authoribus.

Caput.iiij.

Anacreontis carmen ascriptum venustissimum de poculo: & in latinis cõuersum quod apud Gellium deprauatum est.

Caput.v.

De Magia Aegyptiorum: & qui in ea pręstiterũt ac de.xxxvj. dæmonib⁹ & qua potestate polleãt.

Caput.vj.

Non esse viri prudentis in humanis cõfidere: & exemplũ nobile de iniquissima fortuna Bellisarij ducis.

Caput.vij.

De multiplici causa terręmotus: & Neptuni potestate: tum de terręmotu maximo: qui Tiberio imperante in Asia euenerit.

Caput.viij.

Historia de Leęnæ Meretricis constantia in tormentis: ac Tertulliani verba exposita: tũ de Theodoro et iam q̃ firmo & constanti animo fuerit.

Caput.ix.

De Leone imperatore: qui edicto cauit: vt omẽs imagines e templis: ac Basilicis Christianorum delerentur: & epistola Valentis: & Theodosij Augustorum de eadem re apposita.

Caput.x.

De Hicrophantis Atheniensium ad sorbitionẽ cicutæ: ac de Romanis sacerdotibus flaminib⁹ & pontificibus.

Caput.xj.

Q̃ egregia singulariq; doctrina præstiterit Mercurius Aegyptius in rebus diuinis: ac eiusdem verba ascripta de deo: de mente: & de animis: in libro de sapientia dei.

Caput.xij.

Qui sunt apud iurecõsultos iudices recuperatores in extimandis iniurijs ac de iudicio recuperatorio copiose explicatum.

Caput.xiij.

Q̃ imprudenter atq; imperite ab his erratum sit qui scirpum acceperunt pro ænigmate: & q apud authorẽ Gellium scrupũ: nõ scirpum legẽdum sit.

CAPITA LIBRI.X.

Caput primum.
De doctrina Gamalielis Hebræi:& quo iudicio probanerit Iesum Christũ pro deo accipiendum.
Caput.ij.
De Narsete Eunucho:& Sophiæ Augu.verbis ad eũ:ac respõsum Narsetis in fœminæ insolentiã.
Caput.iij.
De populi improbitate:ac de Exilio Aristotelis ꝙ impietatis accusatus in Chalcidem profugerit:tum alia obiter non iniocunda.
Caput.iiij.
Quę sunt maxime a dijs roganda:& quõ ex Platone:tum versiculi Persiani de votis peragendis.
Caput.v.
Quãtum concesserint Christo Roma.impera. Tiberius:& Hadrianus:ac de Alexãdro etiam Seuero qui Christum inter alia Numina adorauit.
Caput.vj.
Vnde apud poetã Vergiliũ ramus aureus:& viscus ĩ ilice:in Sexto Aeneidos:ac de magia Druydum Vergilij carmen expositum.
Caput.vij.
De Hetrusca disciplina:& quo studio Romani nobiles ad eam discendam mitterẽt:ac versus ibidem ex.xij.additi. Caput.viij.
De cura & periculis eorũ:qui imperio ꝓsunt:ac Saturnini Augu.verba ad hoc ipsum pertinẽtia.
Caput.ix.
De antiquorum ꝓprietate in carmine ĩ rebus exprimendis:simulq; Accij poetæ versus appositi ex Argonautis elegantissimi:&.Q.Ennij.
Caput.x.
Quæ ratio fuerit ne Flamines sacerdotes apud Romanos nodũ aliquem habere possent in vestibus & q̃ libera:& aperta esse debeat animorum cõiunctio inter amicos. Caput.xj.
De multiplici ac singulari doctrina.M.Varrõis & q̃d idem tñ a Palemone grãmatico contẽptꝰ fuerit ac iniquissima voce porcus appellatus.
Caput.xij.
Quid in libris iureconsultorum sint exconsules exquæstores:exprę fecti:& alia eius generis:ꝙq; subagrestia:& parum latina sunt.
Caput.xiij.
Biantis Prienei sententia relata:quo consilio ac ratione vti debeamus in decernendis causis inter amicos vel inimicos.

CAPITA LIBRI.XI.

Caput primum.
Mirificum ꝓdigium de fulmine ĩ natali.M.Tullij ex annalibus Eutropij:ac de viribꝰ etiam fulminum non nihil. Caput.ij.
De officio tribuni militũ ex sententia Aureliani Cęsa.Imp.& eiꝰ ep̃la ascripta ex Vopisci historia.
Caput.iij.
De Pythagorica Metamorphosi:& Laberij poetæ versus apd̃ Tertullianũ recogniti:atq; expositi
Caput.iiij.
De statua Niobes a praxitele:& ibidem Ausonij poetæ nobile epigramma ex gręco:tum de eadem Niobe ex Pausaniæ cõmentarijs.
Caput.v.
Historia ex.C.Plynio de Octauio Augusto quę oui augurio in sinu confoti:sexũ futuræ prolis pręnotauit:& alia item non iniocunda.
Caput.vj.
De origine dei Canopi.ac eiusdem simulacro:& quo cõmento ac fraude pro deo sit habitus.
Caput.vij.
Pacutianũ ænigma de testudine:ac versus eiusdẽ lepidissimi ex trægœdia allati:tũ locꝰ Tertulliani indicatus. Caput.viij.
Scita & elegans obseruatio ex lege veteri de re venerea:ac de edictis etiã Semiramijs ab Heliogabalo imperatore institutis.
Caput.ix.
De sæuitia Macrini impera.& qua crudelitate in adulteros animaduerteret:tum alia obiter addita.
Caput.x.
De nominibus militũ:& qui sint primani:tertiani:quitani:& eiusmodi alia apud Cor.Tacitum:& de quartarijs mulionibus apud Lucilium.
Caput.xj.
De Proculo:& Regillo Impera:& quõ per iocũ fortuna illudente imperij dignitatẽ adepti sunt.
Caput.xij.
Quid apud veteres significet sororiare:& q̃ sint mãmæ sororiãtes in puellis:ac ibidẽ expositũ quid fratriare & fraterculare ex Pompeii cõmentariis:& Plynii locus emendatus.
Caput.xiij.
Nõ credẽdũ esse.q̃d a.C.Plynio scriptũ est de.C Mecœnate:ꝙ insomnis ꝑ trienniũ fuerit:ac de his etiam qui somniantes inambulare consueuerint.

CAPITA LIBRI.XII.

Caput.primum.
Qualis doctrina Platonis fuerit:& q̃uo inter Pythagorã & Socratẽ medius fert̃:ex Numenii Pithagorici sententia. Caput.ij.
Quibꝰ viribꝰ polleãt.vij.planetę in hoĩm corpe ex Arabũ libris:ac de.xij.signis eorũq; potestate ex veterũ sententiis. Caput.iij.
Egregie factũ & ingẽti aĩo a Petro Caponio florentino cũ Carolo rege Gallorũ:in cõcerpendis tabulis corã eodẽ rege:cũ iniquiores contra rempub. viderentur. Caput.iiij.
Quot in Romano exercitu legiones forent:ex historia Polibij viri diligentissimi ac de centuriis & cohortibus non nihil.
Caput.v.
De ingẽti animo Iulij Cęsa.cum ad pontem Rubiconem:& edictum ascriptum:quod in ponte fluminis legebatur. Caput.vij
De peris & manticis:eorumq; nominibus:ac de pasceolo:& sacciperiis apud Plautũ:inibiq; de hippoperis apud Anneum Senecam.
Caput.vij.
De Romanis spectaculis:& ludis aparatissimis Probi imperatoris:cũ de Germanis triũpharet ex historia Flauij Vopisci.
Caput.viij.
De veteri Germanorũ repub.& eorum moribus institutis:ac legibus tam in militia: q̃ in relligione non contemnenda obseruatio.
Caput.ix.
Vrbane factũ a Claudio impera.de scypho surrepto a.T.Iunio in cõuiuio ac res ibidem explicata:
Caput.x.
Iudiciũ factũ ab Adriano imper.de Aegyptiis populis eorũq; moribus:ac ibidẽ epistola pelegãs Phlegontis Trulliani:ac de eius operibus nõ nihil.
Caput.xj.
Dictũ elegãs Phauorini philosophi de Hadriano imper.ac simile quiddam Asinij Pollionis cum Octauio Augusto. Caput.xij.
Verba Hieronymi exposita de Hismenia contra quorũdã inscitiã atq; ineptias tũ de Antigenide:& Hismenia tibicinibus non nihil additum.
Caput.xiij.
Deos æuiternos & æuitegros a poeta Ennio appellari:& Apulei verba apposita de diis æuiternis.

CAPITA LIBRI.XIII.

Caput primum
Pulcherrima descriptio de naturæ ordine ac potestate ex Bardesane Syrio:ac Pacuuij carmen allatum de re consimili.
Caput.ij
De malo ciuiliũ dissensionũ:& imago discordiæ elegãtissimis versibꝰ a Petronio Arbitro descripta
Caput.iij.
Romanorũ lex de diis colendis ac probãdis per s.p.q.r.ac de Christo etiam & quantũ Tib.Impera illi concesserit. Caput.iiij.
De nimia feritate Saporis regis cõtra Romanũ impera.Aurelianũ:ac de Tamburlano etiã principe simile exemplũ cõtra Baysettũ Turcharũ imperatorem. Caput.v.
De.L.Metello viro clarissimo:& ꝙ in tota vita decem pręcipua pro voto sit consecutꝰ:ac de Crasso etiam Mutiano:eiusq; insignibus.
Caput.vj.
Diligẽs adnotatio de gñibꝰ telorũ a c noĩbꝰ:& q̃ cuiusq; gẽtis sunt:tum de lancea & cestris non nihil
Caput.vij.
De Anatomice disciplina:& historia de Aristomene Messenio:qui hirsuto corde fuerit:ac ibidem relata quędam ex veteribus de humano corde.
Caput viij.
Quomodo Dioclitianus Cęsar imperij dignitatem contempserit:& quibꝰ verbis apud populum Romanum deprecatus sit.
Caput.ix.
Dissentire.C.Plynium ab antiquis scriptoribus de vrsis numidicis.& ꝙ in libya & Numidia celebrẽtur ex Solino:Herodoto:& aliis.
Caput.x.
De figuris & effigie elementorum ex Pythagorica doctrina apud philosophum Platonem.
Caput.xj.
Q̃z in Romana Theologia forent Deus Sæntinus:& Deus Vitunus.ac de dijs etiam selectis nonnulla ex Varronis & Augustini commentarijs.
Caput.xij.
Q̃z sit grauissimum crimen nimia in homine insolẽtia:& ꝙ pro comitiali morbo habeatur:atq; execretur a philosophis.

CAPITA LIBRI.XIIII.

Caput primum.
Q̃z ꝓbis moribꝰ & egregia doctrina Plutarchus ꝓstiterit:ac ibidẽ epistola eiusdẽ ascripta ad Vlpiũ Traianũ Augu. Caput.ij.
Sacricõmissum & impiecõmissum q̃uo inter se differant ex pontificũ legibus & quid significent.
Caput.iij.
De obitu dęmonum:ac memoranda historia de Panis interitu Tiberio Cęsa.imperante:ex Plutarcho:& Eusebio:tum de Christo etiam non nihil.
Caput.iiij.
Galieni Imper.dicta impudẽter cõtra Romanã rẽpub.& quo animo fuerit in acceptis cladibus atq; defectionibus. Caput.v.
Probro fuisse apd̃ Romanos vt equites:ac pedites in cœlibatu essent:tũ leges allatę contra cœlibatum:& quid item Moses:& Plato statuerunt.
Caput.vj.
De cẽtenariis cœnis:ac verba Tertulliani exposita:tum de lege Fannia & miliarijs apris & colũnis
Caput.vij.
De vrbanitate.M.Antonij cũ gręcis:& quo cõmẽto Atheniensium bladimẽtis illuserit:ac digno talione represserit: Caput.viij.
Quę sit apud Syrios dea Adagartis:ac de eius simulacro:& ꝙ virginis signũ pro iustitia sit a Nigidio figulo acceptum:eiusdemq; verba apposita.
Caput.ix.
De triplici nũerorũ ꝓpositiõe in arithmetice:musice ac geometrice:tũ de elegãti siĩitudĩe ad rẽpub.

De honesta Disciplina.

Caput.x.
De Romanorũ studio in bonis disciplinis:& relata contentio inter Lucullum: Hortensium & Sisennam de historia marsica componenda.
Caput.xj.
Qua vrbanitate Antoninus Geta Imperator p litterarum ordinem conuiuia struereet: quibusq; notis fercula ipsa prænotaret.
Caput.xij.
Q̃z nullę deorum imagines per.clx.annos in vrbe Roma fuerint ex Numæ doctrina:& q̃ Hebræj quoq; nullas in templis imagines haberent:aliaq; de templis atq; imaginibus memoranda.
Caput.xiij
An verum sit qd̃ de Numa & Pythagora notauimus ac ibidẽ probatũ habuisse Romanos temporibus Numæ regis imagines deorum
Caput.xiiij.
De Asclepiade Medico:qui lectos ęgrotis suspẽsiles primus excogitauit:ac de tricliniis versatilib⁹ imperatoris Heliogabali.

CAPITA LIBRI .XV.

Caput.primum.
Historia de Cleomede Pycte:& quibus gestis atq; honoribus claruerit ex Theodereto:& aliis authoribus. Caput.ij.
Nobile exemplum de Alexandro Macedone cõtra inutiles labores:& nimis curiosam sedulitatem.
Caput.iij.
Quidsint apud iurecõsultos reliquatores: & qd item reliquari:& reliquatio:ac loci aliquot in iureciuili expositi.
Caput.iiij.
Q̃z de pro q̃ apud veteres dici solitum:& Lucretij poetæ versus emendatus atq; expositus: tũ alia ibidem addita. Caput. v.
De Hadriani imperatoris ingenio & vrbanitate & quo talione Florum poetam repressérit: versiculis eiusdem relatis.
Caput.vj.
Dici solitum apud veteres trabes:canes: duces in singulari:pro eo quod est trabs:canis: & dux: & alia eiusmodi obseruata ex.M.Varrone & aliis.
Caput.ij.
Qui sint apud iurecõsultos Pedanei iudices:& q̃ itẽ Pedarij fautores & senatores ex cõmentariis atticis. Caput.viij.
Q̃z erudite a nostris iurecõsultis verba latina exponãtur: & quomodo apud eos liberi & parẽtes accipi debeant:non aspernanda obseruatio.
Caput.ix.
Quanta calamitas rei latinę accesserit ex interitu Hermolai Veneti: Pici Mirandulæ:& Ange. Politiani:tũ de liberalitate Laurentij Medicis erga Hermolaum:ac de iniquitate sui temporis.
Caput.x.
De dijs ipsis:eorumq; nominibus in Romanis sacris:qui segetibus ac frumentis p̃sidérent ex Varronis & Augustini libris.
Caput.xj.
Q̃z molli animo Artemon Periphoretus fuerit: & historia perlepida de mirifica eius formidine.

CAPITA LIBRI.XVI.

Caput primum.
Quę fuerit origo hetruscæ disciplinæ:ac de Tagete vate qui e glebis extitit:eiusq; libris diligenter obseruatum.
Caput.ij.
De serpẽtum natura & genio in Aegyptia theologia:& qua ratione accipitris caput illis addatur: aliaq; de accipitre memoranda.
Caput.iij.
De fœdere inter Gabios & Romanos:q̃ in corio bouis istar Clypei exaratũ fuerit:& vnde clypeis nomen:& quid item clypeare verbum designet.
Caput.iiij.
De viribus & ęgritudine amoris:ac de eius remediis copiose relatum ex Arabum cõmentariis.
Caput.v.
M. Varronis oraculũ de Romano impio qd̃ ex augurio.xij. vulturũ per.M.cc.annos futurũ esset.
Caput.vj.
Qui fuerint apud veteres Adamiani:& Nyctages hęretici:ac de Lychnobiis etiam hominibus: & Horatij loc⁹ expositus:tũ de his qui Himerobaptistæ dicerentur.
Caput.vij.
Quibus rationibus Agesilaus princeps:& Plotinus suas imagines effingi noluerũt:ac de Alexandro item Macedone non nihil.
Caput.viij.
Qui abecedarij:syllabarij:ac nominarij sint apd̃ Hieronymum:ac de Abecedario ex verbis Hieronymi & Augustini.
Caput.ix.
De Romanis vatib⁹ antiquissimis:eorũq; hymnis & canticis:tum qui dicerentur Mineruij: Ianales:& Iunonij versus.
Caput.x.
De.M. Antonio qui leonibus ad currum iunctis vehi consueuit :ac de Heliogabali portẽtoso ingenio:q leones:tigresq; & mulieres ad currũ iũxerit.

CAPITA LIBRI .XVII.

Caput.Primum.
Quot apud veteres Idiomata celebrentur:ac de illorum inuentoribus: tum perelegantes senarij depositi:& de Gordiani Impera.sepulchro.
Caput.ij.
De maximiani Imperatoris sęuitia & versiculis tra eum vulgo prolatis.

Librorum Capita.

Caput.iij.
Horatij carmen expositum de Cyclopo in scęna saltante:& de Cyclopeis ludis ex veterũ authoritate:ac Lucilij versus de Polyphemo.
Caput.iiij.
Quo habitu ac figura stilus eẽt apud veteres: ac de parte eius deletili:& quid item sit stilum vertere: ex Augustino:Hieronymo & alijs.
Caput.v.
Quę sint serperastra in geniculis puerorum alligata:& Aristotelis verba in politicis ex Varronis sententia exposita.
Caput.vj.
Quid sit ꝓprie lychnuchos:& emendata vox in Suetonij historia: tũ Lucretij poetæ Carmẽ addítum. Caput.vij.
Quid in veterum nummis sit. A.A.A.F.F.ac de tribunitia potestate ad nũmos signandos: tum locus ex decemuiralibus tabulis.
Caput.viij.
Qui sint apud iureconsultos directarij:& dirigere: ac restituta in pandectis verior lectio:tum quid apud gręcos ticobates intelligatur.
Caput.ix.
De Tertulliani eruditione:ac eius verba contra Marcionem hęreticum relata:& quo modo Hieronymus ea transtulerit.
Caput.x.
Mos veterum de mittenda imperatorũ imagie ad vrbem:si quando in absentia crearẽtur:& q̃ ipi iudęi nullas imagines Cęsarũ recipere voluerunt.
Caput.xj.
Qui sint apud Aelium Lampridium bene nasati homines:ac de imperatoris Antonini Heliogabali flagitiosa & infanda libidine.
Caput.xij.
De Architæ colũba volatili ex nœchanica eius disciplina:ac de Boethij philosophi pari ingenio & doctrina ad mœchanica quędam miranda efficienda: ex Cassiodori Varijs.
Caput.xiij.
Mirandum & adinaton videri q̃ a Iosepho traditur de Alexãdro Macedone: vt huic perinde ac Mosi mare Pamphilicũ patuerit cum transfretaret in Persas cum exercitu.
Caput.xiiij.
Aureliani impera.epistola ad Zenobiã Palmyrenorum reginam:& eius responsum q̃ alto & generoso animo ad eundem sit redditum.
Caput.xv.
Vndererũ principia atq; effectus in vita existãt: & quo mõ Astrologi:Physici:atq; Theologi inter se dissentiunt. Caput.xvj.
Quid sit morbus tonsillarũ:in qua maxime parte corporis:qualiq; origine dicantur tonsillæ.

CAPITA LIBRI .XVIII.

Caput primum.
De Hormisda Persarũ principe:& quo astu:atq; commento e custodia sit liberatus ab vxore.
Caput.ij.
Vergilij carmen emendatum cõtra quorundam inscitiam: furit intus aquai:ex Quintiliano & aliis authoribus.
Caput.iij.
Dictum Demosthenis de sua fuga:ac verba Tertulliani explicata:& quo pacto Cice.& Demosthenes in proprijs causis maxime degeneres: ac timidi fuerint. Caput.iiij.
Horatij poetæ versus expositi contra aliorũ sententiam de Attæ fabulis:cum inquit:
Recte nec ne crocum floresq; perambulet Attæ.
Fabula si dubitẽ:ac de Croco in scęnis copiose expositum. Caput. v.
Quid apud veteres muginari significat: & qũo ea voce vtatur Cicero:& quid item sit apud Varronem ex prouerbio minfacere.
Caput.vj.
Qui sint proprie milites ærediruti apud poetam Ansonium:ac eiusdem verba in epistola explicata.
Caput.vij.
Quo pacto Varronis verba in libro de agricultura emendari oporteat:& quo sensu accipienda sint.
Caput. viij.
Accij poetæ versus apud Apuleiũ recogniti & quo pacto mutuatus sit illos ex Acciana tragœdia
Caput.ix.
Egregie factum a rege Alfonso in legenda Liuij historia contra imperium medicorum:& de simultate inter eum & Cosmam Medicem.
Caput.x.
M.Ciceronis verba exposita de.L.Tubulo sacrilego:& Luciani versus additi de eodem:tum q̃ acri carmine Romanos ciues Lucilius exagitarit.
Caput.xj.
Quanta sęuitia fuerit Auidius Cassius.ac de supplicio illius ad necãdos homines p fumũ:tũ de his etiã qui fumos venderent nõ inelegans obseruatio
Caput.xij.
Relatum ex lege menia de cõprimendis moriẽtium oculis:& q̃ minime filiis liceret parentum oculos occludere. Caput.xiij.
Verbum quod est fubulo hetruscum esse.ac pro tibicine accipi:& Macrobij verba de fubulonibus ascripta.
Caput .xiiij.
De animantibus quæ in igne viuant: ac ibidem de Cameleontis facie: ingenio & coloribus.

CAPITA LIBRI.XIX.

Caput primum.
De remedio expergiscẽdi a sõno:& quõ inter se

differant authores de Alexãdro Macedone:& Aristotele philosopho enarrãtes.
Caput.ij.
De instrumẽtis militariũ machinarũ:& earũ vocabulis:ac de Tellenone:& de machina Demetrij ducis: quæ Poliorches dicebatur.
Caput.iij.
Ennij poetæ carmen de Pub. Scipione allatũ: & Annei Senecæ verba in epistolis emendata atq; recognita. Caput.iiij.
Cassij Seueri dictũ perelegans in Labienũ historicũ:ac de improba eiusdem Labieni dicacitate.
Caput.v.
Quid sit repãdirostrũ: & incuruiceruicũ pecꝰ: & ex Pacuuio apud.M. Varronẽ:& emẽdata ibidem verba & exposita cõtra imperitorum sententiam.
Caput.vj.
De imagine Nemesis:eiusq; potestate: & nominibus:& epigramma Ausonij expositum.
Caput.vij.
De prudenti responso Cecilij Metelli ad amicũ: qui eius animi cõsiliũ scire cupiebat:neq; eẽ cuiusq; ingenio facile cõfidendũ in rebus grauioribus.
Caput.viij.
Ceruos p seruis & fugitiuis accipi apud veteres: ac Martialis poetę carmẽ expositũ cõtra aliorũ sententiam. Caput.ix.
M. Ciceronis verba emẽdata atq; exposita in libro de optimo dicendi genere ex Lucianis versibꝰ de Esernino oratore.
Caput.x.
Locus elegans Heliogabali impera.de suis cõuiuijs in discũbẽdo:ac de sigmate etiam mẽsa vel sedili:& q; ea voce Martialis vtatur.
Caput.xj.
De Cymbio vase:& carchesio:& quo pacto Macrobius fœde errauit:cũ de his differit in Saturnalium commentarijs.
Caput.xij.
Quibus causis Romanus populꝰ atros dies ac luctuosos haberet:ac de minuẽdo luctu & publice & priuatim. Caput.xiij.
De Necepso rege & philosopho eiusq; magice: & Paulini poetæ versus expositi ex Firmico.Materno & alijs.

CAPITA LIBRI .XX.

Caput primum.
De Sibyllarũ diuinatione: quæ in Branchis: ac Delphis vaticinia redderent.ac ibidem non nihil de prophetis relatum ex doctrina Platonicorum.
Caput.ij.
Mos veterũ relatus in comitijs dirimẽdis Ioue tonãte:fulgurãte:& q; flaminica etiã feriata tũc eẽt
Caput.iij.
Q; in Tiberis vndatione draco maximus p vrbem visus sit:Maurico imperante: ac de alio item Augu.Cæsaris dracone:quem pro comitio ostentauit:& alia ibidem consimilia ex historijs veterum allata. Caput.iiij.
De Symbolis Aegyptię theologię:ac de Lotho arbore:super qua deꝰ locaretur aliaq; obiter nõ iniocunda de Lotho capillata.
Caput.v.
Scita admodum ac elegans expositio a Plutarcho de origine verbi:qd est spuriꝰ: ac nõ nihil etiã de latinis prenominibus
Caput.vj.
De Vestalium capillis:qui ad arborẽ lothon obruerẽtur:ac Plynij locus expositus:tum quę arbores felices:aut infelices a veteribus habeantur.
Caput.vij.
Quid apud veteres sit prętextatus sermo:ac de verbis prętextatis:& quomodo in ea voce parum consentiant authores.
Caput.viij.
Aenigmata duo allata:vnum ex platone:alterũ vero ex fabulis Plautinis:& vtrũq; lepidum:& perurbanum.
Caput.ix.
De licentia veterum poetarum in notãdis hominibus:ac elegãs parodia Metelli cõsulis cõtra poetam Neuiũ:tum de lege a censoribus lata qua poetarum maledicentia reprimeretur.
Caput.x.
De morbo elephantiasi: & vnde nomen accepe rit:ac de lichenis ibidẽ:& gallica scabie cõtra quorundam inscitiam.

CAPITA LIBRI.XXI.

Caput primum.
Qui maxime dicantur apud veteres nullo affectu perturbati:ac de.M. Antonino imperatore & Philippo Augu.qui nullo vnq; cõmẽto ad risum potuit excitari.
Caput.ij.
De Mario Gratidiano viro prętorio: & quãta humanitate a Sergio Catilina dissectꝰ atq; interẽptus fuerit in Syllanis tumultibus ex Iulio Firmico: & alia de Catilina & Ciceroẽ addita cõtra Fenestellã.
Caput.iij.
De vaticinijs p aquã & p vinũ: & apud quos maxime populos clara essent ex Plutarcho:& alijs authoribus. Caput.iiij.
Iunonis Monetæ nomen & origo allata:tum de eiusdem templis & inscriptione in Nummis Cæsaris Domitiani Augusti.
Caput.v.
De viribꝰ dęmonũ:& q; eorũ.vj.genera tradãtur diligens adnotatio ex cõmentarijs Pselli & Augustini: Caput.vj.
Quę figura sit dicendi in veterum libris mediusfidius:quaq; origine cẽseri debeat:ac de Fideo deo non nihil. Caput.vij.
Quibus verbis in latino sermone vti debemꝰ:& q̃ verecũda eẽ debeat ĩ cõponẽdis vocibꝰ tralatio.
Caput.viij.
De insigni atq; mirifico portẽto infantis:qui duplici pectore atq; capite bienniũ vixerit historia nõ cõtemnenda:ac de causis portentorum.
Caput.ix.
Traditũ esse:qd ex viris sapiẽtibus plerũq; insani:ac demẽtes gignãtur exẽplo addito de Aristarchi filijs viri doctissimi:& aliorũ cõplurium ex Aelij Spartiani verbis. Caput.x.
Quo mõ accipiẽdũ stadiũ:& q̃ multiplex fuerit: ac non nihil etiam de alijs mensuris.
Caput.xj.
Pręclare factũ atq; ingenti aĩo ab Auidio Cassio Augu.in seditione exercitus: atq; eiusdẽ verba ibidẽ relata. Caput.xij.
Quibus liceret in vrbe sepeliri:ac de Posthumio Tuberto viro cõsulari: de quo.M. Cicero in legibꝰ subobscure intellexit. Caput.xiij.
De Romanis familijs Fabiorũ:atq; Curionũ:& qua maxime dignitate in ciuitate p̃starunt: tũ de lepidis etiã breuiter adnotatũ. Caput.xiiij.
Quãtũ sit ab amoris cõtagio abstinẽdũ:ex Cratetis philosophi sẽtẽtia:ac ibidẽ Panetij verba notata ex Anneo Seneca:ĩ quibꝰ par grauitas atq; doctrina existat. Caput.xv.
De studio veterum in auspicijs:ac de his auibus quę ominosæ:ac inauspicatę haberentur:quęq; oscines aut præpetes dicerentur.

CAPITA LIBRI.XXII.

Caput primum.
Copiose expositũ de asaroticis pauimẽtis: ac de lithostratis:seu tessellatis de opeverminculato:ac de cerostratis nõ nihil. Caput.ij.
De pœna Romanorũ ciuiũ per vites: ac Plynij verba exposita ex historia de Scipiõe Aphricano: tũ de vite cẽturiali copiose. Caput.iij.
De sortibus p̃nestinis : earũq; origine apud Romanos:& quõ ederentur in tẽplis:ac Liuij locus expositus. Caput.iiij.
Quãta prudẽtia.M. Cato iudicauerit nõ cẽ publice audiẽdos ĩ Romana ciuitate tres Athenieñ.oratores.i.Carneadẽ.Critolaũ:& Diogenẽ:ac de illoꝝ mirabili ingenio & facundia. Caput.v.
Quę differẽtia tradat̃ inter deportatos & relegatos:& q; maxime authores deportari hoĩes ac portenta scribant. Caput.vj.
De quadragenario numero & eius potestate in puerperijs & infantibus tum de festo die quem gręci tetracoston appellant.
Caput.vij.
De clemẽtia.M. Antonini impe. & quibus maximę verbis contra se ipsum cõspirantibus parcendam monuerit. Caput.viij.
Quã cõstãti & alto animo fuerit.M. Cato: & eiꝰ dictũ de se cũ bella inter Cęsarẽ & Põpeiũ ęstuarẽt.
Caput.ix.
De Prosa & Postuerta Romanis dijs:ac ibidẽ de Anteuorta:& q; inter se differant:quaq; ratione colerentur a Romanis.
Caput.x.
Quę sint Samiata ferramẽta in Aureliani Augu.epistola :& samiare arma: ac de samijs vasis & Numæ Capedunculis in Romanis sacris.
Caput.xj.
De oratore Isocrate:eiusq; insigni facundia:& quo modo tria imprimis notãda prętiterit ex historia Patusanię. Caput.xij.
De eruditione Crispi Passieni & eius eleganti sententia in habendis probandisq; amicis

CAPITA LIBRI .XXIII.

Caput primum.
Q; Octauius Augu.tria potissimũ in votis habuerit:ac de fortunę viribus: honore & nominibꝰ apud Romanos. Caput.ij.
De immodico luxu Antonini Heliogabali ĩpe.ac de eius culcitris cũ leporinis pilis:& perdicũ plumis:ibidẽq; expositũ de accubitis.
Caput.iij.
Quę diuinationis species habenda sit capnomantia:& Statij poetæ versus allati:atq; expositi super hac vaticinandi ratione.
Caput.iiij.
Q; imperãte Tiberio vitrũ flexibile:ac ductile redditũ sit:& qua pœna tantæ inuentõis author damnatus fuerit.
Caput.v.
Quibus cibis venenata q̃dã animãtia viuant: vt Viperę. Scorpionesq; :ac de amphibijs etiam & alijs. Caput.vj.
Deos esse accipiendos tam fœminino genere: q̃ masculino :ac de Luno etiã deo pro luna: & quo cultu atq; institutis apud Carras coleretur.
Caput.vij.
Iudiciũ a poeta Marullo Factũ de Latinis poetis:& quo vitio notati sunt.aut quo ordĩe habẽdi.
Caput.viij.
De Iuliorũ:& Antoninoꝝ familijs:& q; in hominibus improbissimis:atq; mõstrosis defecerit.
Caput.ix.
Vinũ esse remedio contra aconitũ:ac defensus a calumnia quorundã Macrobiꝰ: qui cicutam pro aconito audacius:q̃ verius in eius saturnalibus reponunt. Caput.x.
Q; iniquo aĩo Porphirius philosophus Christi religionem sit insectatus : atq; eiusdem falsum atq; improbum ;vaticinium appositum : in quo

Capita Libro2ũ de honesta Disciplina

Xpianos ipos p.ccclx. annos duraturos scripserit

Caput.xj.

De Val. Homulli ingenio: & eiusdem dictis contra. M. Antoninũ Impe. eiusq; constantiam.

Caput.xij.

De disciplina Arabũ in astronomicis: & q; ipsa hominũ etas certis tẽporibus ad planetas referat.

Caput.xiij.

Expositũ diligẽter qd hostoriũ sit: qd rutrum & rutellum: ex Lucilii carmine: ac de imaginibus etiã cũ rutro.

Caput.xiiij.

Vnum esse hominẽ inter omnia animantia: qui calidis in potu vtatur: & ad Venerem pro libidine quocunq; anni tempore accedat.

CAPITA LIBRI XXIIII.

Caput primum.

Quãtũ Aristoteles Platoni magistro cõcesserit: acversus in ara ab eo positi: & q; magi etiã Platoni imolarũt, ppter absolutũ nouies nouenariũ nũerũ.

Caput.ij.

De cultu quorũdam animantiũ a variis populis & de Syria dea: eiusq; effigie relatum.

Caput.iij.

Mercurij Aegyptij verba de natura: ac de maiestate dei: deq; spiritu & mundi materia. ac de hoie:

Caput.iiij.

Poetæ Lucretij obitũ eodem die contigisse: quo Pub. Vergilius virilẽ togã induit: Licinio & Pompeio Cõs. ac de natali poetæ Vergilij.

Caput.v.

Q̃ seuere factum sit a Romanis contra insolentiam: & de cõuitiis atq; contumelijs: quæ publice in triumphantes a seruulis dicerentur.

Caput.vj.

De aiantibus: arboribus: ac lapidibus q̃ naturali cõsensu cũ Solis & Lunæ viribus consentiant.

Caput.vij.

Versiculi aliquot in Vergiliano poemate emẽdati: ac de dactylicis: & spõdaicis numeris non nihil.

Caput.viij.

Qua rõne itelligat ver sacrũ fieri: ac verba Ply. exposita de populis Sabinis ex historia Sisennæ.

Caput.ix.

Plauti verba exposita ĩ plogo Pęnuli: quo loco Aristarchi Achillẽ noiat cõtra impitorũ ſẽtẽtiam.

Caput.x.

Perlepida historia de Phryne meretrice & Praxitele: & quo cõmẽto vsa sit in explorãdis Praxitelis opibus: q̃ absoluta forent. Caput.xj.

De doctrina Ioannis Scoti: & q̃ sæuissima cæde ab ingratissimis discipulis interẽpt⁹ fuerit.

Caput.xij.

Verba ex epistola diui Augusti relata de luxu: & mollitię Mecœnatis: & q̃ ĩpudẽter atq; inscitissime ab imperitis deprauata sint.

Caput.xiij.

De impia & vanissima supstitione tẽplariorũ: & quo mõa Clemẽte põtifice maximo abolita fuerit non iniocunda cognitio:

Caput.xiiij.

Tertulliani verba exposita de Curio aleatore: & q̃ nobilis tradat fuisse in talari ludo ex. M. Cicerone: Pediano: & alijs.

Caput.xv.

Quid significẽt hę voces: hoc est Tricones apd Iuliũ Capitolinũ: & Lymphiones in epistola Phlegontis liberti: ac de lympholentis non nihil.

Caput.xvj.

Quis apud veteres Aegyptios maxim⁹ omniũ deus haberetur: qualiq; imagine sit ex oraculo Serapidis celebratus.

CAPITA LIBRI .XXV.

Caput.primum.

Qui maxime hoies comitiali morbo vexarẽt: & quib⁹ argumẽtis agnoscãt ex. L. Apuleio & aliis.

Caput.ij.

De noĩb⁹ auspiciorũ apud veteres: ac de illorum supstitiosis obseruationib⁹ ex ãtiquis grãmaticis.

Caput.iij.

Quãta fuerit Esdrę sacerdotis eruditio: & q̃ mirifica eiusdẽ memoria ĩ ordinãda atq; cõponẽda Hebræorũ philosophi ac de Cabala etiam nõ nihil ex verbis Pici Mirandulæ.

Caput.iiij.

Quid sit apud iurecõsultos p̃scriptio quiq; pedũ ac Ciceronis verba exposita iu libris de legibus.

Caput.v.

Quę foret ĩ libris põtificũ dea Tutulina: & de sacerdotibus tutulatis in Saturnio carmine diligenter notatũ.

Caput.vj.

Lapidare & lapidatiões vario significatu intelligi: & quid idem lapidescere: ac lapire sit explicatũ.

Caput.vij.

Quo noie apud veteres mãna diceret: ac de illi⁹ vsu & cognitione apud medicos: tũ de mãna Thuris nõ nihil.

Caput.viij.

Quę habita sit apd veteres authores minor multa & maxima. ac de multandis iniuriis ex. xij. tabulis diligenter obseruatum.

Caput.ix.

De oraculis quę ederentur in Dodone ex sonitu peluiũ: & Ausonii poetę carmẽ de hoc expositum.

Caput.x.

Quid sit sonticus morbus in legibus decẽuiralib⁹. & sõtire verbũ in quo significatu accipiẽdũ sit.

Caput.xj.

De nominibus & potestate deorũ apud veteres: & q̃ inanis ac futilis eorum superstitio foret copiose enarratum.

FINIS

Praefatio Criniti de honesta disciplina.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA AD BERNARDINVM CARAFFAM NEAPOLITANVM PONIT. ANTIOCHENSEM PRAEFATIO.

Egregie factũ est ac prudenter Bernardine Pontifex Antiochensis: ab his q̃ veterũ respub. legibus atq; decretis instituerunt: qm̃ cũ alia multa in his: tũ illud etiam decreuerũt: vt in illis hoibus p̃cipue ornãdis atq; illustrãdis tõ haberet: qui plurimũ forẽt cõsecuti in bonis studiis: atq; honestis artibus. Quod abste p̃clare atq; diligentissime factũ videmus: q̃ in tantis patrię tuę incõmodis ac periculis: minime tibiipsi: tuęq; clarissimę familię defueris: quo magis laudari ab oñibus: atq; approbari debes. Ego vero & amicitię iure adductus (quę inter nos maxima est) ac excellentis tuę doctrinę merito prouocatus: dicare tibi constitui lucubrationes nostras de honesta disciplina: ac tuo nomini nuncupare. Secutus eorum rationem: qui cum suffragari aliter nequeant: bene saltẽ sentiendo atq; scribendo studiose adnituntur: vt gratiam aliquam referãt. Quod & Varro Terentius (qui togatorum omnium doctissimus est habitus) faciendũ in amicorũ officio existimauit. Neq; præterea mihi excidit: q̃ liberali cõgressu: q̃ gratis ac doctis sermonibus me acceperis superiori ãno cũ Romæ agerẽ: q; si nra hæc: neq; ad Critholai librã expensa sunt: neq; ad Cleantis lucernã euigilata: (nam fateri inscitiã nostrã maluimus: q̃ modestię pręscriptũ egredi) diligẽtiã tamen adhibuimus haud mediocrem in hoc opere. Neq; aliud a me ppemodũ quęsitũ est: q̃ vt ea subinde (vt fit) adnotarẽ carptimq; colligerem: quę & honestatẽ eruditionis probarent: ac meliora p̃sertim ingenia iuuarent. Multa in his cõperies: quę ad ius ciuile & pontificiũ faciunt: alia rursus q̃ ad institutiones veterũ. & hũaniores disciplinas pertinent: quibus tu quoq; miro studio atq; diligentia inuigilas: neq; difficiles q̃stiones: aut nimis ãxias tractauim⁹: sed cũ iuiles ĩprimis & honestas. Minime autẽ dubitam⁹ fore quidem permultos qui libidine magis accusandi: q̃ animo recte iudicandi adituri hęc sint: qm̃ plærisq; ĩnatũ hoc est: vt malint videri in alieno opere ingeniosi: q̃ in docẽdo atq; intelligẽdo aliis ꝓdesse. Nã repręhẽdere atq; dãnare imperiti etiam volunt: iudicare ac ꝓbe expendere prudẽtes tm̃: atq; egregie docti possunt: ad quorũ ego iudicium semp mihi elaborandũ existimaui. Sapienter vero & grauiter factũ est a. P. Scipione: qui vir optimus ab vniuerso senatu est appellat⁹. Nã cũ min⁹ ꝓbe atq; honeste se cõsulẽ nominatũ cõperisset: ea dignitate se abdicandũ censuit: ne tã sanctũ nomẽ vllo vitio teneri crederetur. Ex quo magis etiã Philoxen⁹ videt cõmẽdãd⁹ qui reduci in carcerẽ maluit: q̃ parũ honesto suffragio eximi. Quod a nobis ob eã causam relatũ est: qm̃ ętate nostra permulti inueniunt: qui pari insciti atq; insolentia vnũquẽq; accusant & assiduis repheñsionib⁹ nulla rõne aut iudicio lacerant: Quorũ nos tumidã inanẽq; loquacitatẽ nõ mõ despicim⁹: sed vbiq; lõge cõtemnẽdã arbitramur. Libuit autẽ hoc potissimũ opere quãdã rerũ varietatẽ: & quasi syluam obseruationũ admittere: ne legẽtiũ animi in tam varia multiplicique lectione aliquid saltem nõ inueniant: qd ingeniũ suum instruere: aut excitare possit. Qua in re authores quidẽ habem⁹ ĩ Romanis litteris magni nois viros: ac summã eruditione celebres: quales in atticis commẽtariis Geliũ: Aureliũ. Macrobiũ: ac probum Valerium: apud grecos etiã complures tra

duntur: qui eandē inſcribendo varietatē magno ſtudio ſunt cōſectati: neq; id q̄=
dē ſine maximis laudibus: quo mihi rectius multo videt̄ eorū ſequi authoritatē
qui & in vitę officiis: & in rebus ſcribēdis rationē habendā dixerūt. Nō pręſent̄
duntaxat ętatis: ſed ipſius etiā poſteritatis. Quod equidē ſemꝑ effeci: cū mul=
tis aliis rationibus: tum ꝙ omnē prope ętatē in bonis artibus: atq; honeſtis di=
ſciplinis nō minore animi voluptate q̄ ſtudio hactenꝰ cōſumpſerim: ꝑ quibꝰ eo
nunc magis ſtandū: atq; in acie durandū exiſtimo: quo barbari populi infeſtis ar
mis cōtra Romanas aquilas: hoc eſt meliores litteras cladē & ruinā aſſidue moli
unt̄: quod illis ꝓpe ad votū ſucceſſerit: in tantis Italiæ fluctibꝰ atq; fortunis: ni=
ſi ꝑ ſollertes viros atq; prudentiores diligēti cura: & optimo ſtudio ꝓſpiciat̄: Sed
hęc alias. Tu interim velim lęto animo capias hoc noſtrū munus. Ita eñ licebit
ꝓ veteri officio diligētiā noſtrā probare: & amiciciā inter nos firmiorē atq; inte=
griorē cōſtituere. Vale. & noſtra hęc ſtudia Oliuerio Caraphę Card. Neapolita
no patruo tuo. V. Ampliſs. Cōmēdabis Florentię Nonis Iuniis. M. D. IIII.

BENEDICTVS PHILOLOGVS FLORENTINVS
SCIPIONI CARTEROMACHO
SVO. S.

DEbent̄ tibi iure optimo Scipio Carteromache cōmentarii Pe
tri Criniti de honeſta diſciplina: quos nuꝑ īprimēdos curaui
mꝰ. Neq; ob id tm̄: vt veterē amicitiā: ac ſtudiū teſtent̄ (q̄ q̄id
etiā) ſed vt facilīꝰ cognoſcas: nihil me auidiꝰ cupe: aut liben
tiꝰ abs te exigere: q̄ labores tuos & elegātia & multiplici rerū
cognitiōe refertos. Qui iānū ſplēdeſcūt lima (vt ē author op
timꝰ Petrꝰ Caudidꝰ: vir gręce & latine īpēſe docꝰ) ſed nō ſine Romanę linguæ
īiuria atterunt̄. Patere igit̄ Philologū tuū eos videre: perlegere: formis excudere
cū ęquū ſit (vt plynii vtar verbis) nos ī amore tuo tā mutuo: eādē ꝑcipere ex lu
cubrationibꝰ tuis voluptatē qua tu ꝑfruer̄ ex nobis. Notū eſt omnibꝰ: q̄tū eru
ditio tua in veneta Academia a viris doctioribus celebretur: q̄ te poetā: & ora=
torē maximum: nec nō inter philoſophos eloquentiſſimum: & inter eloquentes
vt dicam gręce φιλοσοφωτατορ appellant. Non eſt hoc ſilentio ꝑtereundū: te
publice in eadē vrbe celeberrima annis ſuperioribus: tanto omniū cōcurſu & fa
uore gręcas litteras ꝓfeſſum: & ea haud veritū interpretari: quę in hunc vſq; diē
aut pauci admodum: aut nullus aggredi eſt auſus. Quibus rationibus mittunt̄
ad te Criniti noſtri vigilię: in quibus variā multiplicemq; eorum cognitionem
inuenies: quę legētiū animos & īuitare poteſt: & copioſe inſtruere. Teſtis ego ſū
q̄tis ille laboribus: q̄ta diligētia in bonis litteris hactenꝰ deſudarit: vt q̄ nihil po
tius: aut antiquius tota vita habuerit: q̄ id aliq̄n cōſequi: vt omnem prorſus an=
tiquitatem ſtudioſe perlegeret: ac diligentiſſime obſeruaret: ſed hoc totum me
lius ex eius commentariis intelliges (de quibus tecum ſæpe egit) q̄ ex præſen=
ti epiſtola. Vale & breui eiuſdem hęc omnia: quæ inferius notabuntur expecta.

Epiſtolicarum reſponſionum. lib. XX.
De Grammaticis latinis.
De Poetis. lib. XV.
De Oratoribus: & Hiſtoricis.
Promiſcuarum quæſtionum. lib. X.
Parthenicorum ſermonum: & poematum. lib. III.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA.
LIBER PRIMVS.

De Triplici tentorio Tamburlani ſcytharum principis: & qua conditione
Imperator maximus in conſpectum & Aciem hoſtium accederet.

Caput. I.

NEmini dubium eſt vitam ipſam mortalium fieri multo prudentiorē
et cultiorem ex rerum hiſtoriarūq; obſeruatione: Sed ea præcipue
ſunt pluris æſtimenda quæ ad vſum magis ipſum & vitæ rationes
conducūt ſicuti exempla antiquitatis ſunt ex quibus ita homines
ſubinde fiunt prudentiores vt qui optime antiquitatem calleat: is
æque & præſentia intelligit & futura plærūq; proſpicit. Subit autē
nunc στρατηγημα de Tamburlano Scytharū Imperatore & eius ſæuitia. Is eñ quo
maiorem hoſtibus terrorē atq; metum incuteret triplici tentorio in exercitu vti con=
ſueuit: ſic vt in vnoquoq; diſpar color appareret: quo animi quoq; mutatio militis in
telligeretur. Primū eñ colore albo: purpureo Secundū. Tertiū nigro proferebat. Idq;
ratione quadam imperii & victoriæ faciebat vir alioqui & geſtis & authoritate clariſ
ſimus: nā ex colore tentorii volebat ab his cognoſci belli cōditiones cū quibus in cer=
tamen deſcenderet. prima die cū in cōſpectu hoſtiū cū exercitu aduentaſſet tentoriū
illud colore albo explicabatur in quo ſignificabat nulla in re ſi modo ſe dederent iniu=
riam ſe aliquam illaturum. ꝙ ſi alteram diem hoſtis expectaſſet. tum coloris rubri ten
torium educebat quaſi ad cædem & ſanguinē. ſi ad triduū res protrahebatur pro co=
lore atro omnia quidam atra futura & extremā cunctis occidionem prænunciabat.

Quibus diſciplinis atq; præceptis perſarum Reges filios inſtituerent & qua
potiſſimum ætate ex Platonis Alcibiade.

Caput. II.

REes digna memoria eſt quam Plato philoſophus refert in libro de ingenio ho
minis. nā cum Socrates diligēter diſſerat quo ſtudio ac diligētia Lacedæmo
nes ad eruditionē virtutis και παιδειαν inſtruātur: mox ad ipſos etiā perſa
rum reges accedit: eorumq; mirificam ſane ac memorandā diſciplinam recenſet. ſiqui
dem apud eos inquit qui regis filius in regno ſuccedit primo eius natalem quicūq; in
regno ſunt celebrant ſimulq; in poſterū quotannis eandem lucem ſacris ac feſtis vni
uerſa Aſia proſequitur: mox vero nutriri puer incipit. neq; id a quauis nutrice peragi
tur ſed ab ipſis duntaxat Eunuchis qui in regis aula omniū optimi cenſeantur: nam
illis hiſdem reliqua omnia demandant quæ ad pueri curam educationēq; pertineant
præcipue vero adhibent diligentiam maximam vti natum ipſum decora & egregia
forma habeant: ex quo membra eius & artus accurate ac diligenter dirigunt atq; com
ponunt. Vbi vero ſeptimū ætatis annum complerunt: ad equeſtris diſciplinæ magi=
ſtros atq; in ipſas venationes mittūtur. Anno autē. XIIII. curā eiuſdem ſuſcipiunt qui
magiſtri regii nominātur: & hi quidē ex vniuerſa perſia delecti quattuor ſunt: q̄ cæte
ris omnibus virtute ꝑſtent: videlicet ſapiētia iuſtitia atq; tēperantia ac fortitudine. ex
his vero primus eiuſmodi magicā docet: q̄ a Zoroaſtre Oramaſi filio ꝑfecta eſt q̄ nihil
eſt aliud q̄ deorū cultus. Idemq; regia inſtituta tradit. Secūdus cōmonet: vt in tota vi
ta veritatē præcipue colat. Tertiꝰ ne quo affectu aut libidine ſuperetur ſed libere vitā
agere cōſueſcat: ſibiq; ipſi primū imperare nec alteri ſeruire. Quartꝰ demū intrepidū

…ECA UNIVERSITARI…

Petri Criniti de honesta disciplina.

illum & impauidum reddit necubi metuendo seruus efficiatur. Hæc Plato in alcibia de rettulit:quo facilius præceptor Socrates Alcibiadis animũ ad ipsam virtutem excitaret.Simulq; delphicum illud subinde respiceret quo monemur vt se ipsum quisq; probe cognoscat:necubi imperio animi abutamur:quod a Plutarcho etiã Cheroneo præclare exponitur.

De psyllis ac marsis eorumq; potestate in venenis tractandis ac de Exagono legato in dolium serpentum coniecto ac de sillographis authoribus non nihil.

Caput.III.

DE psyllorũ ac marsorũ populis qui maxime in tractãdis venenis experiendisq; valerent & Herodotus halicarnasseus & alii permulri scripserũt. Verũ quod in Romanis annalibus seruatũ est & a.C.Plinio relatum id eiusmodi certe est vt fidem prope historiæ exuperet de viro Exagono.qui cũ forte in vrbe orator agere t ac venenorũ vires potestatemq; iactaret Romani quidem consules volentẽ eum in dolium serpentũ coniecerũt quo tanti facinoris experimentũ facerent. quæ res magnũ proculdubio miraculũ de Exagono eiusq; ingenio præbuit.cũ serpẽtes ipsi και τα λοι ωαιοβολα in ipso eum dolo circunlamberẽt atq; demulcerẽt:Romanis hoc totũ spectantibus:Sed em̃ populi qui contra venena polleant:etiã oblogenes in cypro insula itemq; Tentiri celebrãtur qui esse adeo crocodilis terrori dicũtur vt vocẽ quoq; illorũ maxime reformident ac fugiant nã & fascinationes ab hisdẽ fieri traditũ est.Psylli aũt apud quosdam pro virulentis omnib9 ac venenatis intelligũtur. Timonis vero opus inscriptũ σιλλοι φιλοσ οφων.quod esset amarulentũ carmen plenũq; mordacitatis. Nam & Marcellinus Ammian9 didymũ quidem grãmaticũ Alexandrinũ satyrice incessit q; is authores vt inquit sillographos imitatus libros.vi.contra. M.Ciceronem scripserit:iuxta illud vetus:Sus Pallida.siquidem in his didymus ciceromastix potius dictus est q̃ docti nomẽ assecutus:quod etiã Gallus asinius & laertius licinius pari improbitate factitarunt:cuius commentarius titulo(vt inquit Gellius)infando Ciceromastix diceretur.

Anacharsis scythæ sententia de populari Athenienſium statu.& quo pacto populi administratio ab honestis & prudentibus viris fugienda & detestanda sit.

Caput.IIII.

RElatum est a Plutarcho chereneo quo pacto Anacharsis Scytha:qui ex septẽ fuit: Athenienſium statum (qui populi imperio agebatur)breui interituũ prædixerit.Nam cum forte is in Athenienſis populi concionem foret deductus:ac spectasset ea quidem omnia quæ summa in repub. & præcipua erant: iudicio populi decerni.Miratus primo est Athenienſium conditionẽ:qui cum rebus præclare gestis:& authoritate apud omnes præstarẽt:ad tam iniquũ imperiũ pœnæq; obnoxiũ deuenissent:itaq; prudentissime inquit.o rempub.breui perituram in qua viri principes consultent:populus autẽ & imperita rerum plebecula decernat:cui videlicet propriũ sit & in minimis maxime formidare & in maximis minime prospicere:qd̃ hercle dictum anacharsis εκ του μαντειου fuit:ex quo Plato philosophus & veritatis vindex rerumq; publicarum vir consultissimus aperte dicebat:nullo modo iustum imperiũ vel ciuitatem appellandam: in qua popularis improbitas summa quæq; reipublicæ munera tractare præsumat:nec enim de nihilo Charondas (qui leges cathinenſibus condidit)in hunc modum de populo concludebat.Qui se populo committit fortunam non rationem sequitur:qui fortunæ fauet periculo & aleæ se dedit:qui in alea est ad ruinã & cladem inclinat:Sic ille in populo fortunam:in bonis rationem ponebat:

Pacuuii carmen relatũ de fortuna eiusq; multiplici potestate. Et quid item de eadem.C.Plinius scripserit.

Caput.V.

QVoniam permulta passim ab authoribus de fortuna eiusq; viribus scribuntur libitũ nobis impræsens pacuuianũ carmen apponere.In quo graphice quidem et eleganter vis ipsa fortunæ ac potestas ab eo sit expressa his versibus.

Fortunam inquit insanam esse & brutam perhibent philosophi:
Saxiq; adinstar globosi prædicant esse volubilem
Quia quo saxum impulerit fors eo cadere fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem esse vocant quia nihil cernat quo sese applicet.
Insanam autem aiunt:quia atrox:incerta:instabilisq; sit:
Brutam quia dignum aut indignũ nequeat internoscere.

Hactenus Pacuuius.quod etiam carmen.M.Cicero in rhetoricis rettulit:nequis in eo quæritando diutius fatigetur:etsi quidam paulo indoctius id vt solutã Ciceronis orationem adducant.Plinius aũt in hunc modũ de eiusdem fortunæ potestate ad Cæsarẽ Vespasianũ:toto inquit mundo & locis oĩbus oĩbusq; horis:omniũ vocibus fortuna sola inuocatur:& vna nominatur:vna accusatur:vna agitur rea:vna cogitatur: Sola laudatur:sola arguitur:& cum cõuitiis colitur:volubilisq;:a plærisq; vero &cæca etiã existimata:vaga:inconstans:incerta:varia:indignorũq; fautrix.Huic omnia expensa:huic omnia feruntur accepta:& in tota ratione mortaliũ sola vtramq; paginam facit. Apud scythas vero eiusdem simulacrũ sine pedibus fingebatur:vt manus tantum:& pennas haberet:apud smyrneos aũt eiusmodi fuit:vt capite polũ fulciret:& manu altera Cornu amaltheæ retineret:quæ Bubali statua etiam a Pausania describitur.

Qz erudite Plato philosophus scripserit homines iracundos memoria pstare: graues aũt obliuione.Tum de thracensibus populis & cœli potestate.

Caput.VI.

NEmo est omnium qui ignoret:qualis: quantusq; Plato philosophus & vitæ & ingeniorum existimator fuerit:vt eius quidem iudicium in quaq; re admussim factum merito credatur:Sed erudite ac prudenter visus mihi est eos homines adnotasse:qui vel iudicio:vel memoria præstent. Tũ quo maxime argumento hoc totum prænoscamus.Nam eos inquit maiori memoria esse: qui ad iram & contentiones facilius excitantur:eos vero qui modestiam & grauitatem præ se ferunt:segniores plærunq;: & obliuioni obnoxios.Sed verba ipsa subiiciemus ex Platonis libro de scientia:quo loco Demetrius cum Socrate hanc partem exequitur:de Theeteto agens. Est admodum inquit arduum:reperire hominem ingeniosum:qui simul etiam mansuet9: atq; modestus sit. Nec em̃ fuisse quenq̃ hactenus: aut esse video: qui eo naturæ genio sit:vt vtrunq; simul habeat.Sed em̃ qui acuti sunt:callidiq; ac memoriosi & dociles: in iracumdiam fere: atq; contentiões ferunt̃ pręcipites:atq; raptantur:perinde ac ipsæ naues sine vllis retinaculis. lidemq; homies furore potius quodam:q̃ fortitudine pstant. Verum qui natura grauiores sunt:ficubi se inquit ad disciplinas conferunt: tardi:desides:obliuiosi:atq; obtorpescentes videnṫ.Nam & thracenses populi vt est author Aristoteles:quia robustiores hebetioresq; sunt:nullius ꝓpe memorię censenṫ:siquidem ad quattuor tantum enumerant:neq; vltra rationem producunt:q; eis priora excidant: si plura cõnumerent sicuti pueruli faciunt:quæ res cœli vt opinor merito & defluuiis accidit:quando ipsi fere homines και τα αλοραζωα magna ex parte ex illis constant: Vnde sic Iulius maternus ad mauortiũ Lollianũ in astronomicis.Quædam inquit gen

res ita a cœlo formatę sunt: vt propria sint morum vnitate perspicuæ. Sythæ immanis feritatis crudelitate grassantur. Itali fiunt regali semper nobilitate præfulgidi. Galli stolidi. auari Syri. acuti siculi: luxuriosi semper Asiatici: & voluptatibus occupati. Hispani elata iactantiæ animositate præpositi.

De obitu Hermolai Barbari veneti & Pici Mirandulæ officio erga eundem cũ pestilentia in vrbe laboraret.

Caput. VII.

QVo tempore has nostras commentationes meditabar: relatum mihi est: Hermolaum Barbarum (qui Romæ tum agebat) pestilentiæ morbo affectũ: quæres Picum Mirandulam & Angelum Politianum: viros & ingenio & doctrina nobiles: ita statim commouit atq; affecit: vt illachrymari prope modum cœperint: ac sortem bonarũ litterarum maxime dequesti sint: quasi in hoc vno homine romana res periclitari videretur: neq; iactura quidem: sed naufragium foret: si Hermolaus interiret. Dein autem Picus: vt vir maxime officiosus & ingenue doctus excogitare cœpit: quonam pacto qui Florentiæ tum ageret: ferre opem Hermolao absenti posset. Itaq; statim pharmacon contra pestem: quod ille sibi: si quando incidisset: asseruabat diligentissime: curat vt Romam q̃ celerrime ad Hermolaum deuehatur. Dicebat autem Picus illud ipsum ex oleo scorpionum linguliq; aspidum: & aliis eiusmodi venenis confectũ vt nihil fieri posset contra pestilentem morbum commodius aut præsentius: sed interim dum antidotum ad Hermolaum defertur: sæuiente morbo in fata concedit: quam rem libuit hoc loco referre: vt quorundam insolentiã pariter & inscitiam reprimamus: qui cum se ipsos doctrina cæteris præferant: & pręferri cupiant: in hoc maxime gloriantur: si doctissimo cuiq; maledixerint: & alia repræhendentes in quẽq; pari dementia blacterent: cum sit officium viri humaniori s: nõ disciplinis modo: sed etiam doctis fauere quod ipse Picus mirandula egregie præstabat: reputans animi parum liberi & insinceti esse: inuidiæ magis: q̃ doctrinæ concedere. In quo & Plato & Xenophon merito sunt a doctis repræhensi: cum neuter mentionem vsq; de altero fecerit: Sed obliquę potius alter alterũ perstrinxerit: quo magis etiam damnandi sunt: q; amœnitatis socraticæ duo fuisse lumina creditum est. Et is Hercle posteritatem deserit: qui antiquitati addictus nihil suæ ætati concedit.

De sæuitia Fuluiæ in Ciceronis caput: & qua ignominia habitus sit: ex Dionis historia: & carmen Seueri poetæ additum de eodem Cicerone.

Caput. VIII.

QVantopere sæuitũ sit in. M. Tullii a. M. Antonino post eius cædem: testis est vniuersa antiquitas: qualiq; ignominia & iniuriis affectus fuerit: cum eius sacrum caput ac manus crudeliter abscissæ: ac pro rostris affixæ fuerint: primo enim allatũ ipsi Antonio caput: in mensa apponi voluit: perq; diem illud aspexit: quoq; tali spectaculo animũ exsatiasset: deinde tollendũ pręcepit: vt Appianus Alexandrinus refert. Sed quod est: apud ipm Dionem prusieum: & in Sudæ collectaneis notatũ: repetendũ arbitror: ne tam sęuã: tam crudelem: sceleratãq; immanitatẽ in sacrosctm eloquentię principẽ nõ cõsideremus: pſertim agente hoc fœminæ improbitate. Nã cũ Fuluia Antonii vxor eiusdem. M. Tullii caput in manibus retineret: primo illud maledictis ac diris execrata est: deinceps etiã inspuens gremio suo apposuit: acriusq; inspiciens linguam quoq; illi e faucibus extraxit: & in eam sæpe aciculam infixit: qua tunc ad ornamẽta capitis vtebatur: ne quid oino posset ab aliquo desiderari: in quo muliebris sę

uitiæ argumẽta deessent: huius autem cædemq; immane facinus permulti apud veteres tum prosa: tum carmine deplorarunt: vt Portius latro: Albutius Sylo: Cæstius: Murthedius: aliiq;. Sed nemo tamen elegantius doctius efficacius: q̃ Seuerus Cornhis versibus: vti ab Anneo Seneca traditum est.

Oraq; magnanimum spirantia pene virorum
In rostris iacuere suis. Sed enim abstulit omnis
Tanq̃ sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta:
Iuratæq; manus: depræhensaq; fœdera noxæ:
Patricium q; nefas: est nunc & pena cethegi:
Deiectusq; redit votis Catilina nefandis:
Quid fauor: aut cœtus: pleni quid honoribus anni
Profuerit: sacris exacta quid artibus ætas!
Abstulit vna dies: æui decus: ictaq; luctu
Conticuit latiæ tristis facundia linguæ.
Vnica sollicitis quondam tutela: salusq;:
Egregium semper patriæ caput: ille senatus
Vindex ille fori: legum: ritusq; Togæq;.
Publica vox eius æternum obmutuit armis:
Informes vultus: sparsamq; cruore nefando
Caniciem: sacrasq; manus: operumq; ministras
Tantorum: pedibus cuius proiecta superbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata: deosq;
Respexit: nullo luet hæc Antonius æuo:
Hoc neq; in emathio mitis victoria persæ.
Nec te dire Siphax non fecit in hoste Philippo.
In q; triumphata ludibria cuncta lugurtha
Affuerat: nostræq; cadens ferus Annibal iræ
Menbra tamen stygias tulit inuiolata sub vmbras.

Taciti verba explicata in iudeorũ historiã: & quo pacto christiani etiã sunt asinarii appellati. quaq; ignomina Christi effigies ab antiquis depicta fuerit: in quo insolentiam pariter atq; odium contra christianam religionem ostenderunt.

Caput. IX.

VErba sunt Cor. Taciti: quo loco historiã de iudæorũ origine & moribꝰ scribit. Assensere Iudæi Mosi duci: atq; omnium ignari fortuitum iter incipiunt: sed nihil æque q̃ inopia aquæ fatigabat. Iamq; haud procul exitio totis campis pcubuerũt: cũ grex asinorũ agrestumq; e pastu rupẽ nemore opacam cõscendit: in quibus vulgatissimi fere codices deprauati alicubi comperiuntur & quidem ineptissime. vti res ipsa: & Sept. Tertullianus docet: qui Taciti verba mutuatus: ad hũc modum in apologetico id explicat. Refert inquit Tacitus iudęos Aegypto expeditos: siue (vt putauit) extorres: vastis Arabię aquarũ locis egentissimos: cũ siti macerarẽtur onagris: qui forte de pastu potum petituri existimabantur: indicibus fontiũ vsos: ob eãq; gratiam cõsimilis bestiæ superficiem consecrasse. Notum est enim qd̃ ipsi quidẽ iudæi ab Appione Alexandrino: Moloneq; & aliis notati sint: q; aureum asini caput in templi sacrario seruarent: atq; adorarent: quoniã. Mose duce (vt improbe asserũt) asinorũ beneficio aquas

iudæi inuenerunt. Quod esse falsum & plane fictitiũ Ioseph⁹ iudæorũ vernacul⁹: & tẽpli sacerdos: aliiq; cõplures asseuerant. Vnde idẽ Tacit⁹: vt mendatiorũ loquacissimus a nostris merito incessitur. Romani autem veteres pari causa & christianos eque ac iudæos asinarios vocarunt: obstinato videlicet in christi nomen odio: quẽ per ignominiã etiam Chrestũ per e litteram appellabant. Sed & figuris picturisq; christianis illudebãt quãdo infando etiam picturę genere deũ nostrũ sic depictũ spectãti populo ꝓposuerũt vt is foret auribus asininis: pede altero inungulatus: librũ gestans: & togatus: cui flagitio (vt scelus adderent) tali titulo Christi effigiem dedecorarunt: Deus christianorum ΟΡΟΧΗΤΟΣ: qua in re vel ipse quidem Tertullianus ægre a risu abstinuit: cũ nomẽ ipsum & formam conspiceret.

Dictum Theodori Gaze nimis improbum cũ Bessarione philosopho: sup doctrina diui Hieronymi: & quõ iniqui⁹ pro Ciceroniano fuerit accusatus.

Caput. X.

Dictum celebre est Theodori Gazæ de diuo Hieronymo eiusq; eruditione: affectum fuisse iniuria Hieronymum a Ruffino: q̃ eum pro Ciceroniano accusset: in quo paulo audacius ironia est vsus. Nã quid inquit opus: vt in re falsa in ius appellaretur: litemq; illi ad tribunal Christi de nimia eloquentia contestaretur. sed hoc totum de Gazæ ingenio: & acumine pro re nata exponemus. Erant forte cum Bessarione Niceno viro in philosophia excellenti Theodorus Gaza: & Plethõ bizanti⁹ qui cognomẽto ΓΕΜΙΣΤΟΣ appellatur: tres eo tẽpore (vt cõstat) viri doctrina & ingenio nobiles: quæsitum est igit̃ de diuo Hieronymo q̃tũ in romana eloquẽtia præstiterit: ex quo Bessarion: facũdia inquit maxima fuit apud latinos Hieronym⁹: quãdo & affectatæ nimis eloquentiæ ꝑ Ciceroniano & habitus sit & accusat⁹. in quo Theodor⁹ dicit̃ risum mouisse: vt qui foret in romana etiam eloquentia censor acerrimus. Et simul iniuria hæc inquit o Bessarion insignis in Hieronymum facta est a Ruffino: plagasq; illas nullo suo merito tulit: quo dicto Bessarion & Gemistus magis riserunt: cognito Theodori ingenio & attica vrbanitate. Neq; prorsus negauerim quædã esse in Hieronymo quæ non vsq; quaq; romanam in dicendo puritatem atq; elegantiam probant. Quod equidem vitium (si id vitium est) non homini: sed tempori & professioni tribuendum existimo. Nam inter Christianos homines (vt idem inquit Hieronymus) non eloquentiæ: sed vitæ accusantur vitia: in quo tamen improbior atq; audacior videri põt Theodorus: qui tam aperte contra papiam legem latinam ciuitatem inuadat: eumq; virũ in ius appellet: qui de omnibus veterum disciplinis q̃ optime meritus dicatur.

De Socratis constantia cũ vxoribus: ac de eius effigie & deformitate & Hieronymo: tum de imaginibus philosophorum in veterum gymnasiis.

Caput. XI.

Elbrum fecit Hieronymus contra Iouinianum: in quo de bono & laude virginitatis cum copiosę disserat: compluris fœminas recenset: q̃ tali merito apud varios populos ac nationes præstiterint: præterea q; mala & incommoda: quę ex ipsis vxoribus proueniant: vnde cum de Socrate philosopho ageret: q̃ constanti animo earum iurgia & contumelias perferret: non modo inquit Socrates hanc vxorum improbitatem patienter ferebat: sed illas vltro de sua etiam deformitate irridebat: nam Xanthippe quidem & Myrtho: quæ filia Aristidis fuit: siue (vt tradit Hieronymus) neptis: cum socratis ambæ forent vxores: ex lege illa athenienſium ob ciuitatem replẽdam: in muliebres subinde contentiones propter eundem Socratem deueniebant: Sed is in hunc modum illis inter se iurgantibus peruicane illudebat: vt a tali improbitate

et cõuitiis abstinerent: neq; dignum esse: vt propter eum deceptarent: q̃ esset homo tã fœdus ac deformis: quiq; simis naribus: recalua fronte: pilosis humeris. & repandis cruribus. Hæc Hieronymus de facie philosophi Socratis: quę me quoq; monuerunt: vt ea referam quę de forma: & effigie veterũ philosophorum: in Atheneis gymnasiis: Pritaneisq; olim viserentur: sicuti Sidonius apollinaris ad Faustum tradit. In Areopagis inquit vel gymnasiis curua ceruice Zeuxyppus: Aratus panda: Zenon fronte contracta: Epicurus cute distenta. Diogenes barba comante. Socrates coma candente: Aristoteles brachio exerto: Xenophanes crure collecto. Heraclitus fletu oculis clausis: Democritus risu labris apertis. Crisippus digitis propter numerorum indicia constrictis. Euclides propter mensurarum spatia laxatis: Cleantes propter vtrumq; corrosis.

Quanta prudentia: ac doctrina Messala coruinus præstiterit: & quomõ præfecturam Rom. vrbis recusauit: vt inciuilem atq; immorderatam dignitatem.

Caput XII.

Dictum a nobis alias de imperatore Dioclitiano: eiusq; ciuili animo atq; modestia in Romano imperio gubernando: cum ætate iam edita in suis hortulis molliter consenescere in ocio maluerit apud Salonas: q̃ Rom. rei publicæ administrationem subire. Sed illud de Messala Coruino dignum satis existimaui: quod hoc loco referretur: viro in publicis officiis: atq; omnib⁹ disciplinis clarissimo. Is igitur primus omnium Rom. vrbis præfectus constitutus: die sexta (vt ab Eusebio traditum est) ab ea dignitate se abdicauit: qua in re maiorem habuit rationem patriæ: q̃ suae dignitais. vt qui diceret inciuilem atq; immodicam esse potestatem: nec in Romana ciuitate ferendam. Quod equidem iccirco seruandum putaui: quoniam præfecturæ ipsæ vrbanæ: magnas sæpe factiones: atq; calamitates in vrbe exitarunt. De hoc autẽ Massala: eiusq; singulari prudentia & grauitate. vt alia nunc omittamus: testimonium extat amplissimum. Martii. Tulli Ciceronis: sic enim ad Brutum: Messalæ (inquit) excellentiam non possum silentio præterire: caue putes quemq̃ esse illi similem constantia: cura: studio reipub. & eloquentia qua mirabiliter excellit. tametsi Messala Idem cum prouectior foret memoriæ sensum sic amisit: vt sui quoq; nominis oblit⁹ tradatur. Idq; illi biennio ante obitum contigit: quod Orbilio itidem beneuentano accidisse constat: vnde illud poetæ Bibaculi: Orbilius vbi nam est litterarum obliuio.

Christianos fuisse per ignominiam semissios & sarmẽtarios: vocatos & q̃ semisses homines: pro minutioribus: & ignauissimis a veteribus dicatur.

Caput. XIII.

Dalam est quanta libidine ac sæuitia Rom. olim principẽs christianos homines insectarentur: surgentemq; religionem comprimere conati sint: nam & sæuissimis decretis: atq; edictis non abstinuerunt: quo tam propensam religionem & egregiam animi constantiam perfringerent: qd̃ innumeri prope authores testantur. itaq; conuitiis etiam & maledictis christianos vulgo exagitabant: semissios & sarmentarios ridiculo nomine appellantes: vt a Septimio Tertulliano proditum est: neq; alia ratione sic eos vocarunt: q̃ q̃ ad stipitem dimidii assis reuincti sarmentis additis concremarentur. de quo supplicii genere Pamphilus quoq; Eusebius meminit. Quintilianus & Augustinus sarmentis tradit complures christianos consumptos: quo circa sarmentarios dictitabant: semisses autem illi homines a veteribus sunt nuncupati: qui breuiculi: atq; minutiores extarent: quasi ad mensuram dimidii assis:

vt semodios: & semuncias dicimus. vnde. P. Vatinius ad Ciceronem: Simius (inquit) non semissis homo: contra me arma tulit: Sed & Tiberius Donatus in cõmẽtario Vergiliano ad Donatianum filium: semiuiros dici refert: quasi ex semissibus constantes: q̃ bus nihil haberi deterius potest. De vsuris autem: quæ per besses: & semisses dicerẽtur: commode a nobis dictum est.

Anquiro & anquisitiones vocabula esse romana: & honesta: quibusq̃ authoribus id asseratur contra quorumdam inscitiam.

Caput. XIIII.

RIsum mihi grammatici quidam nuper mouerunt: cum Romæ agerem. Nam inter alias eorum ludicras quæstiones: atq̃ ineptias: verbum hoc: quod est Anquisitio: & anquirere perinde atq̃ insolens: & inhonestum asserebant: neq̃ dignum: quod a Romanis hominibus: pro latino: & sincero haberetur. Quod ego pro tempore dissimulandum potius q̃ exponendum putaui: Sed hoc quidem verbum satis frequens apud veteres comperitur: & si alicubi deprauatum sit. proq̃ eo inquisitiones repositum: nec enim Liuius tantum in Romana historia vsus est: Sed & .M. Cicero: & Iunius Columella: M. quoq̃ Sergius cõmẽtarium scripsit anquisitionum titulo: sicuti a Terentio Varrone obseruatum est: quo loco de accensi officio ac potestate disserit: dictum vero eadem figura est qua & amputare: & ambustum: & ãcesum dicim⁹. nam amputare circumputare est: vt a Sex. etiam Pompeio exponitur: vnde aurum putum pro puro & purgato ab antiquis acceptum est. Anquisitiones autem intelligim⁹ cum diligenti peruestigatione aliquid circum quæramus: quod & Ver. Flaccus probauit. Hinc etiam annus deductus est: ab ipso temporis circuitu: vt ex Capitione. Atteio refert Macrobius: quoniam an pro circum veteres posuerũt: vnde anterminos circumterminos: & ansanctum & ambire pro circumire: quæ grammaticorũ cõmentariis peruulgata atq̃ detrita sunt.

Qd eodem die natalis Alexandri Macedonis fuit: & templi: Dianæ Edhesiæ cõcrematio: ac de authore ipso incendii: cognitio nõ iniocunda.

Caput. XV:

IN veterũ libris seruatum est: eodem die natalem Alexandri Macedonis fuisse: & Ephesiæ Dianæ templum illud memoratissimum incensum: quod inter vii. toto orbe pulcherima refertur. Id autem accidit olimpiade .c.vi. vt annales tradunt. Nomẽ vero eius qui tantum facinus fuerit aggressus: fuit Herostrato: itaq̃ cum captus foret: atq̃ interrogatus ab ephesiis: qua nam ratione adductus tantum scelus perpetrasset: non aliam ob causam respondit: q̃ vt maiorem nominis famam: atq̃ æternam celebritatem consequeretur: quo cõperto: decretum ab omnibus ephesiis factum est: ne quis eũ vllis vnq̃ temporibus nominaret. Neq̃ me latet septies fuisse id templũ restitutum: vt Mutianus est author. Scabro autẽ vir in perquirendis veterum monumẽtis diligẽs refectũ asserit: lõgeq̃ præstanti⁹: ac maioribus ornamẽtis absolutũ Dinocrate tãti operis authore qui Alexãdriã quoq̃ vrbẽ cõstruxit: qua in re Athenodorus quidem ac Tymeus a Strabone aduocantur.

De doctrina Annei Senecæ philosophi: & eius sententiæ allatæ: quæ sint ab oibus ediscendæ & obseruandæ.

Caput. XVI.

IN Seneca Anneo cõplura passim cõperies: quæ animi magnitudinẽ: constantiãq̃ & grauitatẽ maximam indicent. Nã de hois eloquutiõe: & stilo oratiõis: nihil mihi dicendũ existimo hoc loco: cũ nostri quidã critici vt incultum atq̃

in elegantẽ merito notauerint. Quod si mores in eodem querant: si vitę p̃cepta: si equitas: modestia: cõtinentia: cęteræq̃ virtutes exigantur: perdocte id quidem & grauiter laudatas ab eo: & absolutas inueniemus. Cũ vicia quoq̃ & libidines: omnẽq̃ nequitiã magno studio reppulerit & constanter depresserit: cuiusmodi sunt hæc quæ nuper veluti pythię oracula censui ediscenda: ac in memoria semper retinenda. Nihil est inquit turpius: q̃ grandis natu senex: qui nullum habet aliud suæ vitæ argumentũ: quo se diu vixisse dicat præter ætatem. Item & illud de officiis & actionibus hominũ: ita viuendũ (inquit) cum hoibus: tanq̃ deus videat: sic loquendũ cum deo tanq̃ homines audiãt. Quæ cum nuper Ioanni Canaccio rettulissem: oĩbus quidem locis atq̃ templis habenda atq̃ obseruanda asseruit. Homo nõ minori constantia animi insignis: q̃ egregia vitę sinceritate. Neq̃ mirum videri debet: si diuus etiã Hieronymus hunc ipsum Senecam in christianorum academiam ac sanctorũ catalogũ pertrahere conatus est.

Q̃ sit grauissimum scelus: Auaritiæ crimen: ac verba ibidem ex epistola Cassii. & alia ex Sallustio ad id pertinentia.

Caput. XVII.

QVam multa & q̃ varia scripta sint a veteribus contra auaritiam palam est: cũ omnes prope authores magnis quidem cõuitiis insectationibusq̃ tantum scel⁹ execrati sint. Sed Auidii Cassii verba ex eius epistola repetẽda sũt: quoniam si hoc malum priuato homine indignum est: certe in principe nefandũ: atq̃ mulctandum: sic igitur Auidius Cassius ad generum suum. Miseram rempub. atq̃ infelicem: quæ nimis diuites: diuitiarũq̃ cupidos patitur. Itaq̃ M. Antonius imperator vir et moribus & rebus gestis clarissimus: nihil in tota vita magis timuit: atq̃ deprecatus est: q̃ auaritiæ famam: sicuti relatum est a Iulio Capitolino. Nam quantum a tali crimine abesset: testes optimi sunt eius epistolæ. Vero autem verius est: quod a Crispo Sallustio refertur in hunc modũ: Belua: fera: immanis: intoleranda est auaritia: quo intendit: oppida: agros: phana atq̃ domos vastat: diuina cũ humanis permiscet: neq̃ excercitus: neq̃ mœnia obstant: quo minus vi sua penetret: fama: pudicitia: liberis: patria: atq̃ parentibus: cunctos mortales spoliat: ex qua illa nobilis ac vehemens execratio: si essent inferi auaritiæ cuniculi eos refodissent: quod ob eam rationem seruaui: vt facili⁹ considerari possit: quantum ętate nostra in eorum dignitate ac imperio sperandum est qui ad aurum & diuitias congerendas animum semper intendũt: cum sit hoc vitium præter cætera omnia vitiosissimum

Indigitare deos: quid sit: ac de indigitamentis: & qui dii indigetes vocati sint ex multis authoribus.

Caput. XVIII.

VEerba sunt in veterum commentariis indigitare: & indigitamenta: de quibus non nihil dicendum existimaui: cum paulo sint obscuriora: & a nonnullis inepte exposita. Indigitare igitur pre eo accipere debemus quod est indigetem et diuinum comprecando reddere. Nam eos dicimus fere indigetes (vt a multis traditur) qui nullius rei egeant. Id enim est tantum deorum: vt Xenophon Socraticus asseruit. Hinc illud peruulgatum: Calendis maiis solitos veteres bonam deam: Faunumq̃ & Opem: & Fatuam ex pontificum libris indigitare. Virgines autem vestales cum indigitare Apollinem vellent (vt Auectio prætextato refertur) Apollinem medicum: Apollinem pœna dicebant: quo loco celebrare. et comprecari a Festo exposi-

tum est: Sed & Frontinus vrbem Romam veteri verbo indigetem vocauit: Romana (inquit) vrbs indiges: terrarumq; dea cui par est nihil: & nihil secundum. Dii preterea indigetes illi habiti sunt in pontificum libris: quorum nomen vulgari non liceret: vt auctores sunt Verrius: Dionysius: & Festus: q̄q̄ Aeneas quoq; indiges dictus est eidemq; templa constructa: cum in certamine contra Mezentium nusq̄ comparuisset. C. vero flaccus librum composuit de indigitamentis: eumq; ad Cæsarem misit vt Censorinus meminit: cū de nomine & potestate genii differit. Neq; illud ignoramus indigitamenta a quibusdam pro incantamentis: & veneficiis exponi. Sed hoc ab indagando vt puto: alterum ab indigendo deductum est.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER SECVNDVS.

Remedium de soluendis amoribus cum mirifico exemplo Faustinæ: ac de natali Commodi Imper. qui omnium crudelissimus fuit.

Caput. I.

RElatum est in græcorum commentariis quanam ratione ac remedio vti homines oporteat in soluendis amoribus: neq; Magi tantū in suis libris hoc tradiderunt: Sed etiam Cadmus milesius, qui inter alia historiæ monumenta: libros aliquot cōposuit: de abolendo amore: sicuti scriptū est in Sudæ collectaneis: nos vero exemplū nunc apponemus de Faustina illustri fœmina: quę cū Antonii pii Imper. filia esset: Marci philosophi vxor: Tū gladiatoris amore nimio ac supra fidem tabesceret: mirifico prorsus cōmento excogitatū est: vt a tanto amoris contagio eam redimerent. Nā cum. M. Imper. ex ea rem percepisset: caldeis hoc & mathematicis exposuit a quibus decretū est pro Faustinæ salute: vt occiso gladiatore (quem illa maxime deperibat) eiusdem cruore epoto se subleuaret: ac statim cum viro suo concūberet: quo facto (vt traditur) ipsa quidem Faustina amoris contagio liberata est: ac ex eo quidem concubitu natus mox Antonius cōmodus, qui Rom. imperiū gladiatoriis pugnis: ac sæuissimis cędibus vt homo sanguinarius adeo attriuit: vt gladiatoris nomen nō imperatoris meruerit: quod & Iulius Capitolinus ad Cæsarem Dioclitianū refert: q̄q̄ nec ignoramus quidem hoc totū de ortu cōmodi augusti veluti cōmentitiū και ουπισορ a quibusdam referri: quando idem Capitolinus ex vulgari fabella circunlatū hoc asserat.

De studio ac litterariis vigiliis Pici Mirandulæ. Tum inibi Apologus perelegans de furio Cresino ex pliniana historia allatus.

Caput. II.

FActum est: vt Picum Mirandulanū nuper audirem de philosophia docte atq; egregie differentem Ibiq; cum Angelus Politianus & alii cōplures eius ingenium atq; multiplicem eruditionem laudarent: ac mirabundi extollerent: nō est (inquit) Picus vt hac in re mihi aut ingenio nūc velitis blandiri. Quin respicite potius ad labores & vigilias nostras: ac tum facile intelligetis gratulandū potius assiduis vigiliis: atq; lucubrationibus: q̄ nostro ingenio plaudendum, et simul aspicite (inquit) supellectilem nostrā atq; librorum Thesauros: ostendebat autē egregie instructā atq; copiosam bibliothecam: librisq; affatim omnigenis refertam: in quo recordatus

equidem sum veterē historiam Furii Cresini elegantē sane & lepidam: quæ perinde a nobis nunc refertur atq; a. C. Plinio posita est: quo loco de agris colendis præcepta exponit. C. (inquit) Furius Cresinus e seruitute liberatus: cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet q̄ ex amplissimis vicinitas: inuidia magna erat ceu fruges alienas veneficiis pelliceret. quamobrem a Sp. Albino curuli die dicta metuens damnationem: cum in suffragium tribus oporteret ire instrumentū rusticum omne in forum protulit: simulq; filiam adduxit validam: atq; (vt ait Piso) bene curatā ac vestitam ferramenta egregie facta: graues ligones vomeres ponderosos. boues saturos: ac postea dixit. Veneficia mea quirites hæc sunt: neq; possum vobis ostēdere: aut in forum adducere lucubrationes: vigilias: & sudores: quo dicto omniū sententiis absolutus est. Sed enim illud in studiis dolendum est doctioribus: ꝙ & si gratum sit reperiri aliquos: qui admodum in disciplinis profecerint: non tamen æstimatur: aut expenditur quantis vigiliis atq; laboribus hoc totum sunt assecuti. ex quo prudentissime Cicero: abiit ad deos Hercules (inquit) nunq̄ abiisset nisi cum inter homines esset eam sibi viam in cœlum muniuisset.

De subselliis eorumq; vocabulis: & quid maxime scimpodium: quid scamellum & quid suppedaneum: ex veterum authoritate.

Caput. III.

VErum profecto illud est. Q. Ennii: eum præter propter vitam viuere: qui assidue in ocio oblitescit: quod ego semper censui quouis tempore effugiendū tum his maxime viris qui alios iuuare velint ac posteritatē ipsam in aliquo possint instruere. Et cum nuper legerē veteres quorundā cōmentarios offendi in his voces aliquot minime vulgaris: aut cōmunes: quibus sedes earumq; species notarentur. vnde libitum mihi est aliquid subiicere: quod aliqua in parte ad hoc pertineat: memoriamq; ipsam communiat: ne bono ocio vsq; quaq; abutamur. Sunt autem quæ in præsentia occurrunt hæc: Tripodes: subsellia: stratum: hemiculū: Trochus: exhedra: scimpodiū: lectica: vnde etiā lecticarii: & in vrbe Roma castra lecticariorū celebrantur transtiberina regione a. P. victore. Sed & cathedra hypodion & Torus: segestria quoq; scamellum Siliquastrum Sellæ: & bisellium: de his em̄ Var. Terentius agit in libris de latina lingua ad. M. Ciceronē. Tum a sedendo multa scribit deflecti nam a sedendo (inquit) sedes sedile sellæ: & siliquastrum: & ab his etiam subsellium. sicuti subsipere quod non plane sapit: sic quod non plane sella erat subselliū: vbi autē duo forent bisellia dicebantur. vnde &. Pedianus Asconius subsellia (inquit) ea esse quæ triumuiris quæstoribusq; darentur: illisq; etiam qui minora iudicia exercerent: sellas autē fuisse curules ac tribunales. Scimpodiū vero Sellæ genus apud veteres: quod in græcia frequens fuit. vnde illud Gellius græciense appellauit: offendimus (inquit) Frontonem Cornelium in scimpodio gręciensi cubantē: cum pedes grauiter ęgrotaret. De scamello autem illud sciendū ꝙ a scamno quidem hoc deducitur sicuti Var. & Priscianus docent. Iuniores scabellum dixerunt ex affinitate vt puto litterarū quæ sit inter. M. & B. nam quod in poemate Dauid legitur προσκυμει τε τω υποδιωτορ ποδωμ αυτου οτι αγιορ εστιμ veteres interpretes: non scabellum vt Hieronymus: Sed suppedaneum interpretari maluerunt quod Augustinus etiam & alii referunt.

In vitæ officiis habendam generis ac dignitatis hominū rationem & q̄ prudenter ab Hadriano Imper. factum sit contra ignobilem libertū: ac ibidem quoq; de Augusti Octauii prudentia & ciuilitate in re simili.

Caput. IIII.

NOn iniuria factum est vt Varium Antonium August. annales atq; historiæ veterum plurimum accusent ꝙ inter alia eius portenta ac scelera vrbis Romanæ maiestatem cõtempserit: senatumq; ipsum vt homo insolentissimus: velut abiectum mancipium ita posthabuerit: vt honores: præfecturas: ac dignitates per seruos etiam ac libidinum ministros vendiderit: ac plurimos passim in senatum cõuocarit: nulla ratione habita ætatis: non census: nõ generis aut virtutis. Aelius aũt Hadrianus cum senatoriam grauitatẽ summis honoribus ac studio prosequeretur: aperte ostendit quantum Romanæ dignitati concederet: quod ab ipso Spartiano describitur. Sed illud tamẽ eiusdem Imperatoris dignũ profecto facinus visum est quod hoc loco afferatur: nam cum libertum suũ inter duos forte senatores mediũ ambulantem aspiceret: passus nõ est talem tamq; iniquã senatoriæ dignitati afferri ignominiã. Itaq; aulicum statim quendam delegauit qui audaciã eiusmodi comprimens illi colaphum infligeret: ac insuper adderet: noli impudens inter eos ambulare: quorum esse adhuc seruus potes: qua in re sapienter ab Hadriano Cæs. probatum est nõ pertinere ad principũ dignitatẽ atq; fortunã amori amplius q̃ virtuti cõcedere. quod Octauius quoq; Augustus prudentissime atq; ciuiliter obseruauit: qui suos omnis amicos in vrbe pari iure hisdemq; legibus atq; cæteros teneri voluerit. quin & maxime cõquestus est: ꝙ ipse Romanus populus liberis suis in theatro assurrexisset: ac si quãdo eos populo cõmendauit vt homo grauissimus semper adiicere consueuit si merebuntur: quod & Suetonius Tranquillus in historia Cæsarum refert.

De generib⁹ fulminũ quæ videlicet postularia: quæ pestifera & peremptalia sint: ac de procurandis fulminibus ex decemuiralibus tabulis: ac de fulguritis arboribus copiose explicatum.

Caput. V.

QVi de fulminibus & eorũ potestate apud veteres scripserũt permulta quidẽ genera referunt eaq; cũ ad publica: tum ad priuata spectare asserunt: nã disciplina ipsa thuscorũ. xi. esse fulminũ genera existimauit. Ro. vero sacerdotes & aruspices duo ex his tantũ seruarunt diurna videlicet Ioui: nocturna autẽ Sumano ascribentes. in vniuersum aũt triplici modo appellabãt: postularia videlicet: pestifera & peremptalia: sicuti Sextus Pompei⁹ ex Verrio Flacco rettulit. & Anneus quoq; Seneca insinuat: postularia eñ ob eam causam vocarunt: quoniã votorũ vel sacrificiorũ spretã vel omissam religionẽ reposcebant: pestifera secũdo loco ea nominarũt quibus interitus aut exilium vel aliqua clades denũtiaretur. peremptalia vero ea omnia quæ superiorũ fulgurum ac prodigiorũ ostenta & significationes perimerent: atq; penitus abolerent: sed eñ & tempora præstituta ac definita his erant ac potestas per ipsos fulguratos populo denũtiata. Quod & .C. Plinius ex Annei libris copiose probat. qui publica & priuata fulmina non hisdẽ viribus pollere affirmat: nã priuata (inquit) non vltra. x. annum existimant portendere: præterq̃ hæc quæ matrimonio primo vel natali die facta sunt. publica autem vltra annos. xxx. præterq̃ in deductione oppidorũ. Veteres autẽ Romani ex ethrusca disciplina sacerdotes in vrbe habuerũt qui fulmina ipsa procurarẽt: ac rite expiarent: qui fulguratores etiam a. M. Catone appellantur. ex quo in decemuiralibus legibus ad hunc modum de procurandis atq; expiandis fulminibus.

Sacerdotes cœli fulgura regionibus ratis temperanto:
Vrbem: agros: & templa: libera: & effata habento:
Prodigia: portenta: ad ethruscos & aruspices deferunto.

Procuranto fulgura: & obsita pianto.

Procurare eñ fulmen: & expiare pontificia verba sunt & suis sacris attributa: vt cõstat qđ a. M. etiam Cicerone exponitur. nã & Suetonius tranquillus Galbæ Imperatoris auum procurasse fulgura scribit: ac dum sacra perageret direpta illi e manibus exta ab aquila & in quercum delata: quod ipsi Galbæ imperium præsignauit: sed & fulgurales libri a veteribus citantur in q̃bus copiose sit explicitũ quo pacto ꝓcurari fulgura deberent: quibusq; victimis possent expiari: vnde & fulgur deus: & fulgurator Iupiter: ac eius tẽplum in vrbe apud authores celebre. Quin & fulguritæ arbores hinc dictæ sunt: sicuti in plautina fabula ex Philemonis Thesauro.

In agro (inquit) fulguritassint alternæ arbores.
Sues moriuntur angina acerrumæ.
Oues scrabræ sunt tam glabræ q̃ hæc est manus.

Hoc aũt modo fulgur fulmen: & tonitruũ exponi video: vt fulgur ignẽ ostendat: fulmen emittat. Tertium cõminatio quædã sit: & sonitus sine ictu.

Q. C. Plinius a græcis dissentiat de obitu poetæ Sophoclis: ac de his etiam nõ nihil: qui præ nimio gaudio interierint.

Caput. VI.

C. Plinius in libro historiæ naturalis. vii. Sophoclem tragœdiæ poetam scribit mirifico mortis genere occubuisse: siquidem ex nuncio (inquit) tragicę victoriæ periit. Qua in re græci fere omnes authores maxime dissentiunt. nam & Samosatheus Lucianus: quem Firmianus diis hominibusq; inimicum dicit: in hunc fere modum περι των μακροβιων ad Quintillũ de Sophocle σοφοκλησ ο τραγωδοποιοσ ραγα σταφυλησ καταπιων απεπνιγη πεντε και ενενηκοντα ζησασ ετη. Astipulãtur huic sententiæ & illi poetæ Sotadis versiculi: in quibus erudite exponitur: q̃ ipsa plerunq; innocentia ab iniquitate superetur: tum ipsum quoq; Sophoclem ait acino vuæ extinctum.

σωκρατην ο κοσμοσ πεποιηκε σοφον ει ναι
και κακωσ αμειλετον σωκρατην ο κοσμοσ
ερτη φυλακη. κωνειον οτι πιων τεθηκεν:
πουλυποδα φαγων ο διογενησ ωμον τεθηκεν.
αισχυλω γραφοντι επιπεπτωκεν χελωνη
σοφοκλησ ραγα φαγων σταφυλησ πνιγεισ τεθνηκε.

Deniq; & illud græcis dicteriis vulgatum est: tris tragœdiæ poetas vario & mirando fato periisse. Euripidem a canibus: Aechylum a testitudine: Sophoclem ex vuæ acino. Quod autem Plinius contra cæteros de obitu Sophoclis retulerit: vitio magis memoriæ factum id arbitror q̃ inscitiæ. haud enim temere aliquid de tanto viro pronunciandum censeo: qui de omni vita: & bonis disciplinis q̃ optime sit meritus. nam & latini scriptores longe in hoc dissentiunt. Cum maximus quoq; Valerius pro Plinio faciat. Nam de Anacreonte Teio notius est: q̃ vt hoc Pluribus debeat exponi: eum. s. pari obitu ac Sophoclem ex acino vuæ suffocatum. Qui autem nimia lætitia & gaudio perierint: complures apud veteres nominantur: sicuti Policrata insignis fœmina ex Naxo insula. Diagoras etiam rhodius: ac Philippides comœdiæ Author: qui in poetarum certamine cum præter spem vicisset: nimio gaudio exanimatus est. Ex quo fortasse latini authores pro Philippide comico: tragicum

Mortes vulgares

b. i.

Sophoclem acceperunt. quod alibi etiam notauimus.

Quid apud veteres fuerint Brutiani serui: & qua ignominia: & q̃ sint a Romãis habiti brutii populi. ꝙ ab illis desciuerint: tũ nõ nihil etiam de comicis lorariis.

Caput. VII.

RElatum est in veterũ cõmentariis mirificũ quidẽ exẽplũ: ac Romana saeueritate condignũ cõtra populos brutios. hi em̃ quo tẽpore Carthaginensis Annibal Italiã cũ exercitu iuasisset: ac romanꝰ p. alicubi minus feliciter cũ pœnis depugnasset: primi quidẽ ex oĩ Italia ad Annibalẽ defecerũt: sed cũ superatus Annibal Italia excedere cogeretur: bono atq; vtili exemplo sen. p. q. r. censuit in brutios animaduertendũ: ac ita eos puniendos: vt nũq̃ deinde pro sociis rom. populi haberent: neq; noĩa eoꝝ (sicuti ante) in ordinẽ militiae scriberent: sed illud etiã statuerunt vt ad maiorẽ quidẽ ignominiã oẽs Brutii: romanis in prouinciis tẽdẽtibus: parerent: ac vel uti mãcipia quaedã vilissima seruiliter hisdẽ ministrarẽt: adeo graui: & iniquo aĩo sen. Romanus defectionẽ populoꝝ ferebat. Hi aũt Brutii Lucanis cõfines sunt quos & bilingues quidã vocarunt: ꝙ osce. & graece loquerent: quod & sextꝰ ex Varrio flacco scribit: vnde etiã brutianae parmae apud veteres nobiles. M. autẽ cato: quẽ Plinius oĩm bonarũ artiũ magistrũ optimũ vocat. Q. Thermum acerrime insectatus est: ꝙ is imperauerit: atq; author fuerit: vt ipsi etiã decemviri a brutianis vapularent. Nã Brutianos intelligit eos: q̃ accincti loris: verbera & plagas incuterent: cuiusmodi sunt in comœdiis & scaenicis fabulis: qui lorarii dicũtur. quorũ quidẽ munus: atq; officiũ erat: vt seruos vincirẽt atq; verberarẽt: qualis terẽtianꝰ Dromo: qđ & Gellius author diligens in atticis obseruauit: & Festus etiã Pompeius rettulit.

Quo cõmento Pixodorus pro deo habitus sit: & de marmoris inuentione: ac de lapidicinis non nihil: ex Theophrasti libris.

Caput. VIII.

PEriocũda sane ac lepida historia traditur de Euãgelo deo in veterũ cõmentariis: quo videlicet pacto ex inuẽtiõe marmoris cœlo receptꝰ fuerit. Is em̃ Pixodorus ante dicebaẽ. nã cũ Ephesii ciues Templũ illud egregiũ atq; magnificũ Dianae ex marmore cõstruendũ censerent: quod inter septẽ reponitur: decretum est: vt ex pluribus locis atq; insulis lapides ac marmora peterentur: veluti ex Paro: Proconesso: Heraclea: aliisq; insulis. Is autem Pixodorus in Thaso forte greges pascebat: & cũ duo arietes certatim concurrerent: ac summo impetu congressi praeterissent alter ex his lapidem cornu proscidit: ex quo crusta colore maxime candido euulsa est: quam demiratꝰ Pixodorus collegit: ac relicto pecore cursim ad Ephesios detulit: quod adeo gratum atq; oportunum ciues habuerunt: vt non modo diuinis honoribus illum colerent: sed ευαγγελον pro pixodoro nominantes: sacra quot mẽsibus eidem ab ephesiis magistratibus fiebant: quod & pollio victruuius refert ad Octauium Augustũ: quo maxime libro de machinationibus disserit: sed & pixodori lapidicinae diu post ab antiquis noĩatae sunt: sicuti etiam aliae a Theophrasto celebrant: in quo περι των λιθων cuiusmoĩ Pariae: Pẽtelicae Chiae Thebaicaeq; ἐξῶν ἵνα ... δηκαι διῶν ομασμεραι λιθοτομαι παριων τεκι πεντελικων και χιωου και θεβαικων καιωσ οπερι αιγιπταου Fuit alter etiam euãgelus: qui libros de re militari diligẽter conscripsit: quod Elianus in epistola ad Traianum Imper. demõstrat. nam & Plutarchus cheroneus est author Philopomenem ipsum magnopere fuisse Euangeli commentariis delectatum sic vt frequenter eos in manibus haberet.

De aetate constantii Imper. & Narsetis: ac de epistola regis Saporis ad Imper. Constantium: & quid ab eo responsum fuerit ex Marcellini historiis.

Caput. VIII.

FActũ nuper est: vt ego & Politianus in Mareiana bibliotheca Florentiae sederemꝰ. cũq; alii nõ indocti viri adessent: habitꝰ sermo est lõgior de aetate & Imperio Cõstantii principis: de Narsete etiã: de Bellisario: de Iuliano bizãtiano ac de rege persaꝝ Sapore. Idq; ipsum ex monumẽtis cũ graecis: tũ latinis: ꝙ hi videlicet hisdẽ fere tẽporibus vixerũt: magnisq; & multis cõflictibus in Italia: diuersisq; regionibus contẽderũt: sed ego mox: cũ Romanas forte historias legerẽ: offendi epistolã Saporis persaꝝ principis ad Imper. Constantium: in qua facile apparet: quo animo rex Sapor atq; audacia fuerit: cũ ad imper. Constantiũ Augustum in hunc ꝑpe sensũ per Narsetẽ legatum litteras scripserit. Rex regũ Sapor & Solis & Lunae frater. Constantio Augusto salutẽ. Laetatus sum ad optimã te viã rediisse: & incorruptũ ęquitatis suffragiũ agnouisse: & satis expertus es: quãtas olim clades nimia alieni cupiditas ediderit. Sed quoniã veritatis quidẽ ratio libera atq; soluta esse debet: paucis absoluam: qđ alias saepiꝰ recensui: videlicet adusq; flumẽ Sermona. & macedoniae fines maiores meos tenuisse: quod & Romanae antiquitates testantur: proinde quod ad nos ptinet: audacter id repeto atq; efflagito. est em̃ cordi iustitiae causã tutari: q̃do & a ꝑma quidẽ adolescẽtia nihil vnq̃ pœnitendũ admissi. Ideoq; & Armeniã & Mesopotamiã recuperare molior. quae auo meo per fraudem: atq; insidias ereptae sunt: ꝙ si morẽ suadenti gesseris: probe quidẽ ac prudẽter feceris: vt reliqua securius: ac sine vl vllo discrimine obtineas. In quo medicos ipsos eorũq; disciplinã sequutꝰ fueris: q̃ aliquãdo partes corporis quasdã adurere: vel excindere consueuerunt: vt reliquis integris ac solidis vti liceat: quod & bruta quedã animãtia factitant: quae cũ intelligant cuiꝰ rei cã imprimis petanẽ: atq; capianẽ illud ipm̃ sponte amittũt: vt ĩpauide mox: ac sine vllo vitae discrimine degãt. Idẽ de te ꝓnũcio. ꝙ si haec nostra legatio irrita fuerit: vere ꝓximo instructis copiis: atq; oĩ exercitu accictus: res nostras (quãtũ ratio & fortuna ꝑmiserit) repetã: hactenꝰ rex Sapor ad Constantiũ Augustũ: q̃ has litteras diligenter expẽdit: ac recto pectore (vt ĩquit Ammianus) librauit. Sed apponã Imperatoris etiã Cõstãntii responsum: quo pars haec meliꝰ possit cõsiderari. Victor terra mariq; Constãtiꝰ Sapori regi salutẽ. Tuae sospitati gratulor: vt amicꝰ: si hoc velis: cupiditatẽ vero animi tui semp indefessã fusiusq; vagantẽ vehemẽter ĩsimulo: Mesopotamiã poscis: vt tuã atq; Armeniã: ꝑinde etiã suades: vt integro corpori mẽbra q̃dã adimanẽ: quo salus de reliquo in tuto a me collocet: sed accipe veritatẽ non obscurã quidẽ: aut vllis praestigiis obductã: sed apertã & perspicuã: quae nullis oĩo minis aut ꝑterreẽ: aut diminuiẽ. meꝰ p̃tor p̃fectꝰ opinatꝰ: cũ duce tuo de pace me quidẽ incõsulto disseruit: ꝙ hoc in communem vsum fore putabat. Id ego neq; abnuo: neq; repello mõ cũ dignitate fiat: neq; de maiestate quicq̃ p̃ripiat. nã indignũ atq; absonũ ẽ inuidiae ac iniquitati cõtra me ansã praebere: cũ tyrãnis per totum orbẽ deletis Romani nobis obtẽperent: simul & ignaui hoĩs foret: ea nunc perdere: quae diu illibata seruauimus. Valeãt igiẽ istae formidines: quae nobis intentantur: nos em̃ ꝑ nostra cõsuetudine: non inertia: sed modestia pugnas magis excepimus: q̃ intulimus: parati semp iure belli nostra oĩa defendere: qđ ipm̃ experiendo & agẽdo cognouimꝰ Rarissimum quidẽ in p̃liis rẽ romanã titubasse aut nunq̃ deniq̃ in partẽ deteriorẽ ꝓlapsam.

Quo artificio tonitrua ĩ scęnis olim ederenẽ: ac de Metelli Pii ĩmodico luxu atq; libidie: ex Sallustii verbis: & quo mõ imitatꝰ ea poeta Vergiliꝰ: quũ de Salmõeo agit.

Caput. X.

MOs olim fuit in scænicis fabulis Iouē quandoqꝫ tonantē inducere:sicut eiꝰ nu
mine p̄re nata tonitrua quædã ederent: quod etiãnū ex veterū comœdiis
colligimus.nã & ludis in ipsa scæna absolutis(vt inq̄t Festus)similitudinē
quandã tonitrui imitari cõsueuerūt:principio aūt eos sonitus ad hūc modū faciebãt
vt claros ac lapides in labrū æneū cõiicerēt:ex quo repercussu sonitus ille dissultaret:
Sed a Claudio mox pulchro inuentū est:vt ex cõiectu dissono lapidū multo quidem
maiores tonitrus ac verisimiliores viderentur:quod in libro.vi.de verboꝝ significatu
a Pompei explicatur. Vnde sic etiam Plautinus Amphitrio.
Hem quid hoc:q̄ valide tonuit:dii obsecro vestram fidem.
Sed quod in Sallustiana historia relatū ē de Metello pio:eiusqꝫ īmodico luxu atqꝫ su-
perbia dignū sane visū est:quod hoc loco apponeret.Is eñ Metellus tã elati atqꝫ īso-
lētis animi fuit:vt seipm:quasi Iouē coli pateret:ac thure ad se litatū accedere.Quin
& hoc instituit:vt instrumētis apte cõstructis:eius capiti corona cū tonitru suppone
retur.Sed hæc Salustii verbis reperēda sunt:sicut ī cœnis etiã Macrobianis legūtur:
Metellus(inq̄t)pius a.C.vrbino ad cœnam cum esset inuitatus:vltra Romanum ac
Mortaliū etiã morē curabant:ex ornatis ædibus per aulea & insignia:scænisqꝫ ad ostē
tationē histrionū fabricatis:simul croco sparsa humus:& alia in modū tēpli celeber-
rimi.præterea cõsidenti in transennã demissum Victoriç simulacrū:cum machinato
strepitu & tonitru coronã ei imponebãt:tū venienti thure: quasi deo supplicabat.ex
his aūt considerari pōt.qua ratione veteres in scænis ludis tonitrua simularent: vñ
etiã de Salmoneo Sallustiana quidē imitatione videtur a Vergilio dictum.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pænas:
Dum flammas Iouis:& sonitus imitatur olympi:
Quattuor hic inuectus equis:& lampada quassans
Per Graium populos:medieqꝫ per elidis vrbem
Ibat ouans:diuumqꝫ sibi poscebat honorem
Demens:qui nimbos & non imitabile fulmen
Aere:& cornipedum cursu simularat equorum.

Quæ causa fuerit vt Mithologi scribant gigantum pedes in volumen desinere:
& Lampridii verba exposita de Commodi Imper.crudelitate

Capitulum: Caput.XI.

NOn pauci ex veteribus fuerunt:qui fabularum mysteria:ac reconditam eru
ditionem perquirentes: libros de his composuerunt: in quo etiam studio
vetustissimi illi apud grçcos(vt inquit Strabo)& maxime pythagorici ela
borarunt:ne populo inuulgarent:quæ animis tantum initiatis promenda essent: qđ
& Vectius prætextatus copiose apud Macrobium demonstrat. Nam & inter alia
cum de Hercule & Gigantibus loquitur.Non temere(inquit)factum apud mitho-
logos:vt gigantum effigiem sic formarent:vt eorum pedes in draconum volumina
desinerent:idqꝫ ipsum ea ratione factum refert:quo intelligamus:nihil eos rectū aut
sublime cogitasse aut effecisse:cum detorti eorum gressus ad inferna demergantur:
Neqꝫ enim quisq̄ ignorat: nullam aliam ob rem Gigantes ipsos confictos: q̄ vt
impii homines atqꝫ insolentes. & quasi αθεα crederentur. Vnde in fabulis eos vo-
luisse aliquando deos ipsos de cælo depellere: ausosqꝫ contra illos pugnare: quod in
scœnis(vt dixi)macrobianis: tum apud Plutarchum explicatur. quod & Seruius
grãmaticus intellexit:qui ex vulcano asserit natum puerum Erichthonium.Sed pe-

dibus(vt inquit)dracõteis:vti in Vergiliano cõmētario rettulit.Sed illud notandū
est:qđ in Aelio lãpridio legit:quo loco Impera. Cõmodi libidinē atqꝫ sæuitiã p̄seq̄t:
refert eñ a Cõmodo ip̄o eos homines:qui pedibꝰ debiles forēt:nec ãbulare admodū
possent:in gigãtū effigiē formatos:sic vt quasi dracones(inquit)effingerēt:ac deiñ
sagittis eos cõficere solebat:qua in re signasse illud videt: quod in modū obtorti an-
guis desinere gigantū pedes diximus. nã & in vetustis adhuc quibusdã monumētis
(vt Pompeiꝰ lætus mõstrabat)maiores quidē effigies romæ visunt: quæ ipsis pedi-
bus obliquatos videntur serpētes referre:quod illa tortuosa volumina indicãt ex qui
bus impietas:vt ait prætextatus:eleganti figura demonstratur.

Q̄ grauiter ac satyrice Io.picus mirãdula contra inertes & ociosos homines ver
ba habuerit & qꝫ solon in suis legibus dãnandos cēsuit:ac inibi elegantissimi ver
sus positi Ex enniana satyra cõtra istos ociose oscitantes.

Caput.XII.

NV per forte cū Pico Mirãdulano diē consumpsi: q̄ cū de vita & philosophia
p̄multa grauiter & copiose p̄tulisset:illoꝝ maxime īgeniū atqꝫ aĩos subinde
acusabat q̄ segniter admodū degenere ocio oblitescunt:qua in re(vt fit)cū
acriꝰ ac seueriꝰ declamaret:cœpi mox diligētius cõsiderare:factū ab eo nō minꝰ acri
ter:q̄ prudēter:vt istiusmõi hoĩes:imo hoĩm mãcipia tã acerbe:tã grauiter: tã Satyri
ce sit insectatꝰ.nã qđ esse ī vita nequiꝰ aut celestiꝰ pōt: q̄ tempus ip̄m:rē.s.p̄ciosissi-
mã somno inertiaqꝫ turpissime trãsigere:qui eñ desides:ignaui & obscitantes viuūt
nō hercle magis viuūt:q̄ stolidæ pecudes:& meræ beluæ:neqꝫ viuūt eñ:sed sp̄m tra
hūt:sicuti pecudes solēt:quo factū ē:vt quidã νομθετα Pœnas quidē acerrimas con-
tra istos desides:atqꝫ ociosos statuerint:eosqꝫ iure infames dixerint:siquidem & Solō
ip̄e in suis legibꝰ inertiã hãc turpēqꝫ ignauiã seuerissime culpauit:q̄ desidiã(inquit)
sectatꝰ ē:is accusantibꝰ esto obnoxiꝰ.Vnde illud etiã Q.Ennii nō minꝰ equidē discē
dum censeo:q̄ dogmata & præcepta quædã ex philosophia intima eruta:quod idem
poeta in tragœdia Iphigenia his versibus contra inertiã posuit:vt Iulius celsinꝰ apđ
Frontonem cornelium rettulit.

Otio qui nescit vti:plus negotii habet:
Q̄ cum est negocium in negotio
Nam cui quid agat institutum est:nullo negotio
Id agit.studet ibi.mentem atqꝫ animum delectat suum.
Otioso initio animus nescit quid velit:
Hoc idem est.eñ:neqꝫ domi nunc nos:nec militiæ sumus.
Imus huc:hinc illuc:cum illuc ventum est:ire illinc lubet:
Incerte errat animus præter propter vitam viuitur
Quod etiam in atticis lucubrationibus Gellio refertur.

Q̄ his maxīe verbis Politianus se oblectari dicebat:vt sunt reciprocicornes arie
tes:& bestiæ exunges & excornes:& alia ibidem:addita.

Caput.XIII.

DIcebat olī Politianꝰ magna se voluptate affici: atqꝫ incredibili delectatione
teneri:ī his verbis:q̄ sūt reciprocicornes & lanicutes arietes & itē bestiæ exū
gues & excornes.qꝫ eorum compositio fœlix & iocūda sit nō īprobor:& pu-
tida:sicut ī aliis m̄ltis cõtigit.Arietes aūt reciprocicornes.& lanicutes:a Laberio poe
ta ī mimis dicti sūt:quē tñ Gelliꝰ cõplura refert admodū licēter cõfinxisse: quod alibi

b.iii.

diximus. Bestias autē exungues & excornes Tertullian⁹ vocat: pro his: quæ sine vnguibus: & cornibus forent: vt in libro de pallio habetur: cum Vedii pollionis crudelitatem incessit: vt qui murenis homines etiā ipsos deuorādos coniiceret. Theodorus vero Gaza depedes: deplumes: & depiles pereleganter in vsum romanū intulit: vir vnus (vt ego existimo) ætate supiori: qui cū omni antiquitate in optimis disciplinis comparari possit.

Disputatio de rep. habita: ac de Imperio venetum: & apologus elegās de pinu & cucurbita.

Caput. XIIII.

IN hortis oricellariis cū nuper aliquot egregie docti hoīes cōuenissēt: vbi de honestis litteris optimisq; disciplinis sæpe & copiose agitur: forte īcidit mētio de veterū īstitutis: de regenda ciuitate: ac de venetū clarissimo: atq; summo Imperio: qua in re cū multi multa (vt fit) disseruissēt: ibidē senex quidā in officiis reipub. hō accurat⁹ & prudēs: volo (inquit) vobis de venetum Imperio pelegantem referre apologū: quēa Frāciscoolī Barbaro audiui: q nostra ætate: magna vir eloquētia & cōsilio fuit: is ēm cū de statu atq; dignitate Philippi ducis mediolanēsis & repu. veneta ageret: ī hūc modū locut⁹ ē. Scio ego quātū mōenti positū sit ī fortūæ virib⁹: quātū pōderis ī rōne & diligētia hoīm. nā quo maiora sūt Impia: eo sæuiores qñdoq; cas⁹ atq; calāitates hñt. Sed apologū audiatis: Sata ē olī (inqt) cucurbita iuxta arborē pinū: quæ grādis admodū & ramis patulis extabat: cucurbita vero cū multis pluuiis atq; cœli tēperamēto creuisset: lasciuire īcipit: & ramulos audaci⁹ porrigere: iam serpebat ī pinū: iā surgere: iā rāos & frōdes īuoluere audebat: āpliora folia cādētis flores: pgrādia poma: & virescētia ostētās. Itaq; tāto fastu: atq; insolētia intumuit: vt pinū arborē ausa sit aggredi: & vides (inquit) vt te supo: vt āplis foliis: vt virore præsto & iā iā ad cacumē psurgo. tū pin⁹: q senili prudētia & robore pollebat: nihil mirata ē cucurbitę īsolētis audaciā: sed ita ad eā respōdit. Ego hic mīras hyemes: calores: est⁹ variasq; calāitates puici: & adhuc īteg̃ra cōsisto. Tu ad prios rigores minus audaciæ habebis: cū & folia cōcidēt: & viror omīs aberit: sic & in Italia (inquit) Barbarus: per multæ quidem sūt cucurbitæ: quæ pinum aggredi magnopere conātur: sed habent tñ plus animi: q roboris: quocirca breui exarescunt: aut decidunt: pinus autē vexari: atq; turbari potest: extirpari autem aut siccari nisi longissimo tempore nequit.

De oraculo a Maximino Imper. instructo contra christianos: & ibidē de cōstātia christianorū: quibusq; verbis contra Rom. præsides vterentur.

Caput. XV.

SAtis cōpertū ē ex ānalibus veterū: quātū rom. olī Impatores decretis publicis: atq; edictis christianorū religionē repellere: atq; extīguere conati sūt. Sic vt nullū crudelitatis gen⁹ omissū fuerit: ī quo christiāi hoīes vexati: atq; dissecti nō fuerīt. Sed vt cætera nūc omittātur. Maximin⁹ quidē cæsar nō mīore astu q̄ sæuitia vsus ē ī psequēdis lacerādisq; christianis. siquidē louis simulacrū (qd in vrbe Antiochia celebre fuit) sic īstrui curauit: cōmētoq; callido aptari: vt ī edēdis oracl'is: quæ tū magno cultu hēbāt: rñsū de christiāis hoc pmeret. Ne hoīes xpo dicati degerēt ī vrbib⁹: neq; vl'etiā locis iuxta vrbes. Sed pculvt noxiū gen⁹: atq; veneficū fugarent: quo factū ē: vt vagi palātesq; & reiecti ab oīb⁹ forēt: tāetsi p religiōis merito atq; maiestate id accidebat: vt quo plures: sæuiores forent persecutores: eo maior & amplior religio haberetur: nec ēm quicq̄ principum sæuitiam atq; feritatem magis

exstimu lab at: q̄ firmitudo illa & inuicta atq; impenetrabilis christianorū constantia quæ quamlibet libidinem atq; immanitatem longe expuraret: cum foret hæc oratio christianorū: vt a Septimo Tertulliano scriptū est. o Romani præsides: cruciate: torquete: damnate: allidite: atterite nos: probatio est nostræ innocentiæ vestra iniquitas. N.

Qui grammatici de origine verborū scripserunt: & vnde hęc verba: auidus & inuidus dicta sunt: perelegans & erudita enucleatio.

MAgno studio ac diligentia quęsitū est a veteribus grammaticis de origine ac significatu verborum: qua in re Nigidius: Verrius: Flaccus: Pedianus: &. M. Varro plurimū operæ posuerunt: quoniā in consideranda atq; intelligenda verborum origine: varia fere atq; diuersa ab authoribus tradita sunt: quod & Fabius Quintilianus testatur: & Academici probant. Ego aūt secreto opere de hoc pluribus disserui: nunc exponendū putamus: vnde originem traxerint hę voces Auidus: & Inuidus: quoniam grammatici quidam iuniores nō minori inscitia: q̄ improbitare in his aberrant: cum probi auctores tam eleganter tamq; erudite de his egerint: affirmant enim a videndo deductū esse vtrumq; vocabulum: nam auidi nō a videndo nominati sūt: propter nimiā cupiditatem: vt Ver. Flaccus existimauit: q; a littera priuandi vim obtineat: sicuti amentes dicimus: qui mentem nō habent: inuidos aūt & inuidiam simili ratione inquit Cicero dici: quoniam ex nimia videndi cura liuescant: qd in tertia (vt puto) Tusculana cōperies: ab inuidendo inquit: recte dici potest inuidentia: vt effugiamus ambiguū nomen inuidiæ: quod verbū dictum est: a nimis intuendo fortunam alterius. quod & poeta Accius in Menalippo testatur.

Florem quisnam liberum inuidit meum.

Qua in re. M. Cicero nō acciū modo excusat: sed etiam egregie cōmendat q; inuidere cum accusandi casu protulerit: quoniā ius suum poeta retinuit.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER TERTIVS.

Q̄ Plato philosophus inuidiæ morbo laborauit: & q; infensus Xenophonti atq; Democrito fuerit: cuius etiam libros extīgui cupierit.

PErmulta adhuc supersunt indicia ex veterū scriptis: quibus copiose probari potest: Platonem philosophum æmulationis ac inuidiæ morbo maxime laborasse: aliorūq; laudes iniquo animo accepisse: siquidem inter eū ac Xenophontem tacitę cuiusdam æmulationis liuor extitit: cum nullibi Plato de ipso Xenophonte tanto viro meminerit: eiusdē vero discipulos ac sectatores loquētis induxerit: qd animi male affecti atq; insinceri argumētum præbuit: vt Gellius dicebat. De abderite autem Democrito: qui longe in phisicis præstitit: idem factum est a Platone: sicuti Aristoxenus refert: nam cum Plato inquit locos quosdam tractaret: in quibus contra Democritum sentiebat: prudens tamen ac sciens nusq̄ illū citauit: & si alios fere philosophos nominaret: tum qd est ampliusidem Plato quęcūq; habere potuit Democriti commentaria traditur collegisse: eaq; cum cremari voluisset: ab Amyda & Clinia viris pythagoricis prohibitus est: afferentibus eos Democriti libros non posse omnes

extingui:cum apud multos passim exempla eorũ seruarentur:quã rem & Laertius diogenes ex veterũ cõmentariis recenser:nam & Georgius cretensis: qui trapesuntius appellari maluit:permulta Platonis philosophi vitia collegit libris de hoc compositis Vnde Io.Alariensis ridicula voce illũ cenotimonem & erinym appellat:quod & Nicenus Bessarion alicubi asseruit.

Disputatio habita inter Hieronymũ Sauonerolam:& Picũ Mirandulam de philosophia veterũ cum christiana academia. & quid item vetustissimi de ipso deo senserint id est Moses:Mercurius:Zoroastres & Pythagoras.

Caput.II.

QVam vera sit:atq; ex re conficta a Luciano eloquentię imago apud celtas populos nuper equidem cõsideraui:cum Io.Picus Mirãdula me ipsum:Laurentianũ sua oratione quocumq; vellet perduceret:tanta em̃ in eo viro & vocis suauitas & rerum omniũ cognitio adest:vt etiã: sicut ille Luciani ὁκμιοσ Mercurius facile omnis populos atq; homines suis sermonibus capere:oblectare:atq; afficere possit.Nuper autem consedimus in marciana academia apud Hieronymũ Sauonerolam qui ætate nostra in omni prope philosophia maxime præstat: sed inibi Laurentianus (vt fit)ex veterum philosophia cũ permulta de ipso deo ac eius potestate rettulisset ac de animæ viribus:cumq; in hoc nõ re:sed verbis dissentire christianos affirmaret: modeste(vt solebat)ac placide Hieronymus.Caue inquit Laurentiane:ne verba pro rebus accipias.Nam qui veteres philosophos in academiã pertrahunt: perfacile quidem vel falluntur ipsi:vel alios fallunt.Plato enim ad animi insolentiam: Aristoteles vero ad impietatem instruit:quo magis te inquit Laurentiane hortamur: vt ipsis philosophię spaciis atq; vmbraculis ad Salamonis porticum deficias: in qua certissima vitæ ratio atq; veritas cõtinetur:quibus dictis cũ Io.Picus subrisisset:& ad te inquit hęc etiam pertinent crinite:qui tam studiose adhuc pœne adolescens:tamq; assidue omnibus prope disciplinis incumbas:sed ea inquit de deo & animis decreta: cũ diu a me euigilata atq; perpensa fuerint: puto me posteris etiam probaturũ:christi religionem magna ex parte cum veteri philosophia consentire:modo hęc omnia diligentius atq; probius intelligantur:cum nulla vnq̃ religio fuerit: quæ deum ipsum æternũ rerũq; oĩm absolutissimũ non dixerit:sicuti et animã quoq; immortalẽ.Sed principes inquit in omni mortaliũ vita extiterunt aliquot & iudicio: & rerum cognitione maximi:vt Moses:Pythagoras:Mercurius:Zoroastres:Solon:qui omnes pari consensu:non modo hæc crediderunt:sed maxime affirmarunt.Nam si quid est antiquitati concedendum:omnis certe illa veterũ theologia pari sententia id ipsum asseruit. Hermes em̃ qui apud ægyptios floruit:& qui maximus philosophus:maximus sacerdos:& maximus rex fuit:certe cum Mose ipso consentit:eiusq; opinioni magnopere accedit. nam et Pythagoræ diuina illa philosophia quam magicen nuncuparunt:magna ex parte ad mosis disciplinas pertinebat:vt qui ad hebreos quoq; eorũq; doctrinas in ægyptũ vsq; perrexerit:pluraq; illorum sacra:atq; mysteria intellexerit.nam Platonis etiã eruditio(vt constat)ad hebraicam veritatem fere accedit:ex quo permulti eum germanum Mosem dixerunt: sed grece loquentem. Zoroastres autem ille Oromasi filius eum magicen quidem percoleret:nihil aliud accipiebat. q̃ dei cultum atq; diuinitatis studium: quo ille occupatus naturæ vires omnemq; potestatem egregie apud persas perquisiuit: vt sacra illa & sublimia diuini intellectus arcana cognosceret: quam partem vel Theurgiam multi vel Cabalam alii: vel magicen etiam dixerunt: Sed enim omnis antiquitas tantum videtur hebræis atq; ægyptiis concessisse:

vt veritatem ab illis acceptã per varias orbis regiones:atq; diuersos populos circumducere:atq; illustrare voluerit.quod eo animo a quibusdam effectũ est:vt magis addere aliquid:ac inuenire ipsi crederentur: q̃ sumpta ab aliis approbare. quibus relatis Hieronymus Sauonerola Io.Picum cõplexus:& vnus tu inquit es Pice ætate nostra: qui omniũ veterũ philosophiam:ac religionis christianæ præcepta & leges percalleas:vt hæc tua quidem rerum pœne omniũ cognitio: antiquioribus illis Hieronymo: Augustino:Basiliis:Gregoriisq;:ac Dionysiis merito conferri possit:nam alia ibidem multa Io.Picus de christo: legibusq; eius ac religione copiose disseruit: ex chaldaicis atq; syriacis thesauris:quod alibi commodius recensui.

Qd apud nostros quattuor idiomatũ genera fuisse tradantur: id est Priscum: Latinum:Romanũ:& Mixtum:& quo maxime tempore floruerunt:ac de ethruscis etiam litteris non nihil.

Caput.III.

SIgnum obseruatione visum est:quod in quorundam cõmentariis legitur:de latina eruditione:& quo maxime Idiomate: quibusq; tẽporibus maiores vsi fuerint.Relatũ igitur est quattuor fuisse apud nostros linguarum proprietates:hoc est Priscam:Latinam:Romanã:Mixtam:quod ex Varronis authoritate grãmatici veteres tradunt.Prisca est:qua vetustissimi Italiæ populi sub Iano videlicet & Saturno regibus vsi sunt:cuiusmodi carmina quædam incondita: parumq; nostris intellecta adhuc supersunt:vt Saliorũ & Argeorum sacra:de quibus Var.etiam Terentius meminit.Latina vero:quam sub Latino:& regibus Tusciæ cæteri quidem populi in ipso latio loquebantur: qua tabulæ decemuirales scriptæ sunt:ac sacræ leges: & publica quædam edicta.Romana quæ post exactos reges Rom. populi gesta complexa est:nam & hanc ipsam inter poetas.M.Plautus:Neuius:Accius Pacuuius:Enni?: et.P.Vergilius maxime coluerunt:ex oratoribus aũt & historicis.M. Cato: Sisenna: Quadrigarius. Val. antias. Cæsar &.M.Cicero. Mixta vero:quæ aucto Imperio & libertate amissa varios populos ac nationes in iura ciuitatis admisit. Quo factũ est vt Romana virtus:ac loquendi iuxta integritas passim cũ moribus degeneraret: ex veteri sententia.

Moribus antiquis res stat romana virisq;
Neq; aũt me latet:latinam quidem doctrinã ex multiplici:varioq; Idiomate constare siquidem:& Osca:& Sabina vocabula a multis olim recepta sunt:vt punica nũc omittamus.nam &.Q.Ennius Osce locutus est:tum ethruscas alii fabulas exposuerunt. sicuti Liuius &.M.Cicero:alicubi testantur.

De nominibus Romanorũ:& q̃ a Sabinis prænomen acceperint:ex fœdere cum Romanis facto:tum qua die Romani nomen assumerent.

Caput.IIII.

APud Macrobiũ & alios veteres nõ pauca sunt obseruata de potestate: & ratione nominũ Romanorũ. Vnde videlicet assumpta vel deducta sint.Sed em̃ Romani homines:nõ vno tantum nomine vel cognomine censebantur: sed pluribus etiã q̃ a nostris grãmaticis tradatur:sicuti videre quorundam exempla possumus.Nam sic vtiq; de Attico leges: eum quidem his appellationibus fuisse vocatũ vt diceretur.T.Cæcilius.Satus.Pomponius.Atticus.Solebant em̃ Romani: vel ab illis cognomen accipere a quibus hæredes relinquerentur:quod alibi demõstraui. Nec enim illud ignoramus.tria pręsertim nomina romanorũ a poetis designari.vnde illud

Tris equitum turmæ.tria nomina nobilium.

Sed hac in re putaui obseruandum: quod ab Eutropio scriptum est: in Rom. historia ad Valentem augustum: quod equidem non satis memini: an apud alium authorem legerim: post multas inquit contentiones inter Sabinũ populum & Romanũ factum est fœdus: ac iure societatis in eandem sententiam conuenire: vt rex. T. Tatius simul cum Romulo imperiũ teneret: Sabiniq; & Romani vnus populus efficeretur. ex quo ad hoc inquit confirmandum. Romani tum cœperunt Sabinorum nomina suis præponere. Sabini autem Romanorũ: vt nouæ quidem amicitiæ nominũ iura adiicerent. quo factum est: vt nemo deinceps Romanorũ absq; prænomine haberetur. Neq; vero illud ignoratur: in veterũ commentariis lustricos dies illos a Romanis dictos: quibus nomina infantibus imponerentur. nam & Nondinã deam (vt asserit vectius prętextatus) Romani colebant: a die nono appellatam: quo videlicet ipsos infantes lustrarent: ac nomen imponerent: & si octauo die fœminis: maribus autem nono: vt in cœnis macrobianis legitur.

Qui maxime apud latinos: de Sacris ac Pontificiis verbis scripserint: & quomodo reus & damnatus inter se differũt: tum ex iure ipso Pontificũ verba exposita.

Caput. V.

QVi apud veteres de iure pontificio & antiquis sacris scripserunt: percõmode visi sunt: atq; egregie verborũ proprietates: ac potestatem explicare: ea cum primis referentes: quæ ad sacras voces: quæ ad funerales: & Saliares pertinerent: cuiusmodi authores a Macrobio celebrantur. Vectius prætextatus: ac Flauian? vt Labeonem Antistium: & Veraniũ mittamus: qui libros de pontificalibus reliquerunt: Sed enim cum ritus ac cerimonias sacrorum inuestigarent: verborũ quoq; rationes atq; originem mirifica diligentia conquisierunt: quod in his nuper vocibus obseruauimus: quæ ad reum & damnatũ pertinent: nõ minus vero: q̃ subtili iudicio examinatis: siquidem vtrumq; vocabulũ in votis nuncupandis: atq; persoluendis frequens in veterũ libris cõperies. nã illũ proprie reũ dixerunt: qui suscepto voto in sacris sese numini astringit: damnatũ vero dicimus: qui se a promissis eximit: & vota persoluit: quod in Macrobianis quoq; cœnis ab Eustathio elegãter disputatur. Vnde illud etiã in veterũ legibus legitur.

Qui reus voti esto accedito ad sacra:
Qui damnatus esto sacra rite persoluito.

Nam &. P. Maro: qui ius Pontificium optime calluit: egregie id obseruauit: quo loco inquit.

Dii quibus imperium est pelagi: quorum æquora curro:
Vobis lætus ego: hoc candenti in littore taurum
Constituam ante aras voti reus: extaq; salsos
Porriciam in fluctus: & vina liquentia fundam.

De viribus atrę bilis: ac de Eurylocho: & poeta Malacho: q̃ grauiter eo morbo ad insaniam vexarentur.

Caput. VI.

QVi de moribus & vita philosophorũ scripserunt: Eurylochũ tradunt qui Eliensem Pyrrhonem audiuit: miris modis atra bile vexatum fuisse: quæ græce μελαγχολια. dicitur: atq; sic percitum eo morbo: vt cum in Elide variis & diuersis multorum quæstionibus ageretur: ac responsitando esset fatigatus: pallium abiecerit: & Alpheum fluuium tranauerit. Illud quoq; de eodem Eurylocho: eiusq; furore traditur: sic aliquando instigatum κατα μαγειρου vt sumpto veru cum carni

bus: vsq; in forum illum insequeretur. fuit autem Eurylochus acerrimo quidem ingenio: cuiusmodi fere hi sunt: qui atra bile sunt affecti: quod ab Aristotele philosopho atq; aliis approbatur. Nam & Phauorinus academicus: qui Pyrrhoniorũ libros composuit: heroicam hanc affectionem appellabat dicens ειμαι σχεδον τι το παθος του ηρωικου: quando Hercules: Lysander Aiax: ac Bellerophon eodem vitio laborarũt: Socratem nunc & Platonem mittamus. Nam Malachus quidem poeta excellens fuit: sed eo tum in absoluendo carmine præstantior: cum mente penitus foret alienatus sicuti etiam de Bacchis: & Sybillis (vt appellant) creditum est. Quin & Augustinus copiose affirmat poeta ipsos nõ proprio: sed alieno ore carmen effundere. quod a Platone probatur in eo libro: cui titulum fecit de furore poetico: sed enim de atra bile cũ plura scribat Aristoteles in probleumatis: frigida inquit stolidos & ignauos reddit: calida ingeniosos & amantes. nimia vero attonitos & timidos: sed hęc alibi commodius explicauimus.

Quo habitu & forma esset Romana toga: ac de aliis vestibus: quæ cuiq; populo ascribantur: tum alia inibi nõ iniocunda addita.

Caput. VII.

SCripta sunt a veteribus permulta de vestibus: & eorũ genere: sicuti a Suetonio Tranquillo: Cornuto & aliis: qui diligenter quæsierunt: quibus etiam vocibus apud varios populos signarentur: sicuti græcorũ pallium: Sardorũ mastruga: Brachæ Gallorũ: Germanorũ rhenones: Romanorũ toga: de quibus a me alibi dictum est. sed hoc loco notandum mihi videtur de Romana toga aliquid: quo habitu quaq; ratione accipienda atq; intelligenda sit: cum nuper de re hac quęstio inter doctiores haberetur: Ad hunc igitur modũ Romani vestem hanc habuerũt: veluti etiã num in veterũ statuis & marmoribus conspicimus: q̃ togatæ ob id imagines appellabantur. erat aũt vestis vsq; ad talos: vnde talares etiã togæ a quibusdam dicuntur. Idq; seruatũ est Romæ: vsq; ad ætatem Octauii Augusti: quod a Fabio Quintiliano diligenter est obseruatũ. nam deinde breuiores fuerunt: sic vt ad media crura essent demissæ. rotundam vero & apte cæsam volebant: ne enormis vel indecens videretur: si qua ex parte minus iusta: nec eadem fuisset proportio: sinus etiã faciebat. qui cum altiores cinctura extarent: decenter & honeste in partem sinistram ducerentur. Ita em̃ desiderat Fabius in oratore: quoniã sedeat aptius. merito aũt repræhensus est. C. Plinius qui talarem togam dixerit a Cicerone gestari solitam: vt ea varices velaret. cum consuetudo tum foret: togas ipsas ad talos vsq; demitti: sicuti græcorũ pallium erat: in superiori aũt parte: humerũ operiri debebat: iugulũ vt attingeret potius q̃ velaret ne togæ ipsius dignitas & latitudo: q̃ in pectore visebatur in angustũ deducta perderetur. Erant & manicę in toga vsq; ad ipsas pœne manus: neq; tamen ad ímos digitos quarum latitudo æqua & decens magis decorem q̃ venustatem præferebat: vt cum brachium in agendo tollerent cæteris togæ partibus optime responderet: ita enim romani togam fere habuerunt: nam in Mena Pompeii liberto togam nimis defluentem atq; redundantem: virulento carmine insectatur Horatius: cum sex vlnarum esset: eaq; amictus Menas populo stomachante per sacram viam incederet: neq; enim licebat in vrbe: præterq̃ libero homini: hac veste vti: siquidem & ætatis & hominum in habitu vestiũ ratio est a senatu po. q. r. seruata. nam & pueri prætexta toga vsi sunt: sicuti ex his notissimũ est: quæ vectius prætextatus in Macrobianis cœnis de prætexta & bulla aurea copiose disseruit: virili autem toga vti a sextodecimo ætatis anno incipiebant: etsi quidam temere dissentiunt. Octauius enim Augustus. XII. agens annũ aui

am Iuniam defunctã pro concione laudauit:& quadriennio post (vt ait Trãquillus)
virilem togam assumpsit. viri aũt Romani. vt est author Gellius: primo quidem sine
tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas & breues tunicas citra humerum
desinentes habebant: ex quo Scipio ille aphricanus Pauli filius: cum in Gallum S[illegible]-
tium esset inuectus: cum Cheridota illũ tunica accubuisse nõ sine stomacho ast[illegible]-
uit: & re vera facta est aliquando mutatio in Rom. ciuitate de indumentis g[illegible]ndis:
siquidem Octauius Augustus ædilibus demandauit: nequem ciuem in foro aut circo
paterentur consistere nisi positis lacernis togatos: & cum forte pro concione vidisset
penulatorum turbam indignabundus & clamitans.

En inquit Romanos rerum dominos: gentemq; togatam.

Q̃ iniquo animo pu. Vergilius fuerit contra Grãmatistas atq; ineptos litterato
res: ac eiusdem elegans dictum super illo ænigmate:
Tris pateat cœli spacium nõ amplius vlnas.

Caput. VIII.

TRaditum est a multis. P. quidem Vergilium bonis ingeniis ac eruditis pluri
mũ gratiæ & fauoris ostendisse: contra aũt litteratores: ac male doctos homi
nes: mirũ est q̃ affecto & infenso animo fuerit: ꝙ in his maiorem audaciam ac
impudentiam: q̃ maturitatem & iudicium videret: ex quo prolatis etiã versibus hoc
totum aperte asseruit: sicuti Iunius philargirius: & Seruius honoratus referunt: sed
quod in versiculo Vergiliano acciderit de cœli spacio grammaticis conquirentibus
dignum sane videri potest adnotatione: in hoc em̃ carmine ex bucolico ludicro.

Tris pateat cœli spacium nõ amplius vlnas

Cum Cornificius & alii quidam grãmatici dubitarent: anxieq; a poeta perquirerent:
si quid forte remotius subesset: perlepide responsum est a Vergilio: se in ea re gram-
maticis oĩbus crucem fixisse: in qua se assidue distorquerent: q̃d ipse etiã Pedianus a
Vergilio audiuit: quemadmodũ Iunius idem Philargirius in Vergiliano cõmentario
refert: qui tamen Pedianus respondisse traditur: mihi certe nullã crucem: Nõ em̃ sum
id anxie quæsiturus. Quantũ vero doctrinæ Vergilianæ ac eius fœlicissimo ingenio
concesserit Pedianus: cum ex aliis multis declarari potest: tum ꝙ idem Pedianus li-
brum quoq; contra eius obtrectatores composuit: qui. P. Vergilio & historiæ falsita-
tem & furta ex Homero obiiciebant: cum in vtroq; nõ defensionem modo: sed gratiã
et laudem singularem merito inuenerit. quemadmodũ Eustathius: ac Furius albinus
erudite & copiose apud Macrobium testantur.

De his hominibus: qui se ipsos in puteum iaciant: & quid in causa: exemplis de
Laurentiano & aliis adductis.

Caput. IX.

QVæsitum nuper est a viris prudentioribus: quonã fato acciderit: vt hoc ipso
anno in parte Gallię (quæ a nostris Lugdunensis dicitur) nõ paucæ quidem
fœminæ se ipsas in puteos & in vndas cõiecerint: & si nullo (vt apparebat)
corporis morbo vexarentur. in quo nihil certũ: aut etiã dignũ est allatũ: pręter q̃ ꝙ hoc
totum plæriq; potestate siderum: ac cœli defluxu fieri arbitrati sunt: vnde furore per
citi homines: violenta nece occumberent. nec em̃ desunt exempla apud veteres: qui
bus aperte colligitur plurimos tali morbo affectos se interemisse: quod a veteribus ta
men in deorũ iram & quasi vltionem refertur. Nam de his qui graui morbo: aut peste
tenentur vulgatius est: q̃ vt de hoc tradendũ sit. cum̃ Gallenus quoq; & Hippocrates
in medicina pręstantes vinciendos pręcipiant ęgrotos: sicubi pestilenti: vel grauissima
febre infestantur: quod in his maxime accidit: qui pestilentia laborant: in celebri illa

Atheniensium traditur: in qua permulti se ipsos passim in vndas iaciebant. quod a poe
ta Lucretio eleganter explicatur.

Multi præcipites Lymphis putealibus alte
In fluuios partim gelidos: ardentia morbo
Membra dabant: nudum iacientes corpus in vndas.

Testis mihi: & Pontanus virginem Neeram in salientinis paucis ante annis sese in pu-
teum deiiecisse: Sed hoc nimia indignatione factum constitit: ꝙ ab eo se repudiatam vi
deret: cui pro coniuge pacta erat. Sed enim quod nuper accidit in Petro Leonio. mirifi-
cum certe visum est: quando is & in philosophia vir excellens: ac prudentia prope egre
gia: in puteum se in florentino suburbano immersit: quod etiam mox Laurentiano Flo-
rentino contigit: cuius ego Academiam aliquando accessi: eiusq; disciplinæ auditor in
terfui: cum Aristotelis: atq; Hippocratis commentarios magna eruditione exponeret:
sed in obitu hoc Laurentiani: consensum est a medicis fuisse illum atra bile sic percitum:
vt Hippocratis vinculo necesse fuerit illũ alligare: q̃q̃ & hoc ipso anno fœminæ aliquot
in Crotoniensi agro idem factitarunt.

De populis qui humana carne vescantur: & quę Hieronymus de Scottis gente Bri
tannica scripserit.

Caput. X.

FRequens mentio est apud veteres authores de populis Anthropphagis. qui
videlicet idcirco sunt a græcis appellati: ꝙ humana carne vescantur. Nam
apud Scythas (inquit Plinius) plura genera sunt: quæ humanis corporibus
vescuntur. Et in medio prope orbe terrarum Sicilia & Italia: gentes fuisse olim huius
monstri Cyclopas & Lestrigonas dictos constat: sed idem relatum est etiam a Hierony-
mo de Scottis: ꝙ hi populi ab hominibus esitandis non abstinerent: quod hercle mi-
rum est: cum ad ipsam Hieronymi ætatem id agerent. sic enim refert idem quo loco va
rios populorum mores ac ritus percenset. quid inquit loquar de cęteris nationibus cum
ipse adolescentulus in Gallia viderim: Scottos gentem Britannicam humanis vesci car
nibus: & cum per siluas porcorum greges & armentorum: pecudumq; reperiant: pasto-
rum nates & fœminarum papillas solent abscindere: & has solas ciborum delitias arbi-
trari. Iidem etiam Scotti quasi Platonis rempublicam sequentes: nullam propriam ha-
bent coniugem: sed pro libidine inquit more pecudum lasciuiunt. quod a me de Scottis
eo libentius est obseruatum: quoniam & doctores quidam opinati sunt: de his quidem
populis nullam Romanis Imperatoribus cognitionem fuisse: in qua sentẽtia & Hermo-
laus barbarus fuit. Nostra autem ætate compluris cum Carolo Francorũ Rege Italiam
inuaserunt: qui sub eius signis militarent: sunt enim in dirigendis maxime sagittis viri
acres atq; egregii.

De lapide caristio mirifica obseruatio: ꝙ ex eo vestes contexantur: atq; in ignẽ po-
sitæ a maculis emundentur.

Caput. XI.

DE Caristiis columnis: atq; marmoribus complura ab his tradantur: qui de lapi-
dicinis scripserunt: de illo autem genere lapidis. qui ad Caristium celebratur: cũ
alii multi: tum præcipue Strabo miranda quædam describit: cũ netilem hunc
atq; textilem esse referat. Quin ex ipso lapide mãtilia inquit Strabo egregie contexi: atq;
absolui. quæ si forte cõtraxerint sordes: & in ignẽ deferãtur: facile quidẽ emundari: atq;
omnis maculas tolli: ac si in lauacro fuerint. Quod ego ob id obseruandum existimaui:

vt apertius intelligamus: nihil tam mirum videri in maiestate naturæ: quin illud ipsum magno consensu credi oporteat: etiam si male docti homines: atq; antiquitatis imperiti vel talia imprudenter contemnũt. vel inepto risu tanq̃ mendacia explodunt.

Locus in epistola. M. Tullii ad Trebatium expositus de Philoctete: q̃q; imprudenter a quibusdam deprauetur: ac falso itidem exponatur.

Caput. XII.

MVlti hactenus fuerunt: qui in commentariis Angeli Politiani: quibus miscellanea titulum fecit: complura velut absurda: & imperite exposita adnotarũt. nã cuiq; insitum prope est aliena magis detrahendo reprehendere: q̃ sua docendo comprobare. nos autem eos homines laude dignos: atq; commendatione censemus: qui legendo: scribendo: atq; commentando permultum vigilarunt: etiam si non sunt omnia in bonis disciplinis consecuti: quod ea ratione dictum volumus: vt eorum insciti am: atq; ineptam audaciam reprimamus: qui in hoc litterarum certamine volsellis (vt inquit Varro) non gladiis pugnant: sed his missis. M. Ciceronis locus exponendus est in epistola ad Trebatium iureconsultum: quo loco de Philoctete agitur: cui similem dicit Trebatium in locis variis peragendis. deinde'q; in Britannia inquit non minus q̃ Philoctetem te præbuisti plane non reprehendo. quibus verbis Cicero significat Trebatium ipsum parum certo loco consistere: sed peregre vagari: & spectacula complura quæritare ad exemplum Philoctetis: vt ex græcis quoq; fabulis colligimus: in quibus Philoctetes inducitur: post acceptam iniuriam per varias vrbes ac regiones deferri: sed eiusdem Ciceronis verba repetenda sunt: ex epistola ad. Q. Fratrem: vt apertius intelligamus: q̃ sit hoc loco absurda mentio de Philotheoro. de republica inquit: nimium te laborare doleo: & meliorem ciuem esse: q̃ Philoctetem: qui accepta iniuria illa spectacula quærebat: quæ tibi acerba esse video: ex his autem verbis: nemo est qui non videat Philoctetem esse legendum: non Philotheorum. quando & veteres quoq; codices huic sententiæ astipulantur: quod'ego cum Politiano rettulissem: ingenue quidem & amice professus est: non fines modo se hac in re: sed ipsam quoq; possessionem concedere.

Veterum consuetudo relata de Bactrianis populis & atriis in furtis mulctandis ex authore Bardesane: ac de ægyptiis etiam & Lacedæmoniis: qui impune furta committerent.

Caput. XIII.

COmplura passim apud veteres de furtis leguntur: quibus legibus: atq; suppliciis mulctari oporteat: sed illud ex libris Bardesanis de fato apponendum putaui. apud Bactrianos inquit populos qui pauca furantur: sputis dehonestari solent: taliq; ignominia decorantur: apud Atrios item: qui minima furantur lapidibus obruuntur. quod & Pamphilus Eusebius recenset: quo loco de fato contra chaldæos: & mathematicos disseruit: Lacedæmones autem viri & acres imprimis & sobrii: patrio iure ac legibus furandi vsum permiserunt neq; id ipsum ob turpiorem quęstum: aut ad sumptum libidini suppeditandum: vel opulentiam congerendã: sed pro ipsa (vt inquit Gellius) disciplina & exercitio rei bellicæ: quoniam sedulitas illa & solertia furandi ingenia & animos iuuenum acueret: atq; ad insidiarum astus excitaret: & vigilandi tolerantiã obfirmaret. Apud ęgyptios item vetustissimos illos furta omnia fuisse permissa & impunita traditum est: qua in re illud. M. Catonis veluti ex delphico seruatum est in originibus de furtis. fures inquit priuatorũ furtorum in neruo atq; compedibus ętatem agunt: fures publici in auro atq; purpura.

Triginta milia deorum a poeta Hesiodo celebrari: & a. M. Varrone. ccc. Iones: & q̃ ridicula foret veterum de diis opinio.

Caput. XIIII.

SCripsit Aenomaus librum de falsitate oraculorũ: in quo flagitia omnia Apollinis: & Vatum deceptiones detexit. quo autem loco refert imperatũ fuisse ab Apolline mithymnensibus: vt ligneum Dionysii caput colerent. xxx. inquit milia deorum in orbe terrarũ haberi: idq; ipsum a Vate Hesiodo fuisse assertum. Septimius vero Tertullianus in apologetico contra gentiles: trecentos inquit Iones: seu maiis lupitros a. M. Varrone dinumeratos: eosq; sine capitibus introductos: quo circa non inepte dictum videtur a quibusdam philosophis: fuisse eos maxime dementes atq; insanos: qui rebus omnibus & adesse deos putauerint: & varia flagitia: quęq; obscœnissima dictu sunt pro numinibus coluerint: quod ab Augustino etiam & Firmiano longis voluminibus atq; magnis conuitiis incessitur: deridetur atq; exploditur. Itaq; ociosum est inquit Tertulliannus per omnia deorum nomina velle decurrere: qui colerentur a veteribus: cum tot tamq; varii: noui: veteres: serui: barbari: græci: romani: peregrini: captiui: adoptiui: proprii: cõmunes: masculi: fœminæ: rustici: vrbani: nautici: militares: enumerentur.

Qui sint apud ægyptios Sarabaytæ sacerdotes: ac de eorum moribus: atq; improbissima simulatione ex Augustino: & Hieronymo authoribus.

Caput. XV.

SErmo habitus est in Marciana bibliotheca a Pico Mirandula & Politiano de quibusdam hereticis: eorumq; disciplinis: atq; opinionibus: tum de Augustini egregia & singulari doctrina: in examinandis refellendis atq; eiiciendis illorum erroribus: qui Christianorum mentes: veluti proserpens hedera: facile implicant. Inter alia vero complura quæsitum est: quinam forent Sarabaytæ sacerdotes: quoniam in Augustini epistola mentio de his obiter facta sit: qua in re cum nihil responsum fuerit: putaui hoc loco ea subiicienda: quæ de his relata sunt: ab eodem Augustino ex Hieronymi traditione. Tales sunt inquit Sarabaytæ sacerdotes: vt eorum genus omni affectu atq; studio sit deuitandum: ipsi deniq; in ægypto positi sunt: in foraminibus petrarum habitãtes: induti porcorum & boum pellibus: cincti funibus: palmarum spinas ad calcanea portãtes ad cingulum ligatas: discalceati: & sanguine cruentati: cauernis exeuntes ad festum Scænophegię pergunt Hierosolimam: & sancta sanctorum intrantes paupertatem & abstinentiam prædicant a se seruari: tum barbam spectante populo ibidem acriter peruellunt: itaq; nummis tali astu & commento adeptis in suam regionem remeant: & in lætitia & dapibus epulantur. Hos inquit Sarabaytas Augustinus: nolite obsecro imitari. quia nõ beatos illos: sed in magnis suppliciis damnatos merito esse prædicamus: videntur enim pro his ab Augustino & Hieronymo accepti: qui cum vultũ seueritatis vendicent: atq; seueritatem egregiam præ se ferant: in recessu, scelera omnia & flagitia retinent. Cuiusmodi homines & a Paulo & a cęteris magnopere exagitãtur: siquidem Catones & Curios simulant (vt inquit ille) viuunt autem bacchanalia.

Petri Criniti de honesta disciplina.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA. LIBER QVARTVS.

Dignum memoria de Rege Pisistrato: quo astu atq; cõmento contra aduersarios sit vsus pro firmando imperio: tum de eius quoq; tyrãnide non nihil ex verbis Solonis.

Caput. I.

DIgnum obseruatiõe ac memoria est quod in historia de rege Pisistrato: & eius dissensione cum filiis notatur: tum q̃ callide ac prudenter (vt homo græcus) omnem prorsus odii ac simultatis suspitionem: apud populũ Atheniẽsem sustulerit. Nam cũ forte idem Pisistratus (qui Athenis imperauit) in dicenda sentẽtia minime obtinuisset a liberis assensum: ex ea re factũ est: vt inter eos orta simultas credere tur: quod æmulis atq; aduersantibus (vt fit) maxime gratum pro voto contigerat: speranti bus ob eam forte seditionẽ atq; discordiam futuram in regno nouitatẽ: verũ Pisistratus comperto æmulantiũ animo: vt eximia vir prudentia: ciues omnes cõuocauit: atq; ad eos in hũc modum verba habuit. Succensui equidem pro tẽpore inquit o Athenienses meis filiis: q; ipsi paternæ voluntati (vt par fuit) minus acquiescerẽt: sed visum mihi deinceps est officium esse meũ: ac pietatis paternæ munus: vt ego ipse in liberorũ sententiã concederem: debetis igitur scire sobolem quidem ac liberos regis cum patre conuenire: & in omnibus esse concordes: quo cõmento atq; astutia effecit: vt omnibus plane Atheniensibus spes tolleretur futurę nouitatis. Idem quoq; Pisistratus mira quadam arte & ingenio tyrãnidem occupauit (sicuti a Solone & aliis permultis scribitur) nam blande primũ vocare populum atq; elicere cœpit: dein sibi ipsi vulnera inflixit: & in publicũ simul progressus: atq; vociferans ea se ab hostibus accepisse: quadringentos sibi custodes dari exorauit: iuuenes admodum acres & robustos: quibus armatis stipatus: reipub. Atheniensium statum euertit: ac regiam potestatem arripuit.

Quo studio ac diligentia factũ sit a Romanis vt libros Magonis de agro colendo in latinũ cõuerterẽt: tum aliud exemplũ de Cor. Taciti historia: quo honore a Tacito imper. habita: & in bibliothecis locata fuerit.

Caput. II.

NOtandum & illud est: quanta cura & studio factũ sit a Romanis: vt ea omnia diligenter obseruarẽt: quæ ad ipsam vitã cultũq; & mores hominũ pertinerẽt. nec em̃ leges tantũ & sacra quæ dã ab Atheniensibus per legatos acceperunt: sed cõmentarios etiã de agricultura & eius præceptis: ab ipsis Carthaginensibus senatus authoritate in vsum Romanũ transtulerũt. nam cum mago ille pœnus: qui cõtra Romanos imperator excellens fuerit: libros de re rustica duo de triginta condidisset: decretum est a Romano senatu: vt ea quidem volumina ex punica lingua in latinum sermonem cõuerterentur: quo maior etiam vtilitas: atq; cõmoditas colendi agri romanis viris traderetur: quod ipse. C. Plinius ad Vespasianũ Augustum scribit: qui inter alios quoq; Magoniani operis interpretes: Decium Syllanũ fuisse asserit: cui demandatum fuerit: ipsum in Romanã orationem transferret: siquidem non modo nobili genere Syllanus hic fuit: sed etiam sapientiæ (vt inquit Plinius) compositissimæ. Facit ad hoc & aliud exemplum de Tacito impera. Romano: is enim Corn. Taciti viri consularis historiam de Roman. imperatoribus: non modo in omnibus bibliothecis iussit collocari: sed etiam edicto cauit: vt decies quotannis ad vsum publicũ transcriberetur: atq; in bibliothecis pariter poneretur. In quo aperte probatur: non illũ modo sui generis & familiæ

sed etiã historiæ rationẽ habuisse qua rerum oĩm memoria & vtilitas ad ipsos posteros propagatur: quod & flauius vopiscus ad bassum retulit.

De censorum potestate: ac de triplici pœna in romanos: & qui dicerenẽ in ærarios relati: ac ibidem subscripta verba ex antiquis legibus de ipsis censoribus.

Caput. III.

DRudenter a Romanis factum est in moderando imperio & moribus corrigẽdis: vt ea in re magistratus eiusmodi haberentur: qui consiliõ & diligentia singulari hoc officiũ præstarent: quales in vrbe censores fuerunt: qui p̃ter alia multa cum agerent: ad regendos etiam ciuitatis mores creari mos fuit: sed in erogandis pœnis: atq; mulctandis delictis: quod apud Asconiũ pedianũ reperio. Notandũ mihi hoc loco videt̃ cũ in quoq; ordine. Rom. ciues pro ipsis meritis cuiq; condignam pœnam statuissent. nam qui senatores essẽt: his quidem pœna fuit: vt senatu amoti eiicerentur: qui autem Romani equites delinquebant: eisdem censores publicũ equum adimebant: sicuti nimis interdum obesis corpulentisq; equitibus: vel'q bus male curati equi strigosioresq; fuissent: qui vero plebei forent: eorum nomen p̃ delicto in ceritum tabulas censorum authoritate referebatur: neq; amplius in centuriæ suæ albo scribebatur: sed ærarii fiebant ac pro capite dũtaxat tributi noĩe æs præbebant: ex quo permultos legimus in ærarios fuisse relatos: sicuti & apud Liuium & alios veteres habemus: qd̃ ego ob id apposui: vt eorũ facilius errores a studiosis agnoscantur: qui etiam doctiores haberi solent: sed & verba ipsa libet hoc loco adiicere ex antiquis legibus: quo apertius censorum dignitas atq; potestas intelligatur. nam & Cicero hæc eadem refert.

Censores populi: ciuitates: soboles: familias
Pecuniasq; censento: vrbis: templa: vias.
Aquas: ærarium: vectigalia tuento.
Populiq; patres in tribus distribuunto.
Exinde pecunias per ciuitatis ordines partiunto.
Equitum: peditumq; prolem distribuunto.
Cœlibes esse prohibento: mores populi regunto:
Probrum in senatu non relinquunto:
Bini sunto: magistratum quinquennio habento:
Reliqui magistratus annui sunto.
Ollaq; potestas semper esto.

Quod a me alibi copiosius scriptũ est: cum censorum potestatem: aliosq; magistratũ Romanæ ciuitatis diligenter explicaremus.

Quantũ bonis præceptoribus discipuli debeant: ac de Alexãdro Macedone erga præceptorẽ Aristotelẽ: tũ de eius quinquaginta libris de aĩalibus digna prorsus memoria.

Caput. IIII.

QVantum debeant homines honestis ac eruditis præceptoribus: abũde quidam veteres principes & Romani & græci demõstrarũt: qui suos quidem præceptores: nõ modo sũma & egregia obseruatiõe coluerũt: sed honoribꝰ etiã maximis: atq; dignitatibus p̃secuti sunt: nã parentibus & diis & præceptoribꝰ (vt inqt Plato) vix hercle p̃ merito illud vetꝰ ἀντιπελαργεῖν obseruari põt: cũ tãto muneri nullæ satis gratiæ referant̃. Alexãder aũt Macedo Philippi filiꝰ: qui fœlicissime imperauit: cũ Aristoteli p̃ceptori debere se ingenii eruditionẽ intelligeret: non semel

quidem suũ animum: atq; obseruantiã præceptori aperuit: ratus suũ esse officiũ ex iure ipso humanitatis tanto præceptori vicem aliquã optime de se merenti referre. non em̃ tãtũ Aristotelis nomini patriam condidit ac tantę rerum claritati benignũ (vt inquit Plinius) animi testimoniũ miscuit: sed etiã naturæ sacra: & causas perquirenti opem maximã tulit: ne tam diligẽti studio & honestissimæ disciplinæ sua deesset emolumenta: sicut cũ libros illos quinquaginta de animalibus cõposuit: q̃ a grecis πολυτάλαντα βιβλία sunt appellata: quoniã octingenta quidem talẽta (vt inquit Atheneus) impense in his sunt. In quo rex maximus aperte demõstrauit: nõ eẽ minus posteritatem cõmẽtariis instruere: q̃ vniuersi orbis populos atq; puincias deuincere: Sed hoc totum copiose. C. Plinius declarat ad Cæs. Vespasianũ in hũc modũ. Alexãder inquit magnus cũ esset inflãmatus mira cupidine aĩaliũ naturas noscẽdi cõmentationẽ hanc Aristoteli delegauit: summo in oĩ sciẽtia viro: tũ aliquot milia hominũ in totius Asiæ Græciæq; tractu parere illi iussa sunt: eorũ videlicet: quos venatus: aucupia: piscatusq; alebant: quibusq; viuaria: armenta: piscinæ: auiaria in cura erant: nequid vsq̃ gentiũ a tanto viro possit ignorari. hos enim omnes pcõtando quinquaginta ferme volumina illa præclara de aĩalibus cõdidit. Hæc Plinius de Alexandri studio & affectu erga præceptorẽ Aristotelem: quod equidẽ vel ob eam præcipue causam putaui obseruandũ: quoniã in quorũdam cõmentariis eundem inuenio Alexandrũ: mutato aĩo fuisse cõtra præceptorẽ: eũq; deinde capitali odio fuisse insectatũ: quod esse verũ & illud admodum insinuat: quoniã Alexãdri mors ex veneno illo Stygiæ aquæ non sine infamia Aristotelis excogitata creditur.

De præfectis siluarũ apud Rom. & de maioribus ac minoribus prouinciis: ac inibi illud Vergilii expositum. Si canimus siluas: siluæ sint consule dignæ. contra aliorum sententiam

Caput. V.

Vergilii versus notissimi sũt in poemate bucolico: quod inscribitur Pollio.

Non omnes arbusta iuuant: humilesq; miricæ:
Si canimus siluas: siluæ sint consule dignæ.

Quo loco nostri interpretes. vt alia multa: paulo indoctius atq; ieiunius hoc ipm̃ exponunt: dicentes siluas dignas consule. id est consulari dignitate: vt ad pollionem consulem referri possit: idq; ipsum nullo prorsus authore scribunt. sed enim maior subest eruditio: ac sensus remotior: qui ex ipsis Romanorũ legibus: atq; decretis elicitur. Nam cautum fuit apud Romanos: vti cons. quidem ipsi curam colliũ atq; siluarum haberent: vt hac ratione materies nõ deesset: qua videlicet nauigia publica possent a p ræfectis fabrũ confici. sicuti & seruatũ adhuc in veneta repub. vti præfectos habeant: quibus cura hæc siluarũ sit demandata: vt quotannis sata illa & arbores ex decreto publico excindant̃: ne materies non copiosa cõstruendis nauigiis suggeratur Quin & illud in veterũ libris notatũ: quod ipse Ancus martius: qui Numæ nepos ex filia fuit: primus apud Romanos siluas ad vsum nauiũ publicauerit: & Salinarum vectigal instituerit. Fuit aũt consuetudo apud Romanos: vt postea q̃ i vrbe cõsules creati essent: prouincias sortirent̃: quas instructis copiis: & parato exercitu deuincerent: quod sicubi hoc casu aliquo defuisset: tum minores obibãt. Erãt. n. aliæ maiores: & cõsulares prouinciæ: aliæ rursus minores: & in quis Cons. haud amplam laudem: atq; dignitatem cõsequi possent: veluti cũ siluarũ & colliũ negociũ agerent ex quo tranquillus Suetonius de Cæsaris cõsulatu cũ Bibulo inquit: cõsul creat⁹ est & ob eam causam: opera optimatibus data est: vt prouinciæ futuris consulibus mi-

nimi negocii. i. siluæ collesq; decernerentur: qua maxime iniuria cæsar instructus omnibus officiis: Cn. Pompeiũ affectatus est offensum patribus: sed hoc idẽ ex nostris etiam iureconsultis edisciturqui prouincias minores nominant: & siluarũ curam in illis reponunt: quibus facile constat: quid ipse poeta Vergilius: iuris ciuilis (vt ait Flauianus) doctissimus insinuet: quam sententiã & Niger noster lacetus nõ improbat: vir ingenio maximẽ candido: & elegantias veterũ probe doctus.

Q̃z in solstitiali tempore frondes in quibusdam arboribus conuertantur: & quæ bruma augeri minuiq; sit obseruatũ a Stoicis ex lunæ viribus.

Caput. VI.

Seruatum est a veteribus euenire in quibusdam arboribus: vt in solstitiali tempore frondes cõuertantur: vel in brumali etiam reuirescant. M. autem Varro in libro ad vxorem Fundaniam discrimina hęc admiranda appellauit: quibus anni tempus discernatur ex versura foliorũ dies solstitialis fuisse appareat: quod in olea: populo alba: & salice accidere testatur: quæ cum in aliis authoribus relata essent putaui ea subiicienda: quæ. M. Cicero ex stoicorũ obseruationibus recenset. quo loco de extispiciis & diuinatiõibus agit: probatum est (inquit) a Stoicis in ipsa bruma musculorũ iecuscula augeri: pulegium aridum florescere brumali die: Item inflatas rumpi vesiculas: & semina malorum quæ in his mediis inclusa sunt: in contrarias partes se vertere. iam & neruos in fidibus aliis pulsis resonare alios: ostreis & cõchiliis omnibus contingere: vt cum luna pariter crescant: atq; decrescant: arbores etiam hyemali tempore simul cum luna consenescunt: & in marinis æstibus accessus: & recessus lunę motu gubernantur: Plutarchus aũt cheroneus in cõmentario hesiodeo: apud pelusiotas populos rettulit: minime cẽpas esitari: quoniam inter olera id solum contra lunæ auctu: ac damna minuendi vires: & augendi contrarias habeat. C. item Plinius &. A. Gellius similia quædam obseruarunt: sed hæc etiam in promiscuis quæstionibus exposuimus.

De Philemone poeta comico: eiusq; mirando interitu: ex Luciani historia & aliorum commentariis.

Caput. VII.

Epida quidem historia est ac scitu digna de Philemone comico: eiusq; mirando interitu: sicuti in grecorum commentariis reperitur. Is enim Philemon in scribendis fabulis eleganti ingenio & peruenusto habitus est: quando in scæna ipsa plærisq; (vt scribitur) Menandro etiam prælatus est: sed cum idem Philemon ætate iam edita prouectior esset: eiq; ficus ad cibum paratæ in conspectu forent: asello eas comedente puerum aduocauit: vt asinum abigeret: sed is tardius cum superuenisset: comesta s omnes videret: vrbanissime inquit. Et nunc da merum asello: quo auditio cœpit adeo poeta Philemon risu & cachino diffluere: vt ex eo ibidem statim perierit: Lucianus autem Samosatheus περι τωμ μακροβιωγ: ad hunc modum de Philemone φιλημωγ inquit οκωμικοσ ομιοσ τω κρατιγω επτα και εγεμηκομτα ετη βιουσ. κατεκειτο μεμ επικλιμησ κρεμωμ θεασ αμεγοσ δε ογογτα παρασκευασ μεμα αυτω συκα κατεσθιομτα ωρμισε μεμειστ γελωτα. καλεσασ δε τ οικετημ και συμ πολλω και αθροω γελω τι ειπωμ προσ δουγαι τω ομω ακαστου ροφειμ αποπτμιγειστ υπο του γελοτοσ απεθαμε.

Hoc idem & in Sudæ collectaneis: & apud veteres multos passim reperitur. Neq; autem me latet: alios quoq; nimio risu periisse: quod alibi commodius diximus. De ipso

autem Philemone & in Maximi Valerii exemplis mentio habetur. Etsi poetę nomen temere a quibusdam sit deprauatum.

De mulso apud veteres in sacris: ac Titii verba posita de hoc: Tum Romuli Pollionis dictum ad Octauium Augustũ: & alia obiter nõ iniocunda.

Caput. VIII.

DE Mulso & eius potione permulta in veterum libris scripta sunt: neq; apud eos modo qui de generibus potionum diligenter quæsierunt sed apud illos etiam authores: qui sacra deorum & libationes rettulerunt: omnes autem in hoc fere conueniunt: mulsum quidem pro vini genere accipiendũ qđ esset melle cõmixtum. vnde in sacris Herculis & Cereris mulsum hoc præcipue celebratur: sicuti Vectius prætextatus in cœnis macrobianis ostendit. nam Cereri sacris haud vinum quidẽ libari fas erat: ex quo iocus ille Plautinus perq̃ lepidus in Aulularia de cerealibus nuptiis. Quin & .xii. Cal. Ianuarias sacrum hoc Herculi: & Cereri fiebat: quod in Romanis etiam fastis apparet: in hunc videlicet modũ: sue pregnãte: panibus & mulso. Hincq; erudite ac prudenter excusari video. P. Vergilium: qui scienter dixerit. Cui tu lacte fauos: & miti dilue baccho.

Haud enim ignorabat: vir vtriusq; Iuris optime consultus: vinum ipsum mitescere: cum mulsum fieri occepisset. C. autem Titius vir doctus: & qui Romanos luxus acerrima oratione lacerauit: de hoc etiam mulso mentionem fecit: sicuti Furius Albinus ex oratione illius apud Macrobium recenset. Vix (inquit) præ vino substinent palpebras: eunt in consilium: ibi hęc oratio: quid mihi negotii est cum istis nugatoribus: potius q̃ potamus mulsum mixtum vino græco: edimus turdum pinguem: bonumq; piscem: lupum germanũ. Quibus apparet Scipionum ætate (nam tum is Titius vixit) solitos esse Romanos græcum vinum & mulsum potitare. Sed & L. Scipio (vt est author Liuius) in bello cõtra Samnites: discrimine ipso: quo templa diis immortalibus voueri mos erat: vouit Ioui victori si legiones hostiũ fudisset: pauxillum mulsi priusq̃ temetum biberet se facturum: ꝙ ipsis diis cordi fuit. Illud aũt mulsi genus pro optimo habitum est: quod ex vetere vino constaret: nam & multi (vt inquit Plinius) longam senectam mulsi tantũ nutritu citra alium cibum tolerauere. Ex quo nobile illud exemplum de Romulo Pollione: qui supra centum annos vixit. Nam cum forte diuus Augustus illum rogaret: quanam ratione vigorem illum & animi & corporis tam feliciter custodiret: intus mulso respõdit: foris oleo. Appellatur & aqua mulsa apud eundem Plinium aliosq; medicos: quæ melle addito diluitur: potus maxime vtilis alsiosis: & his: qui humilis exilisq; animi sunt: quos græci τουσ μικροψυχουσ vocant. Lenit etiam transitum spiritus: & contra tussim valet: aliaq; permulta: sicuti eorum tradunt cõmentaria: qui remedia morbis excogitarunt.

Quid apud veteres sit: vrbem Romã fuisse ad æquilibriũ positam: & ꝙ æquilibritas vertitur a. M. Tullio: quod est græce ισονομια. Tum nõ nihil etiã de differentia inter vrbem & Romam: ex doctrina iureconsultorum.

Caput. VIIII.

SCriptum est a Iulio Solino de vrbe Roma: eam fuisse primo quadratam vocatam: quoniã ad æquilibriũ esset posita: in quo a viris doctioribus quęsitũ est: quid eo loco Solinus intelligat cũ voce duriuscula: situm ac positionem tam Augustæ vrbis ad æquilibriũ factam rettulerit: sed eñ putamus non aliter hoc accipiendũ: q̃ vt ipsam dicamus Romam ad æqualem regulam: & quasi ισονομικωσ in quadratam speciem constructam: qđ & sex. Pompeius ex Verrio testatur: ratione loci

ac mœniũ habita. Vnde Plutarchus etiã vir in perquirendis Romanis antiquitatibꝰ diligens ρωμην τετραγωνον vocat: nam & in cęteris quoq; ædificiis dicimus aliquid ad æquilibrium cõpositum: qđ æqua ratione absolutum: & vndecunq; perfectum appareat: tãetsi hanc vocem: quæ est æquilibriũ ex tabulis decemuiralibus scimus profectã: quo loco lex talionis cõtineretur: quando & Sex. Cęcilius pœnã talionis ad æquilibriũ factam exposuit. hoc est προστηνισ ονομιαν habita iniuriarũ ratione: vt ipam videlicet talionẽ quasi ad amussim: & libellam æquiparent atq; expendant. Hæc eñ verba sunt legis.

Si membrũ rupit meũ: e pacto talio esto: quod & Gellius vir Romanus ex Phauorini philosophi disputatione recensuit: sed & M. Cicero ονομιαν latino verbo expones æquilibritatem appellat in libro de natura dęorũ cũ de atomis illis democriteis agit. Cõfugis (inquit) ad æquilibritatẽ. sic eñ ισονομιαν (si placet) appellemus: tametsi sciam in vulgatis quidẽ codicibus æquabilitatẽ perperã scriptũ. Nostri vero iureconsulti (vt id etiã referatur) inter vrbẽ & Romã differentiã haud inelegantem ponunt Vt vrbem videlicet locũ dũtaxat intra mœnia intelligamus. Romã vero & ipa etiã suburbia: quæq; iuxta vrbẽ circũuisantur: eoq; id asserunt. vt intelligi facilius possit: quæ aut Romę aut in vrbe iure legationis cõpræhendãtur: ne quid in erciscũda familia discriminis aut fraudis nasceretur. De Roma aũt quadrata eiusq; ratione cõmodius egimus: ne illud. Q. Aennii carmẽ minus a nostris intelligatur.

Et quis tum curat Romæ regnanre quadratæ

Cum primo hæc saxo apposita foret: in speciem quadratã cõstituto: vt Pompeius & Dionysius testantur: quod & noster Ber. Oricellarius in suis cõmentariis de vrbe Roma diligenter exequitur.

De Pythagorica philpsophia: ac de Iani fronte quadruplici: ac de Manasse Rege eiusq; statua cum facie quincuplici.

Caput. X.

QVi de veterũ Theologia cõmentarios scripserũt: plęraq; volunt de diis eorumq; simulachris allegorice intelligi. sicuti & Pythagorici philosophi: qui arcana illa cœlestis disciplinæ: ac rerũ mysteria: quodã quasi velamẽto obduxerunt. ne temere prophanũ vulgus ad ea accederet. qđ apud nos Macrobiꝰ: & Fabiꝰ planciades demõstrãt: vt græcos mittamus: qui multo copiosius hanc partẽ absoluerunt: sed libitum mihi ea referre: de Iano eiusq; simulacro: quæ ex Bassianis cõmẽtariis Vectius prætextatus recenset: qui eum ait appellatũ fuisse bifrontem: quoniã & superum & inferũ Ianitor habeat: qđ in fastis etiã Ouidianis patet. Sed quadruplici facie eundem finxerunt: & quadriformẽ (vt ait Bassus) vocarunt: ꝙ vniuersa climata sua maiestate cõplexus est: & in quattuor orbis partes cõspicit: sicuti hoc ipsum Iani simulacrum demõstrat: ex quo saliari carmĩe vt deorũ deus celebratur. Augustinus cũ de Romanorũ diis disserit: Ianũ (inquit) ipm̃ bifrontẽ: & quadrifrontẽ etiam tanq̃ geminum fecerũt. & quoniã plurimi dii selecti erubescẽda perpetrando amiserant frontẽ: quanto iste innocentior esset: tanto frontosior apparet. Manasses quoq; rex hebræorũ: cũ statuã sibi poneret: quincuplici facie ornatã voluit: quo maior in eo prudentia: & maiestas (vt puto) signaretur. qđ Eusebius Pamphilus ex Maneti annalibus tradit. nã cũ is prophetam Esaiã interfecisset: statuam sibi posuit quinq; facies habentem: quod in sacra etiam historia legitur.

Quomodo accipiendũ sit apud Varronem limbus. xii. signorũ & vnde cœlũ & mundus dicanẽ: simulq; versus additi ex Varronis Menippeis: q̃ venustissimi.

Caput.XI.

QVi de cœlo & mũdo scripserunt: copiose quidẽ exponunt: qua origine: quo motu: quibusq; partibus censeri debeant: vt Plato & Aristoteles .M. quoq; Cicero in libro de vniuersitate: quem magna ex parte a Platone in latinum sermonem transtulit: abunde hoc tocum disseruit: quæ res cũ sæpenumero se ad cõsiderandũ offerat: putaui fore nõ indignum si .M. Varronis versiculos referrem: quos in Menippeis satyris seu Cynicis: non minori elegantia: q̃ doctrina inseruit: cũ cœlũ ipm: ignẽq; & mundũ pro eodẽ habendũ tradat: sic em̃ in Dolio satyra: vt probus etiã Valerius testatur in Vergilii commentario.

Mundus (inquit) domus est maxima omnium,
Quam quinq; altitone fragmine zonæ cingunt:
Per quam limbus pictus bis sex signis
Stellimicantibus: altus in obliquo æthere lunæ
Bigas acceptat posthumi: cui seplasia fœtet.

Vocatur a cœlatura cœlum: græce ab ornatu κοσμοσ
Latine a puritia mundus.

In his limbnm scribit per orbem cum duodecim stellimicantibus signis deferri: vocat autem limbum hoc loco Terentius Varro: circulum illum siue partem: quæ græce zodiacus dicitur. qua voce & Plinius vtitur: quin apud eundem Varronem Cossini⁹ inquit: capellarum dentes inimici sationis: quas etiam astrologi ita receperũt in cœlum: vt extra limbũ. xii. signorum excluserint. Q̃z autem a cœlatura cœlum: & ab ornatu κοσμοσ græce dicatur: cũ multi referunt: tum .C. Plinius: qui hũc ipsum Varronis locum: vt alia multa secutus: ad hũc modũ scribit: quẽ κοσμον græci nomine ornamẽti appellarunt: eum & nos a perfecta absolutaq; elegantia mundũ: cœlum q; haud dubie cœlati argumento diximus: vt interpretatur. M. Varro: adiuuat & rerũ ordo descripto circulo: qui signifer vocatur in. xii. animalium effigies: & per illas solis cursu congruens tot sæculis ratio.

De quibusdã legibus: & eorum præmio: qui hostes multos interemissent: ex libris Aristotelis: & quæ Firmianus contra Aenniũ & Ciceronem protulerit.

Caput.XII.

REferuntur ab Aristotele & aliis permultæ leges: de illorum præmio & dignitate: qui certando acstrenue dimicãdo ex hostibus aliquot occidissent: sicuti de Sparthanis populis: Persis Thracensibusq; & aliis: sed ea libitũ ẽ in pręsens annotare: quæ ipse Aristoteles in politicis prosequitur: de his .S. ciuitatibus: ac nationibus: quæ suas leges atq; instituta ad militarem disciplinam augendam & cõfirmandam statuerunt. sic vt ex cruore hostiũ ac cædib⁹ maior animi virt⁹ atq; dignitas haberetur. ceu apud Persas inquit: Thraces: Scythas: Macedones & Gallos complura sunt instituta. Sed em̃ lex aliquãdo apud Macedones fuit: qua cautũ eos hoies capistro cingi: qui nullum hostem interemissent. apud Scythas autem & illud decretum est: vt hi tantum in celebri conuiuio circumlatam pateram accepturi essent qui ex hostib⁹ aliquot occidissent: Iberi aũt (gẽs admodũ bellicosa) tot erigere obeliscos circa sepulchrũ consueuerũt: quot ex numero hostiũ necassent: sed & Cathaginẽses pro expeditionum numero, in quibus meruissent anulorũ ornatu m retinebant: quo factum est: vt complures tum maxime insignes fint habiti: qui animo acres atq; feroces. multos in præliis cum magna strage obtruncassent. apud nostros autẽ Romanos Scipio ille aphricanus magnopere apud poetam Aennium gloriatur: q; per sanguinẽ

hostium: & cædes: viã sibi ad cœlum aperuit: quod ipse quidẽ Cœlius firmian⁹ velut impium ac celestum facinus vehementer exagitat. Aenniũq; & Ciceronem ea in re vanitatis & imprudentiæ arguit: cum in hunc modũ de se idem Scipio apud Aenniũ loquatur.

Si fas cędendo cœlestia scandere cuiq̃.
Mi soli cœli maxima porta patet.

O quantis in tenebris Aphricane (inquit Firmianus) versatus es: vel potius: o poeta: qui per cædes & sanguinem patere in cœlum ascensum putaueris. cui vanitati & Cicero assentit: Est vero (inquit) Aphricane: mam & Herculi eadem ista via patuit.

Petronii Arbitri carmen appositum: in quo ciconiam pietaticultricẽ & gracilipedem dixit: tum inibi de alitis eiusdem pietate non indigna relatio.

Caput.XIII.

REgebamus nuper Venetiis ego & Ioannes Venetus Petronii Arbitri Satyricun opus contra declamatores: in quo cũ alia multa nos magnopere affecerunt: tum Illud præcipue carmen: in quo de pauone & ciconia ludens illũ babylonico aureo amictum: & ciconiam pietaticultricem: gracilipedem: choralistriã & exulhyemem appellauit: sed ascribemus eiusdem versus: eoq; libẽtius id agendũ est. q; ĩ vulgatis fere codicib⁹: nõ pauca deprauata atq; interlisa diligẽs lector cõpiet.

Tuo palato (inquit) clausus pauo nascitur.
Plumato amictus aureo babylonico.
Ciconia etiam grata peregrino hospita
Pietaticultrix: gracilipes: choralistria:
Auis exulhyemis: titulus tepidi temporis:
Nequitiæ nidum in cacabo facit meo.

Neq; desunt apud veteres: qui referant: ipsam quidem Ciconiæ imaginem exculpi olim solitam super sceptris Regum: quo eorum pietas atq; iustitia iudicaretur: illud enim vetus αντιπελαργειν peruulgatum est: de ingenio: atq; pietate ciconiæ erga parentes. qd etiam diuus Ambrosius confirmat: qui Romanorum (inquit) vsu alitem hanc pietatis nomine honestatam.

De legatione gallorum ad regem Alexãdrũ: ac de illorum cõgrua & opportuna respõsione: contra ambitiosam regis insolentiam.

Caput.XIIII.

QVanta celebritate nominis: atq; magnitudine imperauit Alexander Philippi filius: vniuersa antiquitas memorat: quando nemini par fœlicitas: & animus in obeundis bellicis rebus: atq; superandis periculis contigerit: quo factum est vt plæręq; nationes atq; populi. muneribus summis atq; honoribus: illum decorare atq; augustiorem reddere conarentur: sed quæ de Gallorum legatis scripta sunt ab authore Strabone: visum mihi est: vt hoc loco adnotarem. ad hanc em̃ propesententiã de Gallis: Alexãder (inquit) ille Macedo philippi filius: in ea nobili expeditione quã contra populũ Thracensem suscepit: cum Triballorum præterea gentem inuasisset: Getharum ipsos accessit: eorũq; vrbem in suam potestatem redegit. Itaq; paulo mox a Syrmo Triballorum Rege: & aliis permultis munera capiens ad suos remeauit. sed interim ad Alexandrum mittuntur amiticiæ eius consequendæ noĩe Gallorum legati: qui eam regionem prope Adriam incolebant: eos vero Alexander pro Regis dignitate cũ comiter atq; amice accepisset: in celebri (vt fit) cõuiuio legatos rogauit. quid illud p̃cipue foret: qd illi præ cæteris extimescerent. (Putauit em̃ de seipso

responsuros) qua in re Galli (vt hoies sunt ingenio simplici atq; barbaro) nil 'aliud (responderunt (o rex: q̃ ne cœlum supra nos corruat. In quo delusa est insolescentis regis ambitio. & importuna interrogatio.

Poetæ Vergilii versus appositi de Numa rege: q̃ canus in adolescentia fuerit: & q̃ Strabo id ipsum de .L. Tarquinio rege rettulerit.

Caput. XV.

De Vergilii versus sunt in libro æneidos. VI.

Quis procul ille autem ramis insiguis oliuæ
Sacra ferens: nosco crines: incanaq; menta
Regis Romani: primus qui legibus vrbem
Fundabit: curibus paruis: & paupere terra
Missus in imperium. Quo loco de Pompilio Numa intelligendum est: quoniã sic ipse author Vergilius videtur sensiisse: itaq; Honoratus Seruius canum fuisse Numam a prima ætate asserit: eoq; nomine dictum a poeta Vergilio incanaq; menta: qd̃ equidem non recolo me vnq̃ legisse apud alium quemq̃ ex veteribus. Strabo aũt author grauissimus: & in priscis monumentis diligens: Tarquinium refert fuisse a pueritia canescẽtem: vrbes (inquit) xii. cõditæ sunt a rege Tarquinio: in quo tam egregia Floruit sapientia: vt ab ineũte pueritia: canum fuisse referãt. Neq; aũt me latet periphrasticos posse accipi canos in homine: pro senili prudẽtia: & in iuuene canitiem pro sapientia: Sed vtcunq; sit. minime hoc prætereundum existimaui: qd̃ in hac re obserua tum est a Strabone de rege Tarquinio: cũ præsertim Vergilius idẽ Numæ tribuerit.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER QVINTVS.

Q̃ multiplici doctrina præstet Io. Picus Mirandula: & iudicium ab eo egregie factum de hebræis: græcis: atq; latinis doctrinis: earumq; differentia.

Caput. I.

Egimus nuper ego & Laurentianus cum Io. Pico Mirandula: qui vt homo in optimis quibusq; disciplinis maxime occupatus: cõplura docte & copiose rettulit: de principiis ac varietate scientiarum: tũ de multiplici philosophiæ cognitione & authoribus: apud diuersos populos atq; regiones. Sed inter alia multa de hebræis: græcis: ac Romanis quantum equidem memoria possum repetere in hunc modum disseruit: In hebræorum (inquit) philosophia omnia sunt velut quodã nuie sacra: & in maiestate veritatis abdita: ceu prodigia quædam & arcana mysteria. In Græcorum vero disciplinis: ingenium: acumen & omnigena eruditio apparet: vt nulla vnq̃ gens fuerit: quæ dicendi copia: & ingenii elegantia cum illis possit conferri. In Romana vero academia ea fere omnia: quæ ad ciuitatem & vitæ mores pertinent grauiter & copiose sunt explicata: ac magnifice dicta. Sic vt grauitas maxime Romanis & imperii maiestas: græcis ingenium & acumen: hebræis doctrina secretior & q̃si diuinitas (vt Picus dicebat) ascribi possit. qd̃ ipsa Mosis volumina: & vaticinia illa prophetarum magno opere probant. Ad hanc igitur sententiam noster Picus de veterum disciplinis atq; ingeniis differebat. Sed em̃. M. quoq; Cicero de græcis ipsis elegãter quidem hæc protulit in oratione pro. L. Flacco. Hoc ego dicam de toto græcorũ

genere: tribuo illis litteras do multarũ artium disciplinã: non adimo sermonis lepo rem: ingeniorũ acumen: dicendi copiã: deniq; etiã si qua sibi alia sumũt: nõ repugno testimoniorũ religionem & fidem nunq̃ ista natio coluit. Quin & Iamblicus inter platonicos nobilis: græcos ipsos leuitatis atq; inconstantiæ accusat: eum ægyptios vel hebreos (quos appellat Barbaros) in deorum cultũ atq; obseruantia: cõstantes atq; egregios asserat: sed eius verba subscribã: cum grauiter & copiose hoc totum in suis mysteriis expresserit. Par est (inquit) in deorũ cultũ ritus veteres tãq̃ sacros & optimos semper custodire: eosq; intactos & inuiolatos seruare: neqd omnino addat: aut etiã adimat. Hinc em̃ factum est (inquit) vt numina ipsa & vota: cõminuta ac debilitata appareant: q̃ ex ipsa quidẽ puaricatione: ac nouãdæ religionis studio pmulta immutata sint: & in dies magis ĩmutent. Nã & græci ipsi suopte ingenio rerũ nouarum studiosi: qui quãlibet partẽ facile ad quæq; momenta vertunt: vt qui leues sint & instar nauis: in qua nihil sabuli insederit: nihil omnino seruãt: qd̃ a maorib⁹ acceperint: sed imutantes subinde oia vetera eiicũt: & ex ingenita leũtate alia atq; alia cõmutãt: in re nulla constantes: barbari aũt (inquit) vt morib⁹ firmi atq; integri sũt sic etiam in hisdem sermonibus atq; sententiis maxima constantia perseuerant: quo fit vt ipsis diis merito supra alios insederint: & orationes offerant illis maxime acceptas: quæ nulla ratione ab aliis possunt immutari:

Creditum esse ad gratiam & formam conferre cibum ex lepore: tũ lepida historia de Alexandro Seuero Imper. additis versiculis non inuenustis.

Caput. II.

Actum prudenter est a Constantio Augusto Imperatore: qui principũ Romanorum mores ac vitã describi curauerit: eoq; studio & affectu res eorũ gestas legebat: vt nihil ad imperium Romanum: eiusq; maiestatem seruãdam magis pertinere iudicaret. Siquidem non gesta modo principum in his debẽt explicari: sed etiam mores ac dicta copiose: nequid a posteris desideretur: quod ipam humanitatem eiusq; cultum instruere: atq; cõmunire possit. Illud autem de Alexandro nuper Seuero Imperatore libenter ligi: qui leptitanus fuit: elegantiisq; poeticis & omni eruditione plurimum delectatus: quod in vrbe olim de forma eius ac decore dicterio non illepido circũlatum est: sed enim ex veterũ iocis cum hi homines formosi ac venusti per septem dies credantur: qui leporem comedant: ac idem Seuer⁹ Alexander quotidie lepusculos esitaret: iocus emersit in vulgus: Imperatorem ex cibo leporum formam sibi & gratiam aucupari: sed apponem⁹ ipsos versiculos: quo facilius rei festiuitas atq; Imperatoris responsum appareat: in quibus non carminis probitatem: sed vrbanitatem potius vir mediocriter doctus agnoscet.

Pulchrum q̃ vides esse nostrum regem:
Quem Syrum sua detulit propago:
Venatus facit & lepus comesus
Ex quo continuum capit leporem.

Quibus Alexander eleganti responso talionem rettulit: & quidem græcis versiculis: sed latini tantum reperiuntur: quod equidem sciam: in hunc modum.

Pulchrum q̃ putes esse vestrum regem:
Vulgari miserande de fabella:
Si verum putes esse non irascor.
Tantum tu comedas velim lepusclos:

Vt fias animi malis repulsis
Pulcher: ne inuideas liuore mentis.
Valerius autem Martialis vt homo hispan⁹ elegãti hoc epigrãmate gellĩæ deformitati illusit: cum formam de leporis cibo vendicaret:

Cum leporem mittis: semper mihi gellia mandas
Septem formosus Marce diebus eris.
Si verum dicis: si verum Hellia mandas
Edisti nunq̃ Gellia tu leporem.

C. quoq; Plinius: quo loco de remediis morbortũ agit: ex diuersis animantibus: de lepore (inquit) ex Catonis sententia eiusq; assumpto cibo fieri somniosos: tum vulgo etiam persuasum conciliari ex eo corpori gratiam: & si perq̃ friuolo (vt inquit) ioco receptum id esse putauerit.

Q⁹ optimi oratores in dicendo exciderint: tum de Francisco Barbaro: & Sothino Senensi iureconsulto: qui & apud pontificẽ maximũ: & apud venetum principem dicturus obticuerit.

Caput. III.

NOtum est oĩbus: quãtum & Demosthenes & Theophrastus ingenio & eloquentia apud græcos præstiterint: vt in tota pene græcia vix vn⁹ aut alter pari iure cum illis conferri possit: sed hi tamen (vt veteres memorãt) dum verba aliquando facturi essent: subito pauore affecti: a sermone defecerũt. Nã Theophrastus apud populum athenienſem dicturus præ pudore (vt creditur) obticuit: Idem quoq; Demosthenes apud Philippum regem Amyntæ filium fecit. Quod & nostra ætate aliquando accidit. nam viri aliquor & doctrina: & in rebus gerẽdis prudentia non vulgari inter orãdum exciderunt: sicuti ex populo Senensi Barth. nup Sothinus iuris cum ciuilis: tum pontificii consultissimus: qui Alexandro pontifici maximo suæ ciuitatis nomine gratulaturus: in media ꝓpe oratione excidit. Quam illi Ang. Politianus dictauerat. Quin idem post Sothinus anno superiore (cum Venetiis agerem) apud Augustinum Barbadicum venetæ reipub. principem dictur⁹: conari cœpit orationem: sed nihil tamẽ exprimere potuit. Franciscus autem Barbarus vir & cõsilio & eloquentia maximus: apud Philippum mediolani ducem verba factur⁹: cum in hunc modum cœpisset. Magnum est nomẽ tuum princeps maxime in vniuersa terra: ac paulo mox orationis oblitus: quã didicerat: cœpit a capite repetere: & cum deturbatus ægre consisteret: interim dux philippus: vt homo sapiens & modestia singulari: q̃si eũ ĩterpellaret: apphensa Barbari manu: familiari⁹ aliud atq; aliud ab eo cœpit percũtari: quousq; illũ aĩo labentẽ firmauit: & ad capita orõnis deduxit: qua ĩ re nõ mim⁹ appuit ducis maximi modestia: q̃ veneti oratoris verecũdia

Q⁹ Rom. homines initio imperii contempserint meliores disciplinas: & quãdo ipsa poetice ĩ vrbem accessit: tum fuisse grassatores dictos a Romanis poetas: & Horatii versus expositi.

Caput. IIII.

RElata sunt in romanis annalib⁹ Sen. Cons. cõtra Rhetores. tũ edicta etiã cõtra philosophos: quib⁹ cautũ: ne in vrbe eiusmõi hoĩes agerent: quõhiã putabant surgẽte imperio eorũ aĩos mollescere: & quasi corrumpi: qui ad otiũ magis & animi quietẽ diuerterent: q̃ qui armis & in bello assiduos acstrenuos se demõstrarẽt. Nã Rom. tũ popu. eũ virũ præcipue laudabat: cũ bonũ colonũ & strẽnuũ militem vocabat: sed eos quoq; homines improbatos primo a Romanis competio: q

carmen scriberent: ac poeticæ facultati incumberent. Quod ob eã maxime causam putaui obseruandum: ꝓ in quorundam libris legitur: Romanos quidem ipsos maximum honorẽ semper habuisse professioni poeticæ. proq; sũma dignitate accepisse: si sua gesta a poetis describerent: quã rẽ &. M. Cicero alicubi asserit: sed exẽpla quædã: ac meliorũ authoritas tradit cõtra accidisse: siquidẽ ãno vrbis cõditæ circiter. XX. & C. D. in vrbẽ est inuectũ hoc ipsum poetices studiũ: quo videlicet tẽpore: secundum bellũ cõtra pœnos a Romanis incœptũ est: quod idẽ. M. Cicero: atq; alii cõplures referunt. Ex quo Licinii Portii carmẽ hoc est: quod a Gellio quoq; affertur.

Punico bello secundo musa pennato gradu
Intulit se se: bellicosam in Romuli gentem feram.

Quo loco Licinius poeticã ipam inuasisse vrbẽ significat: ꝓ eiusmodi tum poetæ audacius atq; improbius mores romanos notarent: cuiusmodi Nęuius fuit atq; Lucili⁹ quod ab Horatio Flacco pereleganter assertum est his versibus.

Libertasq; recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter: donec iam sæuus apertam
In rabiem verti cœpit iocus: & per honestas
Ire domos impune minax: doluere cruento
Dente lacessiti. &c.

Sed &. M. Cicero scribit: datũ fuisse vitio. M. Nobiliori a Catone: ꝓ is. Q. Enniũ poetam (cum cõsul foret) in Etholiã prouinciã secũ duxisset. Nã & idem Cato (qui censorius dictus est) in libro quem de moribus fecit: multo explicatius atq; apertius docet nullum fuisse honorem poetis: cuius verba subiiciam: sicuti a Gellio etiam in articis adducuntur. Romani inquit nostri equos carius q̃ coquos emebant: poetice artis honos non erat: si quis in ea re studebat: aut sese ad cõuiuia applicabat: grassator vocabat̃. Ex quibus aperte constat non modo poetas ipsos primo in vrbe pro ineptis reiectos: sed etiam grassatores vocatos: vnde illud Horatianum.

Græcia capta ferum victorem cepit: & artes
Intulit agresti latio: sic horridus ille
Defluxit numerus saturnius:

Qui maxime dii extra vrbẽ Romã tẽpla habuerunt: & q̃ rõne: tũ ꝓ hidẽ romani ex Solonis legibus sepulchra extra vrbẽ haberi voluerunt.

Caput. V.

IN eorũ libris: qui de diis ac religionib⁹ scripserũt: cõpertũ est ęgyptios q̃dẽ populos Saturni ac Serapis tẽpla extra vrbẽ habuisse: cũ alioq; tñ deorũ permulta in vrbib⁹ & oppidis viserent: cui⁹ rei causã hãc referũt: ꝓ his videlicet tantũ duob⁹ diis sanguine & victimis litarẽt: cęteris vero oĩb⁹ Thure & ꝓcib⁹: qd Hor⁹ ęgypti⁹ apd Macrobiũ etiã testat̃. Neq; em̃ ptinere ad vrbis fortunas & dignitatẽ visũ ẽ: ei⁹ numis tẽplũ ĩtra mœnia cõspici: cui sanguĩe litarẽt. Rom. aũt popu. ratiõe ꝓpe cõsimili quosdã deos cẽsuit extra vrbẽ statuẽdos: illisq; tẽpla extra pomeriũ facta sũt: sicuti Aesculapio. Vulcano & aliis: ne videlicet pestis vel icẽdia vrbẽ ĩgrederent: eãq; male afficerẽt. Ex quo deos q̃dẽ ipos coluerũt: sed extra vrbẽ tñ excluserũt: qd a Plut. ĩ romãis q̃stiõib⁹ explicat̃: nã Romul⁹ prio Vulcani tẽplũ ꝓcul ab vrbe cõstituit. Aristoteles vero in omni doctrina excellẽs: tẽpla q̃dã deoꝝ intra mœnia habenda existimat: alia porro extra mœnia: sicuti & ĩ media (ĩqt) vrbe tẽplũ Gratiarꝝ: quo oẽs ĩtelligerẽt q̃tũ ad officia humanitatis ptineat: gr̃am benemerenti aliquã referre. Sed & sepulchra item: quæ sacra fere habita sũt. s. p. q. r. extra vrbẽ diu habuit: quod

ipsę.xii.tabulæ demõstrant:quibus cautũ est:ne intra pomeriũ cuiusq̃ sepulchra forent:in quo secuti videntur athenienſiũ leges & instituta:qui pari credo ratione nullum prorsus sepulchrum in vrbem admiserũt: quod ipsum ex lege Solonis decretũ est:quæ in hunc modũ præcipit.Ne sepulchra in vrbe sũto.In tabulis aũt nostris decẽuiralibus ita scriptũ. In vrbe ne sepelito:neue vrito.Quod &.M.Cicero in suis legibus copiose ꝓsequitur:vt in epistolicis etiã scripsimus

De Traiano Aug.cum prefecto militum:eiusq̃ sermone ad eum:ac de eiusdem Imperatoris gestis ac victoriis maximis.

Caput.VI.

DE Traiano Imperatore: eiusq̃ rebus gestis permulta quidẽ memoria digna ab antiquis scribuntur.Nã & hic ipse Plutarchũ philosophũ ꝓceptorem habuit:cuius disciplinis ingenii cultũ:moresq̃ honestissimos adeptꝰ vt a Sen. p.q.r.tanto imperio dignissimus haberet:Sed illud interim de Traiano libitum referre:quod in Sudæ collectaneis obseruatũ est.Cũ is igit̃ coram romanis magistratibus aliq̃ adesset:gladiũ:quem gestabat:e vagina eduxit:nudũq̃ τω υπαρχω exhibuit dicẽs.en accipe gladiũ: q̃ si hic quidẽ principe dignus est:vtere ꝑ me: sed ipsa græca nescio quo pacto culti9:atq̃ graui9 rẽ exprimũt λεξαι το ξιφος τουτο καιειμεν καλος υπαρχω υπερεμου ειλεμηκατα εμου χρησαι.tã acceptũ vero eius Impiũ militibus fuit ac tãto amore & affectu semp habitũ:vt fines rõani imperii longe lateq̃ diffuderit:quod apud grẽcos multi:& Eutropi9 apud nos in romanis ãnalib9 ad valẽrẽ Aug. refert:nec em̃ Daciã mõ prouinciã(Decibalo victo)subegit.quæ decies centena milia passuũ in circuitu continebat:sed Armeniã quoq̃ recepit:& assyriã:Mesoporamiam:& Arabiã in ꝓuinciæ formam redegit.vt Indiã deinde inuaderet: cũ Seleuciam: Ctesiphonẽ:ac Babilonẽ clarissimas vrbes occupasset:regibus partim interẽptis. Vñ Traiano imperante vet9 dignitas:ac illa quasi maiestas Romani fastidii ad Augustũ dec9 aucta est.Nã & illud passim ab oibus ꝓbatũ est:ip̃m quidem Traianum militarem gloriam ciuilitate animi ac singulari modestia supauisse.Ex quo illud celebre dictum:Ne sis Traiano melior:Augusto fœlicior.

Cautũ ex.xii.tabulis cõtra eos:qui alienas segetes excãtare & pellicere tẽtassẽt. Et Plinii verba notata & exposita:inibiq̃ ꝓdigiũ maximum ascriptum de agris Vectianis.

Caput.VII.

IN decemuiralibus tabulis notatum fuit apud veteres:eos quidẽ capiti obnoxios iudicari:qui alienas segetes excantassent: aut vllis veneficiis & carminibus pellicere ausi essent: in quo & si video re præhẽdi Sasernas atq̃ alios authores:q̃ in eorum libris incantationes quasdã rettulerint:videt tñ hand quaq̃ fuisse indignũ obseruatione:cũ Romana illa seueritas de re hac in duodecim cauisset:ita em̃ in his relatum:sicuti:&.C.Plinii Testimonio probatum.

Ne pelliciunto alienas segetes excantando:
Ne incantanto:ne agrum defrudanto:
Ne frugem aratro quæsitam mox furtim depascunto:
Puberes si secanto:Cereri eos suspendunto.
Impubes arbitratu prætoris verberanto:
Ac noxam duplionem decernunto.

Quod ego vel ob id afferendum putaui:vt eiusdẽ Plinii verba facilius intelligantur qui cum de incantamentis agat: & verborum viribus: in.xii(inquit)tabulis etiam

scriptum qui fruges excantassent:& qui malum carmen incantassent:ex his enim aperte cognoscimus excantare segetes atq̃ pellicere sacra esse vocabula:& eiusmodi incantationibus propria:sicuti porricere extra:procurare fluminа:legere ossa:& alia eius generis permulta:de quibus suo loco diximus.Putamus enim maxime ad honestam eruditionem pertinere:non modo vires ac potestatem rerum verborumq̃ cognosse:sed ethimon:& proprietatem:quod & Fabius in primis Quintilianus præcipit.Nam & poetæ interdum veteres sic ea suis carminibus inserũt:quæ ad sacra ritusq̃ pertinent:vt neq̃ sensus alicubi:nec eruditio admodum deprehendatur.Sed libet etiam(quoniam de incantamentis vt veneficiis egimus)portentum adiicere:quod a Plinio ipo notatũ est de agris Vectianis ętate Impe.Neronis permutatis.Prodigium (inquit)super omnia quæ vnq̃ audita sunt:videri hoc debet:cum in agro marrucino Vectii Marcelli qui eques Romanus fuit:& Neronis procurator:vniuersum olluetum viã publicam trãsgressum sit:atq̃ ipsa prædia ex loco in contrarias sedes profecta sunt:quod in gestis etiam Neronis idem se Plynius exposuisse profitetur: etsi verecũdia ipsa minus ad fidem propriam prodigiosi ac inauditi portenti inclinauerit.

Quantum pro veritate inuigilandum:ac de Indorum philosophis:eorumq̃ studio pro veritate:ac pœna perpetui silentii contra mendaces.

Caput.VIII.

QLatonis sententia est:nihil magis spectare ad officium philosophi:q̃ cæteris omissis veritati assidue incumbere:quoniam hęc tam alte posita est:tamq̃ in tenebris obuoluta atq̃ recondita:vt nihil sit æque difficile:q̃ eam indagando peruestigare ac peruestigatam cognosse:ex quo (vt in aliis permultis)in hoc etiam cũ veteribus philosophis placita christianorum consentiunt:asserentium nihil in tota vita aut esse amplius:aut melius:q̃ diuinæ veritatis patrocinio subire:& in eius maiestate conquiescere:sed in Chaldeorum doctrinis atq̃ Gymnosophistarum disciplinis:tã celebre atq̃ excultum eius studium fuit:vt eorum dogmata & leges eiusmodi homines maxime obnoxios facerent:qui in aliquo essent mendacio deprehensi:nam in republica ipsa Indorum primus quidem ordo ac dignitas eorum censebatur(sicuti a Diodoro:& aliis traditur)qui philosophiæ sacris occupati:optimis quidem disciplinis incumberent:hi autem ab omni prorsus seruitio ac imperio alieni etãt:& quasi diis acceptí defunctorum iusta curabant:tum rerum causas perquirentes:singulis anni principiis conueniebant:pluuiasq̃ & ventos:calores:& frigora morbosq̃ futuri anni ꝑdicentes:vniuerso populo in communem vsum consulebant:q̃ siquis falsa prænũtiasset:haud id quidem impune faciebat:sed perpetui silẽtii pœna mulctabatur:sic vt per totam vitam nihil omnino proloqui liceret.Nam & Socrates aperte dicebat:verum quidem hominem præter cætera omnia mendacii odorem esse.Quin in Symandii regis monumẽto:iudicum quoq̃ imagines sculptę fuerunt:quibus ab ipso collo veritatis effigies pẽdebat:oculisq̃ pene clausis:ac libris circũpositis cõspicue.de quare cõmode alias scripsimus:cum de hieroglíphis ægiptiorum ageremus.

Qui eruditę Pythagoras hominum ætatem in quattuor partes diuisit:atq̃ inibi etiã de Seruio Tullio:q̃ Rom. ciuiũ tris ætates notauerit:ex Tuberone & Gellio.

Caput.IX.

GregIe profecto & erudite factum est a philosopho Pythagora in distinguenda annotandaq̃ hoim ætate.In quattuor em̃ partes vitã ip̃am distribuit hoc

modo παιδες εικοσιν νεανισκοι εικοσιν μεσοι εικοσιν γεροντες εικοσιν has autem ætates idem Pytagoras quattuor anni temporibus condigna similitudine cõparabat: videlicet verno tempori pueros: ęstati adolescẽtes: autumno iuuenes: hyemi senes. Accipit autem adolescẽtes puberes: sicuti etiã iuuenes viros. quam rem & Diogenes Laertius in libris de vitis philosophorum recenset: Seruius autem Tullius qui Rom. populi rex prudentissimus est habitus: cũ censum vrbis constitueret: ac illas classes pro ętate ordinaret: in tris quidẽ partes ciues suos diuisit. vt essent ad annum vsq; xvii. pueri: & inde ad annos xlvi. iuniores. supra illam vero ętatem seniores: qd ipsum a Tuberone in Romana historia notatũ est: sicuti & Gellius quoq; in atticis attulit. Var. autẽ Terentius qui est habitus togatorum doctissimus: quinq; partes hominũ vitę attribuit. Itaq; omnem gradũ: prętęr extremũ i annos. xv. diuidit: Primo enim ad annũ: xv. pueros appellat: q; impubes: & pueri sunt: Secũdo ad. xxx. annũ adolescentes tradit ab adolescendo noiatos: Tertio Iuuenes dictos ad annũ vsq;. xlv. eo q; rẽpub. qdẽ domi & foris egregie possent iuuare: Quarto seniores: q; ea maxime ætate senescere corpus hominũ incipiat: indeq; in exitum vsq; vitę senectus dicit: q; eo maxime tempore hominũ corpus senio laboret: de quo Censorinus vir romanus copiose ad. Q. Cerellii scribit: quo loco Hipocratis etiã medici Solonis & Staseæ opinionẽ rettulit: in hominum ętate signanda atq; definienda: quæ apud authores facile diligentiores comperient.

Quo commento atq; Sęuitia Iulianus Imperator contra Christianos desæuiret. ac de eius libris contra Christum: & qui maxime illis responderũt.

Caput. X.

EVsebius Pamphilus: Augustinus: & alii copiose memorant: qui potissimum Romani principes: & qua sęuitia christianos: eorumq; religionẽ sunt insectati. Non em̃ ferebat. S.P.Q. Rom. adusq; constantinos Imperatores Christianũ nomen surgere: aut amplius euagari. Vetũ de Iuliano Imper. qui bizantius fuit: mirificũ prorsus commentũ: atq; adeo callidũ traditur: quo Christianos populos ab instituto: atq; incepto suę religionis depelleret. Non em̃ vi: nõ cędibus: nõ tormentis (sicuti pmulti fecerũt Imperatores sæuissimi qdẽ atq; sanguinarii) sed alia ratiõe aggressus est: vt eos ad veterem: romanãq; religionẽ cõuerteret. nam platis prędmiis: ac dignitatibus: tũ blandimẽtis etiã atq; persuasionibus sic effecit. vt is multo plures occupauerit: q̃ qui crudeliter eos: atq; immaniter pęsequẽdo attriuerit. quod & Ruffinus etiã ad Chromatiũ scribit. Idẽq; tamẽ Iulianus Augustus: edicto cauit: ne Christiani homines prouinciarũ procurationes haberẽt: neq; ius dicerẽt: quod ipsa (vt dicebat) Christianorũ lex vti gladio prohiberet. Quin & cingulũ militię nemini prorsus cõcessit: qui romanis diis ac numinibus nõ immolasset. nam sacra illa Romana tam reuerenter: ac religiose coluit. vt vulgo etiã victimarius diceretur: sed & pari edicto constituit: ne Christiani ipsi gentilium scholas: atq; gymnasia adire possent: quo minus in bonis studiis atq; disciplinis proficerent: quod ab ipso etiam Marcellino Ammiano refertur: vt Augustinum Hieronymum: ac Ruffinum mittamus: Ammian9 enim etsi sub ipso Imperatore. Iuliano meruit: atq; in acie versatus est: nescio tamem quo pacto de Christianis ipsis modestius multo: q̃ aut Zosimus: aut Cor. Tacitus loquitur: Illud quoq; notandum est de eodem Iuliano: fuisse illum græce ac latine apprime doctum: tum inter alia multa libros. vii. verbis petulantissimis contra Christum effudisse: cum parthicam expeditionem vrgeret: quib9 (vt est author Hieronymus) fortissime responderunt: Methodius Eusebius: atq; Apollinaris: sed hæc alibi copiose disserui.

Q̃ egregie doctus in omni philosophia Vergilius fuerit: & quo modo ea quæ de inferis & campis Elysiis scribat: ex Gobriamago transtulerit: apud academicum Xenocratem.

Caput. XI.

ERo compertõ apud omnes est. P. Vergilium omnium prope philosophorum decreta atq; opiniones egregię calluisse: qd ipsum: cum locis multis probauit tum in libro maxime ęneidos. vi. in quo satis abundeq; videtur asseruisse: quãtum videlicet humanas omnis atq; diuinas disciplinas didicerit: Sed quæ de Cocyto & Acheronte fluuiis rettulit: tum de Minoe ac Radamanto: qui (vt appellat) quęsitores apud inferos sint: ac de campis Elysiis: vbi beatorum animę sempiterno ęuo fruantur: Ea quidem omnia ex ipsis philosophię penetralibus eturta sunt: atq; e media academia assumpta: & si grammatici nostri ex græcorum fabulis atq; poeticis commentis accepta dicunt: nil prętęrea aliud quęrentes: nisi quod obuium decãtatum: atq; expositum sit: nos autem apud Xenocratem academicum: qui Platonem audiuit: relata hæc a Socrate legimus: Is enim ex Gobria magoe de animę pœnis atq; beatitudine: hoc idem se accepisse tradit. Sed apponamus Vergilii carmen: vt facilius intelligatur: q̃ Gobrię relationi accedat.

Hic locus est: parteis vbi se via findit in ambas:
Dextera quę Ditis magni sub mœnia tendit.
Hac inter Elysium nobis: at leua maiorum
Exercet pœnas: & ad impia tartara mittit.

Et Paulo mox.

Respicit ęneas subito: & sub rupe sinistra
Mœnia lata videt: triplici circundata muro.
Quę rapidis flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton: torquetq; sonantia saxa
Porta aduersa ingens solidoq; adamante columnę
Vis vt nulla virum: non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant: stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneq; sedens: palla succincta cruenta
Vestibulum exomnis seruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus: & sæua sonare
Verbera: tum stridor ferri: tractęq; cathenę.

Sed ea nunc apponamus: quæ sapiens Gobrias apud Xenocratem referat ex æneis tabulis cum Xersis ętate insulã delon custodiret. Didici (inquit) Gobrias ex tabulis æneis mortaliũ aias (vbi corpus exuant) in occultiorẽ locũ sub terrã demigrare. In quo Iunonis regia est: quã poeta noster Vergilius infernã vocat: si quidem (inquit) Gobrias: cũ terrę ipsius elementũ mediam orbis partem teneat: cœlũ vero in specie orbis sit: ei9 quidẽ mediã partẽ dii cęlites nacti sunt: alteram vero inferiores. partim fratres cœlicolarũ: partim nepotes. vestibula aũt ipsa eius regionis quæ Plutonis est: claustris: æneisq; cathenis vndiq; vinciũt: eos vero q; prętermeãt fluuius Acheron primo: & mox Cocytus excipit. Deinde aũt ad Minoẽ & Radamantum ducuntur: in eã videlicet regionem: quę veritatis titulũ præfert: ibi enim assident iudices euiusq; vitam examinantes vbi neutiq̃ locus est mendacio relictus: sed enim quibuscunq; boni dæmones in vita ipsa aspirauerint: ad Elysios cãpos: id ẽ piorũ locũ se omnes recipiũt: vbi ver qdẽ assiduũ:

variis oīgēisq; fructibꝰ viget: ibidēq; læti fōtes pnitētibꝰ vndis blāditer obmurmurāt: & prata virentibus herbis: variisq; depicta coloribus. Neq; desunt philosophantium cœtus: poetarumq; & musarum chori suauissime cōcinentes: iocunda & grata conuiuia: tū potantiū venusti ac hilares cœtus: lætitia vero inuiolabilis: & vitę suauitas maxima. Nec enim frigoris illic aut æstus nimium: sed cœli perfectio: salubritate aeris: & calore solis omnia ęque amœna atq; temperata: & hęc est beatorum sedes: vbi expiatis animis diuina semper mysteria celebrantur. Ac deinceps eorum præterea (inquit) animos lustrari cōuenit: qui circa Herculē & Dionysiū accedunt: tū ex Cereris cultu atq; studio spem quidem fœlicis itineris cōcipere: qui vero in flagitiis atq; sceleribus fœde vixerint: statim a furiis per ipsum tartarū raptantur in Erebū & chaos: vbi impiorū regio est Danaidūq; puellarū irritus labor: ad explenda aquis Cribra nequicq̃ nitentiū: ibidēq; Tātali sitis: Titii viscera: Sisyphi saxū ppetim quidē reuolubile: iam & ferę truces sequientesq;: se vltro corporibus circūplicant: accensæ ibidē faces: quæ igne perpetī carnes obūrūt: hominesq; impii & scelesti omnigenis pœnis ac suppliciis assidue cruciati vexant: atq; hęc hactenus Platonicus Xenocratres ex Gobria rettulit: vt manifesto ex his constet: veram esse Macrobii sententiā: qui: P. quidē Vergiliū dixerit omnis prorsus philosophiæ fuisse consultissimum.

Qui sint apud. M. Ciceronem Pentelici hermę: ac de pentelicis columnis atq; lapidicinis diligenter multa exposita.

Caput. XII.

Video & illud esse in quæstione apud doctiores: quo modo accipienda atq; intelligēda sunt verba hæc. M. Tullii in epistola ad Pomponium Atticum Hermæ illi tui pentelici cum capitibus ęneis me maxime delectant: in quibus exponēdis nō pauci admodum imperitissime incurrunt: ego autem pentelicos hermas ita existimo accipiendos hoc loco: vti Mercuriolos lapideos intelligamus ex marmore videlicet pentelico: quoniam eiusmodi sigilla Cicero in Gymnasio (vt inquit) ac Xistis collocare cupiebat: vt qui talibus monumētis atq; antiquitatum lautiis miro studio teneretur. lapis vero pentelicus ex lapidicinis pentelicorum eruebatur: de quibus nō Plinius modo & Strabo: sed etiam Theophrastus in libro de lapidibus disserit: quo loco celebres tradit lapidicinas illas: quæ thebaicæ: chiæ: pariæ: ac pentelicæ nominentur. Sed & Pausanias pentelicas lapidicinas in attide constituit: quæ forēt magno precio. Plutarchus autem Cheroneus cum capitolii magnitudinem: atq; ingentes illas extructiōes describit: columnas (inquit) illuc ex vrbe athenarum deuectas: quæ pētelico lapide constarent: quas ipse columnas (vt inquit) athenis conspexerat: sed imperante Cæsare Domitiano ad vsum atq; ornamentum Iouis capitolini in vrbem delatæ sunt. Is enim Domitianus incredibili sumptu: atq; magnificentia capitolium instaurauit: cum memorabili illo incendio magna ex parte fuisset concrementum. De Mercuriis vero qui hermæ a græcis dicantur: q̃ frequentissime apud gręcos authores mentionem comperias: vt Plutarchum: Thucydidem: & Pausaniam: qui ab atheniensibus referret primum fuisse institutum Mercurios ipsos inter ornamenta exculpere.

Qꝫ docile animal: ac placidum sit elephas: & ꝙ per funes incedere discat: tum de funābulis ac funerepis hominibus.

Caput. XIII.

De elephantis eorumq; viribus: ingenio: & docilitate cum multa a veteribus producta sint: nonnulla (vt fit) quibusdam audientibus rettulimus: ꝙ ea videlicet animantia inter cætera bruta fere obsequio & docilitate præstent:

sic vt ad magistri imperiū scribere: & per funes ambulare traditū sit: quam rem velut incredendam & penitus fabulosam nō sine risu quidam excepetūt: maioribusq; sibilis cōtempserunt: quod ego apud ignaros homines: sordidisq; & vilissimis officiis occupatos pro tempore dissimulandum existimaui: sed in tanta rerum animantiūq; varietate: nihil tam summū: aut tam mirum videri debet: quin & esse id possit: & credi iure optimo oporteat (vt est author Aristoteles) pro mirifica & singulari naturę maiestate: quod in his præsertim accidere par est: quæ optimis qdem authoribus ac honestissimis testimoniis nituntur. Nam ꝙ elephantes ipsi per funes incedere: atq; ambulare discant: nō aliis quidem verbis probari a nobis debet: q̃ Annei Senecæ: qui ad hūc modum in epistolis: leonibus (inquit) manus magister inserit: osculatur Tigrim suus custos. Elephantem minus æthiops iubet subsidere in genua: & ambulare per funem. C. vero Plinius & aduersis funibus eos subire testatur: & regredi magis pronis. Sed & Mutianus author summus affirmauit: elephantem fuisse: qui ductus græcarum litterarum didicerit: solitumq; perscribere græcis verbis: ipse Egio hæc scripsi: & spolia Celtica dicaui. M. item Cicero nullū esse animal refert: quod & magnitudine sua & docilitate præstet elephantis. eos vero homines: qui per funes ambulare soliti sunt græci σχοινοβάτας vocarunt: a nostris aūt funābuli: seu funerepi dicūtur: qua voce apud latinos Terentius poeta: & Messala vsi tradūtur: vt Apuleium mittamꝰ: qui funerepos homines appellat: in oratione ad Seuerianū procōsulem carthaginis.

funabuli funerepi σχοινοβάται

De Mythra deo: qui pro sole apud Persas colitur: deq; illius simulacro: ac de Mythriacis sacris copiose explicatum.

Caput. XIIII.

Legebatur nuper in hortis Oricellariis historia de commodo Antonino imperat. qui inter alia scelera atq; flagitia (vt traditur) etiam Mythriaca sacra homicidio polluit: quo loco dubitatū est a quibusdam nō indoctis viris: qui aderāt: quænam sacra hæc forent: aut cui potissimū numini dicata. quod a nobis exponendum est paulo copiosius pro nostro studio: atq; diligentia in veterū disciplinis: & primo qdem referemus de ipso Apolline: qui Mythra dictus est apud Persas: ac paulopost de sacris Mythriacis. Persæ igitur (vt a multis refertur) summo cultu atq; honore solem habuerunt: quem Mythram vocarūt: quod & Strabo in Persis: & Herodotus: aliiq; cōplures testantur: simulacrū vero eius in hunc prope modū finxerūt: vt effigies foret leonis vultū præferens: tiarumq; prisco habitu gestans: quæ vtrisq; manibus cornua bubula cōprimeret: cuius rei sensus atq; interpretatio ab eis fere explicatur: qui mithologica ꝓsequuntur. Neq; illud ab re videri potest: qđ a Papinio poeta in thebaide scribitur: cum solis potestatem atq; nomina refert.

Adsis o memor hospitii. iunoniaq; arua
Dexter ames: seu te Roseū titana vocari
Gentis achæmeniæ ritu seu præstat Osyrim
Frugiferum: seu persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mythram.

Sed & Capella Mineus in philologiæ nuptiis Mythtæ nomen repetit his versibus.

Te phœbum perhibent prodentem occulta futuri.
Vel quia dissoluis nocturna ad missa Isaeum:
Te seraphim nilus: Memphis veneratur Osirim.
Dissona sacra Mythram.

Mythriaca vero sacra ita fere habita sũt: vt in sacro antro sacerdotes cõuenirent atq; Apollinem magna veneratione prosequentes: mythram appellarent: tum bouem ex antro correptis cornibus educerent: eumq; sacerdotes veluti Mythræ victimã immolarent: simul & hymnos aliaq; cãtica decantarent: de quo & Suidas in collectaneis: & Placidus etiã grãmaticus pluribus dissertarunt.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER SEXTVS.

De Bellisarii principis epistola ad regem Totylam, cum is de vrbe Roma diruenda cogitaret: quibusq; verbis ab infando cõsilio deuastãdæ vrbis eum deflexerit.

Caput. I.

E Bellisario pricipe eiusq; imperio & gestis copiose alibi scripsim⁹ cũ tam egregia facinora gesserit: ac tã multiplici tamq; varia fortuna vixerit: sicuti i romanis annalibus: & Procopii historia legitur: sed hoc loco visum mihi est nõ ĩgratũ fore legẽtibus: si eiusdẽ epistolam subiiciam: quam ipse Bellisari⁹ græce scriptam ad imperatorem Totylam misit, cũ is vrbem victor cũ exercitu eẽt ingressus, ac nõ paruam mœniũ partem tum diruisset: nam & pulchertima quidem ædificia: & quæ dignissima in vrbe forent incendi volebat, Romamq; ipsam μηλοβοτον (vt inquit) Procopius efficere, ni tantum facinus suis litteris Bellisarius inhibuisset, ad regem Totylam græce scriptis in hũc modum. Prudẽtis (inqt) viri officiũ est vrbes augere: vacuasq; ornamentis implere, quod ipm ad eum maxime spectat: qui probo ciuilicq; animo agere consueuit. Siqua vero sit vrbs, quæ summo ornatu: eximiaq; pulchritudine pollear: sicuti Roma nũc est: nonne id ingenii perditissimi: atq; obnoxii dixeris: sicubi diruere illam conetur: sed enim Roma ipsa omniũ qdem vrbium: q̃ sub cœlo sunt: maxima & memoratu dignissima: nõ viri vnius opere: nõ breui momẽto ad id magnitudinis atq; pulchritudinis excreuit: sed regum plurimorũ virorumq; clarissimorum virtutibus, lõgo tempore: summa diuitiarũ copia: artificioq; incredibili. Nec enim breui huiusmodi vrbem (quam nũc vides) Romani extruxerunt: monumẽtum sane cũctis posteris eximiæ virtutis. Cæterum cum ita se res habeat: illud scire debes: q̃ alterum necessario sequitur: aut enim hoc in bello victus succũbes: aut annuente fortuna superabis: q̃ si ad te victoria ipa declinarit. Romãq; deleueris: haud rem alienam: sed tuam propriãq; o Totyla perditũ ibis: sin autem eam seruaris: regiam certe omniũ pulchertimam atq; ditissimã possederis: si vero a nobis deuictus fueris: seruata vrbe atq; incolumi: gratias immortales a victore debes expectare: sed ea diruta nulla prorsus humanitate contra te agetur: vtcũq; aũt hac in re te gesseris statim fama subsequetur: quã scias quidem eiusmodi futuram: qualem tu ipse: vel opera tua probabũt. Vale. Hactenus Bellisarius. Qua in re illud notãdum: q̃ ipe qdem Totylas (vt inqt Procopius) cum epistolam hãc sæpius perlegisset: ac æquo animo eiusmodi admonitionẽ accepisset a b incepto opere dirruẽdæ vrbis destitit: neq; mox qcq̃ contra vrbem molitus est: quod abunde in historia ipsa Procopii scriptum est.

Q̃ sit cautim loquendum apud principes: tum de rege persarum Cambyse: & Traxaspe nobile exemplum: & quomodo præstãt apud persas qui amplius bibũt.

Caput. II.

NVper habitus sermo est inter doctores quantum in vitæ officiis proloqui: & quo tẽpore deceat: quoniã nihil fere magis i vita noxium atq; perniciosũ est: q̃ intẽpestiue aliqd proferre: præsertim apud principes: a quibus id totũ facile potest effici: quod libitũ illis sit. ad hoc aũt exempla aliquot in mediũ pro re sũt allata ex græcis atq; romanis historiis: vt de Callisthene philosopho: & poeta Philoxeno: aliisq; cõpluribus: sed exemplum de rege persarum Cambise ac Traxaspe: visum profecto est dignum ingenio barbaro atq; truculẽto, cuiusmodi Cambyses fuerit: regum quidem persarum sæuissimus: nã cum is Traxaspes: qui regi chatissimus erat: nimium vini auidũ regem: & vsq; ad ebrietatem perfundi videret: eum liberius summonuit: vt partius mero indulgeret: parum dignũ referens in rege accusari ebrietatem: quem videlicet oculi hominũ atq; aures sequerẽtur. Quib⁹ verbis iratus Cambyses: et ostendam inqt tibi ex ipo vino regem haud sibi excidere: neq; mẽte labi, aut oculis caligare: sed & manu & oculis probe officium suum præstare: & simul cœpit liberius bibere: atq; capacioribus poculis seipm vino proluere: ac iam factus vinolẽtus: huc inquit o Traxaspes filius tuus procedat: tum iubet adolescẽtem sublata supra caput sinistra manu procul consistere: & interim capit arcum rex: intendensq; illum: probabo nunc inqt falsum esse quod obiurgas: & in cor ipsum adolescẽtis aciem simul ac spiculum direxit. Cũq; illud pro libidine fixisset: ppe accessit: ac discisso adolescentis pectore: spiculũ inquit (vt dixeram) in cor ipm aspicis! nunquid o pater mihi excido! aut in ictu aberro! Pater autẽ Traxaspes factus iam suo malo in loquendo prudentior fortunæq; regiæ & sæuitiæ obsequẽs nec ipse inqt Apollo certius atq; aptius arcum intendisset, quã tem non Herodotus modo halicarnasseus in persica historia: sed Anneus etiã Seneca rettulit. Cõsuetudo aũt apud Persarum populos fuit: vt hi nobiliores crederẽtur atq; in agẽdis officiis aptiores: qui cum se vino admodum proluerẽt: mente ipsa cõsisterẽt: neq; ratione decederent, ex quo Cyrus regis Darii filius: cum ad Lacones epistolam de se scriberet, nõ modo seipm in magica disciplina præstare fratri Artaxerxi asseruit: sed in potando mero adeo excelluisse: vt cum cæteris foret bibatior: mẽte tamen cõsisteret: quod a Plutarcho etiam Cheroneo traditur.

Consuetudo persar. in bibendo

Non esse populo inuulganda: quæ arcana in sacris sunt: ac Vergilii carmen expositum ex eleusinis sacris: procul o procul este prophani: & item de Numenii somnio digna obseruatione historia.

Caput. III.

E Gregie Plato & prudenter alicubi docet: nõ esse illa populo aperienda & inuulganda: quæ sacra & arcana in mysteriis sunt: quoniã indignum prorsus ac fœdũ sit: ab eiusmodi hominibus ea illotis manibus tractari: quæ initiatis dũtaxat animis ac expiatis patere debẽt: ex quo merito laudati sunt Pythagorici philosophi: qui propria dogmata & precepta inter suos tantum seruãtes nemini alteri indicabant: quod Hebrei etiam in sacris legibus diligẽtissime obseruarũt. P. aũt Vergilius: qui mores varios ritusq; ac religiones optime tenuit non temere illud ad Sibyllæ nomen rettulit.

Aduentante dea procul o procul este prophani.
Conclamat vates totoq; absistite luco.

Id. n. ex eleusinæ Cereris initiis assumptum a poeta est: in quibus (vt veterum probat authoritas) eos dũtaxat admittebant: qui forent initiati. quod ab ipso præcone agebatur: procul esse prophanũ vulgus acclamante. vnde illud Flacci perelegans. Odi profanum vulgus & arceo. Quando & valerius Soranus nõ aliam ob causam dici

tur obiisse: q̃ ꝓpatrios deos: eorumq; nomen contra ius Romanę religionis inuulgauerit: qua in re libet etiã Numenii pytagorici somnium apponere: quo facilius intelligatur nihil fœdius aut scelestius habendum: q̃ mysteria & occulta religionis in vulgus prodere. sed enim Numenius ipse (q̃q̃ in philosophia vir excellens) in eo tamen offensam numinũ subiuit: q; eleusina videlicet sacra interpretari: ac vulgo promere ausus sit. quo factum est: vt in somnio deas quidem eleusinas viderit forma & habitu meretricio ante apertum lupanar prostãtes: cũq; huius rei causam diligẽter Numenius quæreret: cum bile admodum & irata fronte illi responderunt: ab adyto se veteris pudicitiæ ab eo abstractas: seq; omnibus passim prostitutas: itaq; facile mox Numenius culpam agnouit: cum nihil esse petulãtius diceret: q̃ de rebus diuinis: ac religionis arcanis citra verecundiam agere. Habes hoc & in primo Macrobii cõmentario ad Eustathium filium in quo de re. p. M. Tullii disputat.

De Gallonii sumptu & dapibus verba in oratione Ciceronis exposita: atq; ibidẽ Luciliani versus appositi: cum Horatiana imitatione de Galloni acipensere.

Caput. IIII.

Egebatur nuper Oratio. M. Tullii pro. P. quintio: & cũ qdam bene litterati atq; eruditi adessent: orta est addubitatio de historia Gallonii: & eius luxu in his versibus: non vt dominentur illis qui relicta virorũ bonorum disciplina. & quæstũ & sumptum Gallonii sequi maluerunt. Quis igitur hic gallonius apud M. Ciceronem sit facilius dubitatur ab eruditis: q̃ explicatur: nos autẽ in Lucilianis versibus pridem legimus. Publium hunc Gallonium fuisse postremę gulę hominẽ. & in cupediis & lautioribus cibis assidue versatum. vnde ob eam rem a Lælio viro sapienti gurges est apellatus. nam & flaccus Horatius eundem Gallonium fuisse præconem aliquando testatur: atq; eius mensam acipensere magno infamem: quod ex Lucilii poetæ satyra mutuatus est: versus aũt Lucilianos (quoniã lepidissimi sunt) libitum est adiicere: sicuti &. M. Cicero in libro de finibus refert ex satyra ad Lapathum Lælius præclare & recte Sophos: illeq; vere

O publi gurges Galloni. es homo miser inquit.
Cœnasti in vita nunq̃ bene. cum omnia in isto
Consumis squilla atq; acipensere cum decumano.

Sed & Florens Tertulianus Curii aliam. Apicii gulam. & Gallonii sumptũ. & Antonii ebrietatem incessit: vt ex his omnibus facile quisq̃ intelligat quid in oratione. M. Tullii Gallonii sumptus significet: quin romæ etiã inspeximus hanc de. C. Gallonio & vxore inscriptionem: in marmoreo lapide.

D. M. GALLONIAE. C. F. Q VAEEPICHARIS. C. GALLONIVS. C. F
VLP. MARITTIMOSET PATER FECIT.

Quibus verbis Caracalla Imper. cum Iulia nouerca pudore vendito sit congressus: quantumq; flagitii & malorum ex nimia imperandi licẽtia oriatur.

Caput. V.

NOtum carmen est: & apud veteres olim in vrbe celebratum
Cui plus licet: q̃ par est: plus vult: q̃ licet.

Hoc enim in vita mortalium fere accidit: vt cũ imperio ipso licẽtia maior in dies fiat. vnde omnia prope scelera ac flagitia reiectis legibus oriuntur: quod ipm infinita qdem exempla testãtur: quæ in græcis ac romanis annalibus passim leguntur.

sed illud visum mihi est dignũ relatu de Antonino Augusto Caracalla: eiusq; coniugio. nam cũ Iuliam nouercam haberet: eaq; egregia forma & eleganti præstaret: forte accidit: vt corporis partem præsente Antonino imper. paulo incautius nudaret: qua conspecta: cũ in eam procliuius exarsisset Antoninus: velim inquit si liceret. Iulia vero (vt ingenia mulierũ sunt) arrepta statim occasione si libet licet respondit: leges dat Imperator nõ accipit: quibus auditis Antoninus idem Caracalla ad obeundũ scelus audacior factus est: ac nuptias cũ nouerca Iulia celebrauit: & ad particidiũ (vt inquit Spartianus) adiunxit incestũ: siquidem Iuliam duxit vxorem: cuius filiũ paulo ante occiderat: ex quo perlepido scommate Helii pertinacis illusus est: cũ eundem nõ Parthicũ modo Alamanicũ & Arabicũ Impera. sed Geticũ etiã appellauerit: neq; aũt adhuc Mario maximo assentimus: qui eam meliorem esse rempub. atq; tutiorem dicit: in qua princeps ipse malus est: q̃ in qua sint amici principis mali: nã faciliu sest (vt apparet) a bono principe malos corrigi: q̃ malũ principem a bonis superari: & si huic sententiæ Iulius quoq; Capitolinus partũ accedat: sumpto de Imperio Domitiani Augusti exemplo: quod alibi etiã latius explicauimus.

De studio philosophi Euclidis in bonis disciplinis: ac de Hieronymo etiam q̃ vehementer & assidue inuigilaret: tum quibus præceptoribus atq; vrbibus doctrinam acceperit.

Caput. VI.

ORobe factũ est a veteribus: qui Euclidis philosophi studiũ atq; eruditionem summis laudibus sunt prosecuti: præter enim assiduam eius diligentiã atq; labores maximos in pcipiendis disciplinis: in audiẽdo etiã Socrate promptũ et alacrem animũ probauit: sicuti philosophus Taurus rettulit: vir inter Academicos Hadriani ætate excellens: nam cũ ipse Euclides propter athenienſium decretum contra Megarenses nõ posset athenas se conferre ad audiendum Socratem: quoniam capitale foret: si quisq̃ Megarensium ab athenienſibus esset comprehensus: nõ tamen putauit magis periculi rationem habendam: q̃ studiorũ: sed muliebri veste indutus: et Pallio (vt inquit Gellius) versicolore amictus: capiteq; obtectus sub ipsam noctem a Megaris athenas itabat: vt per noctem saltem audire Socratem: atq; aliquid discere liceret. tum etiam sub lucem eadem veste intectus: in patriam Megaram remeabat. Hieronymus aũt noster in omnibus prope disciplinis vir summus: nõ minore studio ac diligẽtia honestis artibus incubuit. Nã & Romę prius: & in Bizantio mox: atq; Antiochia: demũq; apud Solymos plures ac varios ꝓceptores audiuit: sed cũ Iudęi ipi ex veteri lege neminem possint Christianũ edocere: impetratũ est tandem a Hieronymo vt hebræam eruditionem horis saltem nocturnis liceret adire: eoq; nomine Barbanũ quendam audiuit: qui si quando a cæteris Iudæis deprehendi metueret: Nicodemũ alium & ipm iudæum in præceptoris officio substituebat: tantũq; adeo & vigilando assidueq; cõponendo consecutus est Hieronymus: vt plura quidem Idiomata egregie didicerit. Quod ipe etiã Augustinus in libro ad Cyrillũ de Hieronymo testatur: qui eum scribit nõ hebraicã modo: Græcamq; & Chaldaicam: sed Latinã: Persicam: Arabam: ac Medam percepisse: et si plæriq; affirmant: hunc ipm librũ minime Augustino ascribendũ. Illud certe notissimũ: q; idem quidem Hieronymus: in humaniorib? litteris Aelium Donatũ: atq; Victorinũ audiuit. In sacris vero Gregoriũ Nazianzenũ Apollinarem Antiochenum: & Didymum Alexandrinũ: sicuti ex iudæis Barbanum quem diximus: hunc enim Hieronymus nocturnum præceptorem appellat: sed hoc totum copiose Hieronymus refert in epistola ad Pammachium & Oceanum: mo-

deste tamen (vt hominem decuit) posteritatis causam atq; religionis agentem.

De.xvi.cœli regionibus:& quæ numina cuiq; sint ascripta:ex Mineo Capella relatum:& alia obiter addita.

Caput.VII.

DE veterũ diis atq; numinibus complura quidem & latine:& græce scripta leguntur:nec em̃ defuerunt:qui libros integros huic operi dicauerint.nos aũt ea nunc obseruanda putamus:quæ cœli regiones designarũt:quibusq; locis propria numina sunt attributa:sicuti prisca illa theologia existimauit.vniuersum igitur cœlũ in regiones.xvi.signarũt:vt quaternario numero quãlibet partem absoluerent:primo em̃ ipe Iuppiter optimus maximus collocatur:quem a iuuando patrẽ genitoremq; omniũ dixerunt:cui collegas.xi.faciunt:vt a Q.Ennio scriptũ est.Qui vero subsequuntur dii:a Capella Mineo Iouis milites appellantur:nã post ipm Iouem dii Consentes:Penates:qui & Patrii & Genethlii:Salus:ac Lares:Ianus etiam & Nocturnus:& Opertanei.tertio loco Prædiatus:Quirinus:Mars:Lares militares:Iuno:Fons & Lymphæ:diiq; Nouemsiles:sequunt deinde Iuppiter Secundanus:Opulẽtia et Minerua:quibus discordiã:Seditionem:ac plutonem addũt:mox aũt Lympha siluestris:Lar cœlestis:Mulciber:& militaris Fauor:Sexto loco Ceres:Tellus:Terreq; pater:Vulcan9:Genius & Iouis filii Pales:Fauor:& solis filia Celeritas:Septimo Fraus ipsa:q̃ Mercurio solet in rebus omnibus obsecundare:in octauo Ver.& Venuleia vt apud Verriũ notatũ.Nono vero Iuno hospita:& Genius:in decimo Neptunus Neutita:& Lis.In.xi.Consus:vnde consualia Romæ celebrata:& Consi ara nobilis:in.xii.Fortuna:Valetudo:Pauor:& Manes:In.xiii.Sancus deus:vnde quidam sancire:& sagmina deduxerũt.In.xiiii.Fata.seu Parcæ:hoc est.Decima:Nona & Morta:vt Cesellius tradit:siue vt alii volunt Clotho:Lachesis:& Atropos:q̃ Iouis maximi sententias excipiunt.In.xv.aũt sede Saturnus:Iuno cœlestis:Veiouis:ac dii publici:& in vltima Nocturnus & Ianitores terrestres:quod ipm:cum ab aliis:tum a Mineo Capella seruatũ est:in Mercurii atq; Philologiæ nuptiis:neq; de Multiplici varioq; Iouis nomine differendũ est:cum vel trecentos quidem Ioues.M.Varro enumerauerit:vt author est Florens septimius.M.aũt Cicero in.xvi.partes cœlum ipsum scribit diuisum.quod ex ethruscis cõmentariis sumptũ est:quorũ videlicet disciplina diligenti cura examinabat:qua maxime cœli parte fulmina ipsa & tonitrua mitterentur:quod Anneus item Seneca &.C.Plinius testantur:sicuti copiose in epistolicis exposui.

De litterarum notis in veterum causis:tum de silentio in iudiciis:& Plautinus iocus expositus.

Caput.VIII.

MOris fuit apud veteres:vt in questionibus & causis peragẽdis iudices ipi:quibusdam litteris rem denotarent:siqui.n.absoluebantur:aut cõdemnabãtur notas ad id proprias apponebant:veluti etiam in causæ ampliatione:quod a Pediano Asconio diligenter obseruatũ est:nã si quis forte a iudicibus damnatus erat:id ipsum.K.littera notabatur:sin erat absolutus.A.apponebatur.signũ vero ampliationis:cũ res ipsa in tempus diffinderetur.N.L.adiciebãt:q; ex eo nõ liquere signabatur:eoq; modo causæ ampliationẽ nasci asserebãt.Quid aũt intersit inter cõperẽdinationem & ampliationẽ egregie idem Pedianus explicat:qui legem quoq; Glauciã ob id latam scribit de ipsa cõperendinatione:vt sententia diceretur:si esset absoluendus reus:vel amplius pronunciaretur:si videretur damnandus:cum causæ obscuritas fo-

ret:quod &.M.Cicero locis pluribus insinuat.de silentio autem in causis pauci ex veteribus meminerunt:& si apud comicos facilius id comperias:vnde iocus ille maxime Plautinus a Blepharone prolatus de gemino Amphitrione.

Dextro eodem in loco:signo eodem:apparet probe
Vt primum tonuit.cicatrix ruffula:sublurida:
Iacent rationes:silet iudicium:quid dicam nescio.

Hinc etiam (vt dixi) silentia in iudiciis:cum nihil vtiq; appareat:quod ex re:vel coniectura aliqua iudicari possit:de his vero litterarũ notis:agitur etiam in Probi Valerii commentario:quem de notis:earumq; ratione composuit.

De Mollitie Hortensii oratoris ac Demosthenis:tum perlepida historia de Hortensii munditia:qui diem collegæ dixit:q; illi togæ structuram deturbauit.

Caput.IX.

SCriptum est ab his:qui oratorum mores & vitam explicarunt:fuisse Demosthenem in vestitu cultuq; corporis nimiũ affectatæ venustatis atq; elegantiæ:quod illi etiã probro & quasi dedecori ab inimicis est obiectũ.verum de Q.Hortensio paria admodũ referuntur:q; is quidem vel apud Romanos ipos tam accurato & molli habitu & vestibus vteretur:vt risu dignũ sit:ne stomacho dicã:tanta illum mollitie:luxuq; pene fœmineo vixisse.In ea presertim ciuitate:quæ vitæ grauitatem ac modestiã egregie supra cæteras coluit.Mitto em̃ q; idem Hortẽsius frequẽs ad speculũ accederet:faciemq; ex eo quæritaret:ne toga vlla in parte nõ belle posita viseretur:& fluentes sinus molliter agens:qui lateris modũ elegantius q̃ romanũ virum deceret ambirent.Sed illud certe dignum obseruatione:eundem quidem Hortensium sic ex professo venustatem coluisse:vt cum ad speciem munditiemq; cultior & ornatior aliquãdo incederet:diem collegę dixerit de acceptis iniuriis:q; is in locũ angustiorem illi obuius:togę structurã offensu fortuito destruxerat eamq; de loco deturbauerat:qd quidem in suo collega (vt ait Macrobius) velut capitale est insectatus:adeose Horteensius ad omnem venustatis molliciẽ de industria componebat:ne dicã effœminabat.Ex quo.L.etiam Torquatus in quadam causa apud iudices.dionysiam illũ saltatriculã et histrionem appellauit:q; inter agendũ argutiis & manuũ gesticulationibus prenimis vteretur:quam rem copiose alibi enarrauimus.

De sæuitia.L.Syllæ:& Vedii Pollionis:qui seruos in piscinas coniiceret ad murenas:& de Octauii Augusti animo contra eam feritatem.

Caput.X.

SCriptum est in veterum commentariis de sæuitia & crudelitate.L.Syllæ:ac Vedii Pollionis:q; is quidem.L.Sylla tanta animi crudelitate ęstuauit:tamq; auide humanũ sanguinem (vt ait Seneca) bibit vt.vii.milia romanorum ciuium interimi atq; contrucidari iusserit.sicuti Appianus:aliq; permulti referunt.sed illud de Pollione Vedio nimiumq̃ inusitatæ ac prodigiosæ feritatis iudicari potest.Is enim Vedius cũ piscinas magno studio ac diligẽtia haberet:solitus est seruos suos occidere:eosq; piscibus vorandos præbere:vt hominũ cruore pastos comesset:quod hercle in Romana quidem ciuitate nõ scelestum modo:sed imprimis nefariũ haberi debet.Octauio præsertim imperante.de qua re Septimius Tertullianus copiose scribit:in libro quem de pallio fecit.Anneus vero Seneca cũ Cæs.Neronem ad clementiã instrueret sic inclamat.o Vedium mille mortibus dignũ:qui deuorandos seruos murenis obiiciat:quas erat esurus.qua in re illud etiam accidit dignum Octauii Augusti

prudentia & mansuetudine:nam cum is apud eundem forte Vediũ cœnaret:ac puer qui ministrabat cristallinum fregisset:statim Vedius interimi illum:murenisq; obiici iusserat:sed cum ad Augusti pedes confugisset:auxiliũ & opem implorans absolutus est:quam rem libitũ est Annei verbis repetere:ex libro quem de ira scripsit ad Nouatum:cum diuus inquit Augustus: apud Vedium pollionem cœnaret : fregit vnus seruis cristallinũ : ex quo rapi eum ad mortem Vedius iussit : nec vulgarem quidem: nam murenis obiici videbatur:quas ingens piscina continebat:quis non putaret hoc illum causa luxuriæ facere:sęuitia erat:sed euasit e manibus puer: & ad Cæsaris pedes confugit:nihil aliud petiturus:q̃ vt aliter periret:ne esca pisciũ fieret:in quo adeo motus est nouitate crudelitatis Cæsar:vt illum quidem dimitti : & cristallina potius omnia perfringi iuberet:piscinamq; compleri.Hinc etiã.C.Plinius tradit:fuisse a Vedio Pollione in murenis sæuitię documenta excogitata:qui eques romanus fuit:cum in earum viuariis damnata mancipia immergeret.

De lecanomantia veterũ quomodo & quibus sacris fieri consueuit:ac de voce & natura dæmonũ:& alia itidem ex Ioanne Zeze reperita.

Caput.XI.

INter genera & potestates diuinationũ:quas veteres coluerunt : pars etiam illa reponitur:quæ fieri per peluim solebat:aut per folium (vt quidam dixerunt)græci eam frequenti vocabulo lecanomantiã appellãt:de qua &.C.Plinius alicubi disserit:sed paulo tamen pressius:vt eam reprehendere potius: q̃ explicare voluerit.in græcis vero cõmentariis permulta cõperies:in quibus hanc ipam lecanomantiã illi præcipue exponunt:qui academiæ dogmata sectati sunt:quoniã de geniis fere dæmonibusq;:& diuinandi ratione:supra cæteros philosophos diligenter et accurate disputant.cuiusmodi sunt illa:q̃ a Michaele psello:de natura & viribus dæmonum:ex Marci disciplinis referuntur.fit etiam inquit vaticinatio per peluim: q̃ lecanomãtia dicitur:qua & rustici sępe vtuntur:quemadmodũ per aerem quoq;:& per frondes rerũ ꝓdictiones fieri solent:sic ipa quidem diuinatio per peluim censetur:maximeq; apud assyrios populos in precio est:siquidem magna ex parte cum dæmonib9 conuenit:qui a tali materia haud prorsus abhorrent. Vaticinãtes igitur peluim aqua plenã accipiunt:quã cũ dæmones irrepserint:leniter primo illapsi residentes:sic vt subsilire quidã spiritus videatur.nã et si aqua ipa in peluim fusa:secundũ eius substantiã a cæteris aquis minime differat:adhibitis tamen quibusdam carminibus:ex eorũ potestate maxime præcellit:vt aptior multo sit ad illum fatidicũ spiritũ excipiendũ . Id autem dæmonum propriũ:vt cum attracti aut illecti in peluim sunt:ex eo quidem lapsu perexiguus sonus:ac significationis expers audiatur: deinde in ipsa vnda oberrans: et quasi lusitans exilem sibilũ insusurrat:quo futura prænosci possint . Is enim spiritus vocem prætenuem emittit:quo ipsi dæmones minus intelligantur: & obscuritate rei facilius hominum votis imponant . & reuera perexilis vocula dæmonũ & exigua est.quod olim noster quoq; venetus Hermolaus dicebat:vocem se dæmonis prętenuem:& pœne subsibilantem audisse:qua ille de Aristotelis forte entelechia interrogatus sibi ipsi:& Georgio placentino responsitauit.Ioannes aũt Zezes: vir doctrina multiplici totiusq; antiquitatis curiosus:de ipa vaticinandi parte in Homericę Iliadis cõmentario scribit:ea referens quæ ad istiusmodi vaticinationes cõueniant.nam et veterem & nouam lecanomantiam tradit: & in quibus potissimũ differant:vetus eñ qualis illa Vlyssis.noua autem:quæ ex aqua ευ λεκανη & in qua aurũ:argentum:

electrum:æra:& lapides:aliaq; id genus veniebant:nullę vero a desse mulieres:aut alii qui cũ mulieribus coinquinari poterant:sed & vestes:& cętera ad id instrumenta ab eodem Zeze referuntur:sicuti alibi dictum est.

Quibus elementis:atq; initiis animantia dicantur constare:ac de quinta essentia ad vniuersum orbem disponendum:atq; absoluendum.ibidemq; Mercurii verba relata:& Vergilii carmen expositũ. Caput.XII.

QVi de elementis animalium atq; principiis diligenter scripserunt: omnia quidem animantia tradunt ex quattuor elementis cõstare:hominem vero ex hisdem:ac diuino etiam spiritu:quem alii quintam essentiam: seu perfectionem vel harmoniam dixerunt:quæ per vniuersum decurrere:atq; transmeare facillime posset:dicũt igitur ab ipsa terra carnẽ haberi :ab aqua humorem:ab aere anhelitũ:ab igne feruorem:a diuino spiritu igeniũ:seu nauis rationẽ:quod ipsum & philosophi aliquot asserunt.Romani aũt Theologi:vt Val.Soranus:Var.Terentius & Figulus: sub nominibus deorũ hoc totũ itellexerũt:quos geniales vel patrios vocarunt.quoniam sunt hæc omniũ qdem rerum semina:atq; principia quæ græci ταστοιχεια appellant :tametsi Lunam quoq; & Solem(vt est author Festus)cũ reliquis signis inter geniales deos conscripserũt.Poeta autem Vergilius:vt in omni philosophia egregie doctus :ad hũc modum id exequitur sub Anchisæ persona.

Principio cœlum:ac terras:camposq; liquentes:
Lucentemq; globum lunæ:titaniaq; astra
Spiritus intus alit:totamq; infusa per artus
Mens agitat molem:& magno se corpore miscet:
Inde hominum:pecudumq; genus:vitęq; volantum:
Et quæ marmoreo fert monstra sub ęquore pontus:
Igneus est ollis vigor:& cœlestis origo
Seminibus:quantũ non noxia corpora tardant.

Quam rem noster Vergilius ex adytis videtur academię(vt alia per multa)transtulisse:siqdem a Platone philosopho assertũ est:deũ ipsum:cũ molem hanc totius orbis cõstruere atq; disponere decreuisset:animã quandam:seu spiritũ vel rationem excogitasse:cuius sapientia vniuersus fere orbis aptissime cõponi:atq; adornari posset:& ad rem ordinem:& ad singularem decorẽ.In qua sententia & Mercurius egyptius fuit:qui diu ante Platõis ætatem floruit:cuius verba hoc loco subiiciemus:quo cumulatius hoc totum percipiatur.Animantiũ inquit corpus ex quattuor elementis cõstitutũ est a deo: habet.n.aliquid in se ignis:aliquid aquę:aliquid terrę:neq; tamẽ ignis est:neq; aer: neq; aqua:neq; terra:quę facile probari possunt:nam terrę ratio in carne est:humoris in sanguine:aeris in spiritu:ignis in calore vitali:sed neq; sanguis a corpore secerni potest:sicut humor a terra:neq; calor vitalis a spiritu:sicut ignis ab aere adeo rerũ omniũ duo sola reperiuntur elementa:quorũ omnis ratio in nostri corporis fictione cõclusa est.Itaq; ex rebus diuersis ac repugnantibus homo factus est:sicuti & mundus ipse ex luce ac tenebris:ex vita & morte:quæ duo in terse & in homine pugnant:vt si anima superior euaserit:quæ ex deo trahit originem:fit immortalis:& in clara perpetuaq; luce versetur: sin corp9 euicerit animam:suoq; imperio subiecerit:in tenebris sempiternis:atq; in obitu delitescat.Id ipsum & Brachmanæ asserunt:vt copiose probatur eorũ decretis:sed hęc de altioribus disciplinis theoremata:maiorem sibi curam atq; otium requirũt quę secreto operi explicanda reseruamus.

Relatum de Carmanis populis: q̃ mirifica sit eorum consuetudo in suspendendis occisorum capitibus: & eorum linguis esitandis.

Caput. XIII.

INter alia quæ de Carmanis populis memorantur: illud etian visum mihi est admodum mirificũ: neq; indignum: quod a nobis repetatur: qui ex eorũ numero sumus (vt inquit eleganter Augustinus) qui scribẽdo proficimus: & proficiendo scribimus. Relatũ est igitur: neminem apud Carmaniẽ populos vxorem posse ducere: nisi caput occisi hostis ad ipsum regem detulerit: rex autem craneum: seu caluarias (vt Celsus appellat) occisorũ in regia statuit: linguam vero e faucibus auulsam minutatim concidit: paneq; pemixtam illi degustandam porrigit: qui ad regem caput amputatũ pertulit: tũ suis familiaribus atq; aulicis ceu sapidissimũ cibũ edendum præbet. Quin apud eosdem ille rex haberi solet celebrior atq; præclarior: ad quem plura occisorum capita deuehantur: quod cum alii tum Strabo in geographia testatur: vir in omni antiquitate peruestiganda solertiẽ singularis.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER SEPTIMVS.

De ingenio & eruditione Gregorii Nazianzeni & Basilii: & quo affectu ac studio simul ab humanis litteris ad sacras & diuinas concesserint.

Caput. I.

QVantum naturæ similitudo: & studiorũ ratio in conciliandis hominum animis atq; coniungendis possit: satis testantur philosophorũ libri: in quibus exempla etiam nõ pauca refertũtur: tum græcorũ hominũ: tum latinorũ. Sed cum forte eorũ mores atq; vitam considerarem: qui in academia christiana maxime præstiterint: dignũ memoria putaui: quod a Ruffino aquilegiensi (qui Didimũ alexandrinũ habuit præceptorem) scribitur: de Basilio: & Gregorio Nazianzeno: eorumq; singulari inter se affectu & diligentia. sed enim Gregorio idem (qui ex Nazianzo oppido fuit (cũ præclara eloquentia foret: atq; Basilium egregio affectu coleret. tantum confisus est eius animo atq; amicitia (nam simul rhetoricam docebant) vt sedentem illũ ac rhetorica præcepta exhibentem: de officio (vt inquit Ruffinus) disserendi deponeret: atq; iniecta manu ad academiam Christi perduceret: in qua altioribus disciplinis: ac diuinis mysteriis studio indefesso: & solertia singulari: per annos tredecim incubuerunt: quo veritatis arcana generi humano vberius atq; cumulatius explicarent. Sic enim de vtroq; idem Ruffinus ad Chromatium scribit. Gregorius & Basilius episcopi ambo nobiles: ambo athenis eruditi: ambo collegæ: ambo de auditorio egressi ad rhetoricam profitendam imperante Theodosio Augusto rogabantur: nã & Hieronymus hunc ipsum Gregorium: non modo vt optimũ præceptorem in optimis disciplinis agnoscit: sed & eloquentissimum virum merito appellat: sequutus autem in ipso dicendi stilo Polemonem laodiceum traditur: ac inter alia permulta contra Iulianum imperatorem librum pro re Christiana egregie scripsisse: q; ille contra Christum impudentissime libros aliquot in expeditiõe illa parthica effuderit: quod ab eodem Hieronymo locis pluribus relatum est:

De Hieroglyphicis egyptiorum litteris: ac de vulture & ape eorumq; Symbolorum de cruce etiam ipsa nobilis consideratio.

Caput. II.

DE litteris egyptiorum: quę hieroglyphicæ appellantur: cũ apud veteres authores mentio est: tum in obeliscis: etiã nũ considerari hoc potest: in quibus figurę illæ: & effigies animantũ diuersorũ: herbarumq; fluuiorum: & arborũ. sculpręeius gentis philosophiam designant: sicuti Strabo &. C. Plinius grauissimi authores testantur. nam in obeliscis regum Sesostridis atq; Sennosornei: qui ex egypto in vrbem deuecti sunt: per eiusmodi Symbola & Hieroglyphicas notas: rerum naturæ interpretatio adnotata est: ita enim ægyptiorum philosophia creditur primo illustrata: quod ab eodem Plinio & aliis traditur. inter alias vero effigies: scarabeos: apes: fluuios: boues: vultures: aliaq; id genus notare consueuerũt: porro ex ipsa effigie apis: symbolũ regis signabatur: q; is in obeundis vitæ officiis: non minus iustitiæ aculeum: q̃ dulcem mellis clementiam habere debeat: in vulture aũt naturæ geniũ ac maiestatem indicabant: q; inter has volucres fœminæ dũtaxat inueniãtur: de quo & Marcellinus Ammianus in Rom. historia scribit: & Plutarchus item Cheroneus. Quin illud etiam multo magis considerandum est: de signo ipsius crucis. volebant enim ægypti sacerdotes ac philosophi: per eius effigiem spem venturę salutis intelligi: quod & Ruffinus author diligens in sacra historia refert: inter sacerdotales litteras dicens relatam crucem: quę vitã vẽturam allegorice designabat: sed hanc partem περὶ τῶν ἱερογλυφικῶν τῆς σταυροῦ copiose explicauimus in epistolicis: ea fere omnia referentes: quę arcana ista ægyptiorum sacra denotarent.

Factum memorabile Octauii. Rom. oratoris cum rege Antiocho: & de sagminibus legatorum: quæ in clarigatione gestabant: ex iure consultis & aliis.

Caput. III.

NOtatum est in romanis exemplis de. C. Octauio: & eius ingenti animo: quem in legatione ad regem Antiochum egregie probauit: vt hominem decuit Roma. & in omnibus vitæ officiis maxime præstantem. nam cũ forte rex Antiochus dilaturũ se responsum dic. ret: neq; tũ aliquid romano oratori respondendũ putaret: Octauius inibi virga (quã manu tenebat) locũ circũscripsit: & prius inquit o rex q̃ hoc ipso circulo egrediare: respõsum dabis: Qua in re miratus hũc animũ rex Antiochus in Rom. ciue: pro tempore dedit respõsum. sed iin ea mox legatione idem. C. Octauius interfectus fuit: quo factũ est: vt Sen. p. q. r. statuũ illi (vt inquit Plinius) in rostris loco quidẽ oculatissimo: poni iusserit. Neq; illud ignorãdũ est: q; ipsi legati virgati virgam gestare apud veteres cõsueuerũt: sicuti etiam sagmina & verbenas: ficubi clarigatum accederent: id est ad ea clara voce repetenda: quę ad̃ ius Rom. populi pertinerent. vnde Martianus etiam iurecõsultus (qui a Didio Iuliano iussus est occidi) sanctum refert a sagminibus dictum: sicuti in pãdectis habetur: sanctũ est inquit quod ab iniuria hominum defensum atq; munitum est: Sanctũ autem dictum a sagminibus: sunt em̃ sagmina inquit herbę quædam: quas legati popu. Rom. ferre solent: ne quis eos violaret: sicuti & Græcorum legatis accidit: Quin & Sex. Pompeius de verborum significationibus libro. xxii. pro verbenis inquit sagmina accipi: q; ex loco sancto a cõsule Prętore legatis proficiscentibus ad fœdus bellumq; indicendum tradetentur: vnde illud Neuianum:

Iusq; sacratum Iouis iurandum sagmine. Mittimus autem quę Liuius et cæteri de hoc scripserint: ne studio magis ambitionis: q̃ veritatis indultum videri possit.

Qui de ingenio dæmonum scripserit: ac de Gnosticis & Euchetis: quibusq; sacris
demonem se concipere putarent digna memoria obseruatio.

Ca put. IIII.

INter philosophos veteres: qui & ingenio clari: & doctrina presliterunt: maxi-
me quidem Academici numerantur: hii autem de geniis multa ac demonib9
scribentes: diligenter obseruauerũt quo habitu sint: quaq; potestate polleãt:
nam habere illos vires maximas: & in quaq; re mira quędam efficere pro comperto af-
firmãt. ꝙ & Christiani philosophi pari consensu asserunt: vt Psellus: Origenes Adamã
tius & Augustinus: in eo præsertim libro: quem de potestate dæmonũ composuit: sed
quo pacto: quibusq; sacris Euchætę & Gnostici dæmonem se olim concipere dicerent:
dignum profecto memoria est: cum inter alia quoq; portenta ac prodigia magicæ vani
tatis id ipsum merito referri possit: nam diuinationis genus: quę Necronantia dicitur:
In hunc modum fieri solitum ab ipsis quidem Gnosticis inuenio: qui alio verbo ευχαι
ται vocantur. Decimo calendas aprilis: quo die Iesus Christus a Iudęo populo cruci af
fixus est: conuenire hi solent cum puellis sibi notis: qui Gnostici dicuntur: tum peractis
quibusdam sacris: atq; luminibus extinctis simul coitũ ineunt: vel cum sorore: vel cum
filia: nec vllam prorsus rationem habẽt affinitatis: dein aũt nono mense in eundem lo
cum redeũt: puellasq; aduocant: & natos infantes ab illis accipiũt: eorũq; corpus circũ
cidũ t: tũ effluente vndiq; cruore phialas implent: & pueorũ simul corpora cremantes
cine remq; accipientes cruori commiscent: atq; eo condimento epulas & pocula: clam
vbicũq; incedant condiũt: tũ his qdem sacris & alimentis diuinos quasi characteres in
illis imprimi atq; infundi existimant: ac ipsa etiam dęmonia liberius concipi & fœlici9
retineri. Sed iidem præterea Gnostici dogma propriũ ab insano: quodam (vt inqt Psel
lus) acceperũt: quorũ opinio sit: vt vn9 omnino pater credatur: cui filios duos ascribũt
antiquiorem primũ: alterũ vero iuniorem: principia aũt tria: nam patri super cœlestia
tantũ: iuniori aũt filio cœlestia: seniori subcœlestia gubernari referũt: quod ipsum do-
gma: nihil fere (vt inquit Psellus) a poeticis fabulis anilibusq; ineptiis adhorreret: quę
res nõ ab Augustino ac Eusebio tantũ ridetur: sed a cęteris quoq; sacris authoribus: q
pro veritate ipsa & religiõe summis qdẽ laboribus atq; diligentia excubãtes euigilarũt

De Maximiani imperatoris sęuitia in christianos: & ꝙ affectus morbo animũ cõ-
mutarit: tum eiusdem edictum positum pro religione ipsa christiãorum.

Caput. V.

INter alios pluris: qui Cristianam religionem crudeliter persecuti sunt: Ga-
letius Maximianus numeretur: qui variis tormentorum ac pœnarum generi
bus: christianos ipsos pessime affecit: quod ab Augustino: Eusebio aliisq; co-
piose exponitur: sed is tamen Maximianus cum in tabificum morbum atq; pestilentẽ
incidisset: ac illi a medicis relatum foret: non aliter posse illũ morbũ curari: nisi a Chri-
stianorũ sanguine & cædibus abstineret: quibus auditis imper. Maximianus edicto ca
uit vt quicũq; essent christiani suum numen ac deos extra omnem iniuriam colerent:
ac rite in religione perstarent. Sed libitũ mihi est: hoc ipsum edictũ Maximiani Impe. &
Constantini Augusti referre: in quo aperte constabit: quantũ Christianę religioni Na-
ximianus concesserit: homo alioqui sęuissimus & Imperator orbis terrarũ: & qui annos
plures Christianos ipsos crudelissime fuisset insectatus: nã idem Maximianus natura
quidẽ atrox atq; sanguinarius fuit: quo etiã (vt a quibusdam tradit) nullũ prope ani-
mal in tota vita crudelius habitum est: edictum hoc est: quod per omnis fere vrbes pro
decreto Imperatoris dicitur: publicatũ. Imper. Cæs. Maximianus inuictissimus Augu

stus. pontifex. Max Germanicus. Aegyptiacus: Thebaicus: Sarmaticus. v. Persicus. ii
Carpicus. vi. Armenicus: Medorum & Adiabenorum victor: Trib. Pontifex. xx. Impe.
xix. cos. viii. pat. pat. proc. & Imp. Cęs. Flaui9. Val. Cõstantin9: Pius fœlix: inuictus Au
gustus pont. Imper. v. cons. iiii. pat. pat. proc. Inter cętera: quæ ad vsum rei publicæ de-
cernimus. Primo quidem volueram9 secũdum antiquitas leges: & publicã romanę ob
seruantiæ disciplinam omnia moderari: inter quę etiã hoc addere: vt christiani: qui pa-
ternam religionem reliquerant: ad eam rursum reuerterentur: sed quoniam suo quodã
iudicio tanta eos obstinatio huiusce rei habuit: vt nullo modo ad cultum antiquę reli
gionis redire vellent: quę a maioribus nostris fuerat instituta: sed eo magis pro volun-
tate sua vnusquisq; legem sibi ipsi cõstituit: & in locis diuersis plæbs diuersa concurrit:
cũq; his propositum a nobis edictũ fuisset: vt ad patrias leges redirent: & veterũ autho
ritate constituas: plęriq; illorum magis se periculis subiicere: cædesq; innumeras per-
ferre: q̃ pręceptis talibus obedire maluerunt: quoniamq; in eadem adhuc sententia per
multi obstinatius agunt: vt nec diis romanis honorem vllum redderent: neq; suæ reli-
gioni satisfacerent pro nostra clementia atq; mansuetudine: quam omnibus exhibe-
mus: etiam nũc erga Christianos putauimus probandã vt rursus Christiani sint & cœ
tus habeant: & conuenticula: in quibus orare cõsueuerunt: cõstruere atq; ędificare pos
sint. ita tñ vt nhil cõtra pub. disciplinã faciãt: aliis vero locis atq; epistolis satis indicaui
m9 qd eos oporteat obseruare: vnde hęc nostra indulgentia illis concessa: suum deum
exorare debent pro salute nostra: & pro reipublicę statu: vt ea integra atq; incolumi: ip
si etiam securi agere in propriis laboribus possint. Hoc autem edictum ex Romano ser
mone Pamphilus Eusebius in gręcam linguã conuertit cui ab imperatore Cõstantino
concessum est: vt annales ac gesta Cæsarum euoluere: ac pro arbitrio legere posset: vn
de sacram historiam pari studio atq; doctrina conscripsit: quam deinceps Turrantius
Ruffinus vir magna doctrina & lectione multiplici in latinum sermonem transtulit.

De municipibus Roman. p. & quid apud Horatium sit digni cærite cęra: expositũ
eius carmen: tũ quibus causis atq; rationibus mũicipes Romani essent: copiose ex
plicatum.

Caput. vi.

IN iure ciuili romano permultæ quidẽ ratiões afferũtur: quibus. s. p. q. r. quos-
dam populos atq; municipes non tantum iure quiritum donauerit: sed mul-
tis etiam oneribus atq; damnis exemerit: cuiusmodi nominantur Attellani:
Cęrites: Prænestini & eiusmodi alii. primi autem omniũ facti sunt populi romani mu-
nicipes Cærites: & hi quidem (vt est author diligens Gellius) sine vllo iuris suffragio:
quoniam bello gallico sacra Romana recepissent: eaq; diligentia singulari custodissent
vnde etiam tabulæ cærites appellatę sunt in quibus censorũ potestas: eorum referebat
qui nota aliqua vel ignominia forẽt insignes: ex quo erudite Flaccus in epistola ad Nu
micum dignos cærite cęra appellat Romanos: quoniam luxu atq; voluptatibus tur
pissimis tenerentur: quem tamen locum Horatiani interpretes ineptissime (vt alia
permulta) exposuerunt. Hirpiorum vero familiæ: qui phaliscorum agro essent: ob
mirificam quidem causam ab omni militia & munerum cura vacationem habue-
runt. ꝙ hæ quidem nudatis pedibus impune super ignem sacris quibusdam incederẽt:
quod vt facilius probari possit: C. Plinii verba subscribemus. Haud procul vrbe Ro-
ma (inquit) in Phaliscorum agro familiæ sunt paucæ quæ vocantur hirpiæ quæ sacri
ficio annuo: quod fit ad montem Soractem Appollini: super ambustam ligni struem
ambulantes non aduruntur: & ob id perpetuo: senatusconsulto militiæ: omniumq;

aliorum munerũ vacationem habent.Prænestini aũt populi:cum in ius coloniæ relati essent:ob eam causam a Tiberio Imperatore municipes facti sunt:q̃ in prænestinis finibus iuxta oppidum:ex capitali ac sontico morbo Cęs.Tiberius cõualuisset:eoq̃ nomine municipii gratia illos donauit.quod Hadrianus Imperator in oratione de italicensibus rettulit:in hoc tamen municipes a Romãis ciuibus deferebant:q̃ neq̃ magistratꝰ capere: neq̃ ius suffragandi habere poterant:sed munerum tantum ciuilium atq̃ militarium erant participes:sicuti a Verrio flacco & Festo scriptum est:nam & Gelliꝰ inqt municipes ipsos honorarii quidem muneris cum po.Romano fuisse participes.Festus vero Pompeius erudite ac prudenter refert:triplici modo municipia intelligi.sicuti cũ pars aliqua ciuitatis in vrbem iure municipali commigraret:quales Fundani: Formiani:Cumani:Acerani:Lanuuini:Thusculani:qui paucos post annos iure quiritum donati sunt:secũdo modo cum vniuersa ciuitas in vrbem conflueret:vt Aricini: Cærites: Anagnini:tertio eorum dicitur:qui in ea lege ad vrbem accederent:vt suę cuiusq̃ ciuitatis municipia & coloniæ forent: veluti Tiburtes:Prænestini:Pisani: Vrbinates:Nolani.Bobutinẽses:Placentini:Nepesini:Sutrini:& Lucenses:de qua re non modo iureconsulti diligenter scribunt:sed &.A.Gellius:& ex Verrio Flacco Pompeius.

Quo animo Cæsar anticatones libros scripserit:& quantũ Catoni inuitus cõcesserit:cum eius ebrietatem reprehenderet aliaq̃ non contemnenda de Ciceronis inconstantia ascripta.

Caput VII.

Signum memoria est:quod a Iulio Cæsare scriptum fuit de .M.Catone viro prętorio:qui ex obitu dictus est vticẽsis:nam cũ.M.Cicero eius vitam egregiosq̃ mores pluribus laudibus extulisset:parũ ęquo animo tulit Cæsar:eum ipsum Catonem tantopere a Tullio imprimis commendatum:ex quo duos libros contra eũ scripsit:qui ex reanticatones dicerentur:in quibus omnia prope.M.Catonis vitia(siqua erant)collegit:sed inter alia ebrietatem illi veluti maximum probrum obiecit: qd̃ a Cæsare tamen ita relatũ est: vt laudasse magis hoc tanto viro q̃ reprehendisse visus fuerit:nam cum ipse Cato plurimo vino in caluisset:& ante lucanis officiis esset occupatus:forte quosdam habuit obuios:qui (vt inquit Cęsar)cũ eius viri caput retexisset ad modũ erubuit:sed ita factũ adiecit:vt nõ Catonem putares ab illis:sed eos a Catone deprehensos:qua in re(vt apparet)Catonẽ etiam ebriũ adeo reueritus est: vt vel in ipsa ebrietate videatur illam verę virtutis imaginem retinuisse.quod & Pliniꝰ Nepos testatus est:qui:haud plus inquit honoris a Cæsare:vel authoritatis tribui Catoni potuit q̃ si ebrius quoq̃ tam venerabilis erat:q̃ aũt mox idem Cicero anticatones Cæsaris laudarit:plurimũq̃ extulerit:hoc totũ vel ex eius inconstantia:vl' adulationis vitio accidit:vt qui fortunę obsequi ac tempori inuitus mallet q̃ q̃ cõstanter succumbere:ex quo ea inquit laudatio tota κολακια fuit.sicuti ad Pomponium Atticum scribit. & diu sanæ inimicitiæ inter Cæsarẽ & Catõem viguerũt:quod & Plutarchus alicubi: & Atteius Capito indicauit.nã in libro:quem scripsit de officio senatoris:aperte explicat quo tempore Cęs.consulatum obiit:nhil eum dubitasse viatorem vocare:vt Rato ipse adhuc loquens in carcerem duceretur:in quo tamen modo excusatum Catonem cõstat sed etiam senatu approbante absolutum.

De impositione nominũ apud Comicos poetas.& quid inter se differant Cylões & Chilones: ac ibidem Ci.verbũ explicatũ contra quorũdã sententiam.

Caput.VIII.

QVi de origine nominum atq̃ viribus scripserunt: per multa quidẽ affertũt de his nominibus: quæ ex forma ipsa & habitu corporis deducta sunt:quod in scænicis maxime fabulis apparet.Nam poetæ comici habitum figuramq̃ hominum diligenter considerantes:ex re plerunq̃ personas denominant:cuiusmodi sũt qui græca voce appellantur.Cephali.Cilones.Phalachri.Blepharones.& alia generis eiusdem.Sicuti a nostris etiam Tuditani.Frontones.Longuri.Capitones.Cossi: Labiones.Venulei:de quibus diligenter alibi scripsimus.Qui autem dicantur Chilones vel Cylones.& quopacto inter se differant.Libitum mihi est paucis hoc etiã loco adnotare:sicuti & Sex.Pompeius ex Verrianis commentariis refert. Chilones enim (inquit)eiusmodi homines appellari:qui maioribus labris sunt.hoc est qui Labeones aut Labieni a nostris dici possunt.T.autem Lucretius Labrosos nominat: vnde illud. Simula.Silenã.Satyrast labrosa philema.

Cylones vero sine vlla quidem aspiratione idem Pompeius eos appellat: qui fronte prominentiori sunt & quasi extante:nam Cillones duplici.ll.aliud omnino significat & si ridicule quidam in hoc aberrant:cum eũ Crispum Sallustium Cicero in gregem cillonum.sacrilegorum:atq̃ impudicorum cõnumeret nihil aliud intellexit: q̃ cinædum hominem:ac turpiter ceuentem:quoniam cillere apud veteres motitare: atq̃ agitare est:quod & Seruius atq̃ Higinius testantur: vnde cillones dicti: qui pudore vẽdito ceuentes se effœminant.Nam & Leneus Pompei libertus cum satyras contra eundem Sallustium scriberet:non modo illum popinionem ac lurconem satyrice appellauit:sed etiã λαστραυρον:quasi meretriculam& scortum:vt in Sudæ collectaneis exponitur:quod a me vel ob id obseruandum fuit:ne tam impudenter quidam depratuare: atq̃ peruertere bonos codices audeant.

De spacio humanæ vitæ: & adnotanda obseruatio de pondere humani cordis: quo modo crescat & decrescat:ex anatomica ægyptiorum obseruatione.

Caput.IX.

DE vita hominis:& qua fine:annorumq̃ spacio censeri debeat:per multi quidem apud veteres tradiderunt: nec illi tantum:qui naturæ vires ac decreta obseruarunt:qua in re cum inter se dissentiant authores: pleriq̃ tamẽ centũ annorum spacium vitæ hominum concedunt:idq̃ ipsum vulgato magis:q̃ itellecto nomine sæculum appellarunt.quod apud nos cũ alii per multi: tũ ipse Censorinus ad Q.Cerellium copiose explicat.sed a Terentio Varrone traditum est ex Dioscoridis authoritate.qui siderum scientiam calluit.ægyptios quidem ipsos (quibus seruandi medicata cadauera cura fuit)subtilia admodum & arguta ratione deprehendisse.quo maxime vitæ spacio ætas hominis extimari debeat.sumpta ex pondere humani cordis cõiectura.itaq̃ affirmarũt idem ægiptii centum omnino annis hominum vitam definiri.q̃ eorum cor.qui fine vlla corporis tabe perierit.hoc ipm declaret. quoniam cum ætate(si expendatur)aucta atq̃ damna referat.Anniculi enim põdere duarum darchmarũ:bini quattuor: & sic in singulis annis vsq̃ ad quinquagesimum binas accedere vt centũ drachmis existat quinquagenarii hominis cor. Ex eo deiñ numero: vnoquoq̃ anno binas detrahi ac minui:quo perspicuũ est: ab anno centesimo ad primam sui ponderis redire:neq̃ longius posse proferri:quod ego tamẽ acutius quidem exist:mo q̃ verius:q̃q̃ in his libris.qui ταριχευτικα prosecuti sunt mira prosus atq̃ incredenda explicentur.quod alicubi & Cluadius Galenus affirmat:sed &.C.Plinius id ipm de hominis corde ad vespasianum Augustum recẽsuit:& si breuiter quidem: cum dixerit creditum fere ab egyptiis:ex defectu humani cordis non vltra centesimũ

annum posse homines viuere:

Quo modo a mathematicis vitæ hominum finis asseratur: ac de ætate Mosis: ex Trebellio Pollione: ac de Xenophilo musico nonnihil.

Caput.X.

QVod in capite superiore diximus de humanæ vitæ spacio: ac hoium legitimo obitu: monuit me veterum authoritas: qui ab ista ægyptiorum sentẽtia prolatis quidem exemplis: longe dissentiant: sed ea tantũmõ referemus: quę Trebellius Pollio ad constantium Imper. scribit in hũc modum. Doctissimi (inquit) mathematicorũ centum viginti annos homini ad viuendum datos iudicãt: neq; amplius cuiq̃ concessum dicunt. Illud etiam adiicientes. Mosem ipsum (vt iudeorum libri testantur) dei familiarem. xxv. ac centum annos vixisse: qui cum ĩ teritum hunc vt immaturum forte quereretur: ferunt illi ab incerto numine responsum: neminem deinceps amplius esse victurum: sed in sacris etiam historiis finem homini veteres tribuunt. xx. annos supra centesimũ: quod & Iosephus ipse. Firmianusq; & alii referunt. q̃q̃ Romani quidem authores de annis ægyptiorũ: eorumq; spacio aliter sentiant: in quo temere ab indoctis Varro incessitur: vt suo loco a nobis expositũ. Inter alios vero cõpluris: qui annos aliquot supra centum vixerint: vnus quidem Xnophilus musicæ disciplinæ peritus: in tota mortalium vita repertus est: qui centum & quinq; annos sine vllo corporis incõmodo vixerit: quod ipse. C. Plinius tradit vir vnus apud latinos (quãtũ equidem iudicio possum consequi) in obseruandis inuestigandisq; naturę archanis diligens & accuratus.

Quantum Publius Vergilius & a. M. Tullio laudatus fuerit: & quo honore ab vniuerso Rom. populo habitus: cum carmen in theatro recitaret.

Caput.XI.

ET in epistolis. M. Tullii ad. T. Põponiũ: & in Seruianis cõmentariis abunde relatum est: quantum. M. Cicero. P. Vergilii ingenio ac versibus detulerit: cũ seipsum continere nequierit: quo minus audiente rom: popu. spem latinæ doctrinæ illum appellarit: nam cum forte Vergilii carmen ex Bucolico poemate Cic. audisset: miratus eruditionem & elegantiam: iterum (vt scribit Seruius) recitari illud voluit: adeoq; traditur in eo audiendo affectus atq; oblectatus: vt aperte de authore Vergilio dixerit: magnę spes altera Romæ: quod hemestichon: poeta mox i sua æneam detorsit his versibus.

Hinc pater æneas Romanæ stirpis origo.
Sidereo flagrans clypeo: & cœlestibus armis.
Et iuxta Ascanius: magnæ spes altera Romæ.

Quin & illud notandũ maxime est: qd a Materno referr: de eodẽ Vergilio: vt a Cor. Tacito scriptum est: tantum enim laudis: tantũ honoris nomini Vergiliano habitũ Romæ est: a Sen. p. q. r. vt recitãti suum carmen in theatro: perinde vniuersus populus assurrexerit: atq; Octauio Augusto Imper. sic enim Tacitus ex Materni persona in libro ad Fabium Iustum: testis inquit Rom. popu. qui auditis in theatro Vergilii versibus surrexit vniuersus: ac præsentẽ spectantẽq; Vergilium veneratus est: sic q̃si Augustum: ex quibus minime mirum est: si & epistolis & carmine Augustus etiam Octauius: totius orbis terrarum Imperator: pub. Vergilio poetarum principi tantũ concesserit.

De Historia. T. Liuii. q; in libros ab authore diuisa fuerit: non in decades: contra aliorum opinionem: tum quibus id authoribus comprobetur.

Caput.XII.

EAsso receptum est: ab doctioribus etiam persuasum: fuisse in decades diuisũ a T. Liuio suum opus de romanorum gestis: quæ singulæ decem voluminibus explicantur. q̃d ipsum de authore Liuio neutiq̃ apd veteres cõperias: Nã & Priscian9 vir diligens: aliiq; grãmatici: sicubi Liuiũ citãt: librorũ numerũ ascribunt neq; decades nominant. Itaq; &. xvi. librũ & xxxiii. &. clxvi. videm9 aduocari ab ãtiqs authoribus: cui sententiæ & Franc. Petracha astipulatur: vt qui asserat in epistola ad Ioannem Boccaccium: ignauia legentium contigisse: vti Liuiani historia sit in decades distributa. In partes (inquit) quas decades vocant: non ipse qui scripsit: sed fastidiosa legentium desidia diuisit. Sed &. L. Florus libros: cxl. eiusdem authoris recenset sublato penitus nomine decadum: cum vniuersam historiam ĩ (epithomẽ: vel vt latine loquar) ĩ breuiarium contraxit: id & Politianus olim ita libere nobis concedebat: vt nostram quoq; diligentiam magnopere cõmendaret in perquirendis atq; examinãdis veterum monumentis.

[redacted]

Caput.XIII.

[redacted]

Scitum responsum Aristippi philosophi. cum rogaretur cur homines doctiores diuitũ domos: atq; principũ frequẽter adeant: minime aũt ad eos diuites.

Caput.XIIII.

DRudenter ac scite responsum est a Cyrenacio Aristippo interroganti Dionysio. quid in causa foret vt philosophi: ac eruditi homines diuitum ædes accederent eorumq; fores ac limina cõtererent: diuitesautem minime id agant. quoniam philosophi (inquit) probe intelligũt: quæ desint diuitibus: & quibus maxie egeant: diuites autem hoc nesciunt: quocirca perelegantet picus noster Mirandula dicebat. nullum se animal videre in omni vita mortalium stultius atq; insolentius: q̃ diuitem hominem: qui bonarum disciplinarum sit imperitus: a studiisq; liberalibus abhorreat: quoniam diuitiæ illę impudicis voluptatibus atq; desidiæ paratæ sunt.

neque in vsum hominum: aut aliquam vitæ vtilitatem erogātur. Itaque minime mirum est: si Alexandrini reges atque cæteri principes tam summis studiis: tamque accurata diligentia doctiorum hominum familiaritates atque sermones conquisierunt: quam rem epistolæ grecorum principum: ac Romanorum abunde indicant: vnde illud peruulgatum σοφοι τυραννοι των σοφων συνουσιαι.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER OCTAVVS.

De Simone Samarite (qui magus dicitur) & quomodo in vrbe pro deo habitus sit: & quo cultu atque honore fuerit: ex Tertulliāi Apologetico: & aliis authoribus.

Caput. I.

[redacted] ac studio [redacted] incumbamus: eorumque lection[redacted] qui græce scripserunt. Origenes: Adamantius, Clemēs, Eusebius Pamphi[redacted] nuncupa[redacted] apud nos [redacted] cri honore donatus: q d in ipso tyberis [redacted] addito etiam hoc titulo: latinis litteris perscripto. SIMONI DEO SANCTO. Nam & eundem omnes prope samaritæ: ac nonnulli ex cæteris populis: perinde ac summū deum & adorant & confitentur. Mitto autem quæ Hieronymus de eodem scribit: ne plura consectari curiosius videar: cum fugisse illum ex vrbe asserat aliaque fecisse prodigiorum insignia. Origenes vero Adamātius ab his videtur dissentire: qui Simonem ipsum dicit: eiusque disciplinam minus celebrem fuisse. ita enim refert contra Celsū Philalethem: voluit & Simon Samareus magus sua arte & commentis non paucos e medio tollere multos enim suis (vt puto) præstigiis fallebat: nunc vero ex omnibus: qui vbique gentium agunt: ne ad. xxx. quidem comperias: qui illum sectētur: & ii prorsus circa palestinam sunt: in reliquis vero orbis terrarum prouinciis: nec Simonis nomen auditum est: cum ipse laudis & gloriæ auidus hoc maxime percuperet. Quod si qua eius

nominis fama extitit: ea quidem ex apostolorum historia innotuit: hæc Adamātius. Sed einm quæ in Egesippi historia de hoc ipso Simone describūtur. minus adhuc recepta sunt: sed conficta omnia: & a vero aliena prudentiores extimarunt: quod aspicient videlicet Imper. Nerone deuolauerit: non enī Lucas hoc antiochenus omisisset: præsertim cum referatur a nostris: eundem quidē precibus apostolorū decidisse. ac iuxta Ariciam crus alterum infregisse.

De ægyptiorum antiquitate: eorumque vrbibus ex Pomponii Commentario: ac de aliis etiam regionibus nonnihil obseruatum.

Caput. II.

TRaditum est in veterum cōmentariis ægyptios quidem populos haberi omnium vetustissimos: tum rerum disciplinarumque complurium fuisse inuentores: ex quo terrarum parens egyptus appellata est: quod & Strabo philosophus: & Appion polyhistor: aliique fatētur. Sed illud in primis memoria dignum ac mirificum putaui: quod a Mella Pomponio scriptum est: de hisdem ægyptiis: in hūc modū. Aegyptii (inquit) homines vetustissimi sunt: trecentos enī &. xxx. reges ante Amasim: ac supra. xiii. millium annorum ætates certis annalibus referunt: mādatūque litteris seruant: dum ægyptii sunt: quater suos cursus vertisse sidera: ac solem bis iam occidisse: vnde nunc oritur: quin &. xx. (inquit) millia vrbium regnāte Amisi habitarunt: tum sua ætate clarissimas dicit: quæ procul a mari sint. Sayn. Memphim. Syenen. Bubastem. Elephantim ac Thebas: quas vel ipse Homerus poetarum maximus centum habere portas testatus est: quod autē in ægypto. x. milia vrbium Mella cōstituit: id ego legentium iudicio extimandum relinquo ne probare illa nunc videar: quæ portenta a plerisque ac prodigia nuncupentur. Nam qui de vrbibus scripserunt: persæpe inter se dissentiunt: quod alias demonstraui: sedem in bactrianis mille vrbes fuerunt: in Italia septingentæ: in Creta. xc. vt a probis authoribus traditur: sed hāc partem de vrbibus secreto opere diis volentibus explicabimus.

De triplici dicendi genere apud veteres: & quo maxime stilo vsi sunt Romani: Hispani & Punici authores ex Mirandulæ sententia.

Caput. III.

VErsatus sum nuper cum Pico Mirādula viro & ingenio magno & doctrina multiplici: cum quo nō dixerim quanta animi voluptate de litteris & honestis disciplinis agamus: veluti cum nuper de antiquis scriptoribus iudicium faceret: adeo vt nihil dici verius aut prudentius posset. Sunt (inquit) apud latinos plura scribendi genera: sunt qui delectent. sunt qui doceant. qui & afficiant. & qui moueant: sunt etiam: qui plura ex his & qui pauciora consequantur: sed enim fuerūt (inquit) non pauci. in quibus Romana: & elegans elocutio: alii rursus veluti municipes & agrestes: quasi sub alio coelo sermonem didicerint. Romani omnes in suo genere pressi: elegantes: & proprii: vt Iulius Cæsar. M. Cicero. Sallustius. Q. Curtius. Liuius: Iunius Collumella: & Cor. Tacitus. Hispani autem florentes: acuti: & qui ad peregrinum inclinēt: sicuti Fab. Quintilianus. Hlyarius. & Anneus Seneca. Suetonium his & Plinios addebat: quod essent in scribendo similes: figurisque & græcis vocibus cupidius ac insolenter vterentur: quod & maxime hispanis ingeniis proprium: Punici & Carthaginenses: duri: audaces: improbi: vt Florens Tertullianus. Apuleius. Ciprianus: & Capella: priores (inquit) Romanum ius seruarūt. ac nulla prorsus vitia in sermone admiserunt: sequentes ab his declinarunt: tertii palam aberrantes: virtuti vitium prætulerūt: de Gallicis inquit Picus ingeniis non loquēdum: vt de Cassiodoro:

Apollinare Fulgientio, qui mithologica lusit: de Enodio item ac cæteris: quorũ commentarii aspiciendi sunt non probandi. Hæc mecum Mirandula in Marciana bibliotheca Florentiæ disseruit.

De falsitate oraculorum: ꝙ ad principum nutum ferebantur exemplo Philippi Macedonis: vt Demosthenes & alii probarunt.

Caput. IIII.

Factus est liber a Plutarcho philosopho de falsitate oraculorum: ꝙ ea videlicet non modo ficta ac falsa forent: sed interdum etiam ridicula: hominumq; cõmentis temere comprobata. Demosthenes autem vir ingenio acri & callido prudenter dicebat: cum fraudes ac deceptiones oraculorum videret. Pythiã quidem suo tempore φιλιππίζειν: ꝙ ea. s. imperio ac nutu Philippi regis a sacerdotibus delphicis promerentur: quæ cum eiusdem animo ac libidine congruerent: in quo facile possumus cognosse: antiquiores illos: præsertimq; doctrinis & prudentia excultos: neutiq̃ istis deceptionibus fidem habuisse. Nam & illud quoq; responsum ex delphico (vt aiunt) de rege Pyrrho.

Aio te Aecida Romanos vincere posse.

Falsum omnino. M. Cicero affirmauit: ad hibitis etiam rationibus cur ita demum referret: primo (inquit) nunq̃ est Apollo latine locutus. Deinde etiam sors hæc græcis quidem inaudita est: sed & Pyrrhi tempore Apollo ipse versus facere desierat. hactenus Cicero. sed em̃ poti⁹ id poeta Ennius pro tempore confinxit: quoniam sit poetis ipsis concessum: non modo fingere aliquid sed mentiri etiam & falsa dicere. Itaq; merito ab eodem cicerone dictum est: aperte quidem conuincitur: cætera omnia delphicarum syncera fuisse. quod itidem a plerisq; philosophorum copiose scim⁹ assertum: vt diligenter et Pamphilus Eusebius ad episcopum Theodorum demonstrat.

Annei Senecæ locus in epistolis expositus de meta sudante in vrbe Roma ac de Pub. Victore qui de regionibus vrbis scripsit.

Caput. V.

In epistolis Annei Senecæ ad Lucilium verba hæc sunt: esse das transcurrẽtes pono: & fabrum inquilinum: & ferrariũ vicinum: aut hunc qui ad metã sudantem tubas experitur & tibias: neq; cantat sed exclamat: quo loco quid inteligamus metam sudantem: viri olim doctiores quæsierunt: sed nihil tum innuẽtum est aut prolatum: qd hoc ipsum satis exponeret. Sciendum autem locum ipsum in romana vrbe fuisse: ita ex re appellatum: nam metæ quidem in vrbe & metulæ (vt grãmatici probant) lapides erant: quasi coni extantes (ita em̃ græce possunt appellari) quoniam meta est: perinde ac turbo inuersus: cuiusmodi effigies adhuc in compitis spectantur: quæ ad instar cylindri prope modum sunt. Erat autem locus hic: quem metam sudantem Seneca vocat in regione vrbis quarta: in qua Templum pacis. Saburra itidem. Sandalarium. & horrea castanearia: sicuti a Pub. Victore traditum est: qui in. xix. vrbis regionibus ea prope omnia refert: quæ scitu digna & memoria visentur: & si magis hæc ipsa Victor nominat q̃ explicat: sic vt breuiarium Rom. vrbis & q̃si locorum περιοχη videatur: quod & Bet. noster Oricellarius putat. q Pub. ip̃m non mõ assidua obseruatiõe expõit: sed vrbis toti⁹ ambitũ: situ: magnitudinẽ: ac partes pari diligentia & studio exequitur: collectis fere his omnibus: quæ ad hoc absoluendum pertinerent.

De Milonis Crothoniensis robore ex Pausania: ac de Maximino & Firmo Romanis Imperatoribus: quo robore & qua forma fuerint.

Caput. VI.

Compluta passim leguntur in antiquorũ monumentis de Milone crothoniensi: & eius clarissimis gestis & robore: sed apud vnũ tñ Pausaniam ea referunt̃ in heliacis: quæ mirificã sane peneq; pdigiosam viri fortitudinem arguãt: qd ego subiiciendum putaui. Is igitur Milo ex oppido Crothone fuit. & in athletica prestitit ita malum punicum tenebat: vt nemo ille manu extorqueret: aut digitum cõtingeret: cũ is tñ nullibi malũ lederet. idẽ disco vncto insidens: a nullo distrahi poterat: vñ & C. Plinius inquit: ꝙ is cũ semel cõstitisset: nemo eũ euestigio educebat: sed & chordam fronti veluti coronã alligãs. retento spũ: venis plenis firmabat. Itaq; Maximinum Cæs. Augu. (qtrhax fuit) Milonẽ crothoniatẽ vulgo appellarũt: ꝙ is manibus amaxas traheret: thedam onustã ppelleret. aliaq; supra fidẽ pmulta efficeret: de quibus & Iunius Cordus: & Capitolinus scripserũt. Firm⁹ vero (quẽ Cęs. Aurelian⁹ latronẽ egyptiũ vocabat) vt Vopiscus tradit ad Bassum: statura fuit ingenti: oculis promicantibus: capillo crispo: frõte vulnerata: vultu fusco: reliquũ corp⁹ pilosus & hispidus: ita vt cyclops vulgo diceret: robore sic insignis atq; egregius: vt triariũ vinceret: mã & incudẽ pectori suppositã tundentibus aliis constanter ptulit: cũ ipse resupinus & in manus curatus pendere potius: q̃ iacere videretur.

De his qui fœcundiores fuerint ad prolem procreandam: ac Proculi Augu. verba de ingenti eiusdem libidine.

Caput. vii.

Multum est quod ab antiquis tradit̃ de quorundam multiplici & numerosa sobole: in quorum numero etiam reponitur Artaxerxes ille persarũ rex: Is em̃. cxv. filios habuit: ex quibus quinquaginta in eius necem cõspirantes eum occiderunt vt minus id ferendũ videat̃: cum ex tanto numero: nullus (vt inquit Trogus) repertus sit: quẽ a tã impio ac nefando scelere patris maiestas: aut pietas reuocarit. Quin & Eutyche. xxx. quidem peperit filios: sicuti a veteribus scriptum est. Nam Gneus Põpeius in theatri ornamentis: cum mirabiles rerum hominumq; effigies poneret Eutyches simulacrum constituit: Hæc enim a xx. libetis in Rogum est illata: sicuti. C. Plini⁹ ad Vespasianum Augustum refert: Proculus autem Cęs. cẽtum sarmathas virgines (quæ in bello captæ sunt) intra dies. xv (vt ipse gloriabatur) grauidas reddidit: adeo libidini atq; nequitię deditus fuit: quod Etiã Flauius vopiscus detestatur: sed apponam verba eiusdem Proculi Imperat: ad Metianum: cẽtum (inquit) ex sarmathia virgines cepi: ex his vna nocte decem initui: omnes tamen: quod in me erat: intra dies. xv. mulieres reddidi:

De xii. Romanis Diis: & eorum nominibus: qui singulis mensibus apud veteres põnerentur ex antiquo marmore: ac Ennii carmen additum.

Caput. viii.

Incidi nuper in monumenta quædam romanæ vetustatis: in quibus & ratio & ordo romani anni depræhenditur: quibus videlicet feriis: aut etiam diis sacra essent peragenda. Sed quod imprimis me tenuit: repertum ibidem est: singulis quidem mensibus suos quasi deos: ac numina assignari: in quorum tutelam referrentur: ex quo persæpe etiam legit̃. xii. diis aras fuisse in vrbe constructas: qd alibi copiose disseruí: nunc vero eum subiiciam ordinem: qualis in his fastorum monimentis repetit̃: quę vel Põponius lętus vir atiquitatis studiosus ad Laurentiũ Medicẽ Florẽtiã misit: Ianuari⁹ in tutela Iunõis: Februarius: Neptuni: Martius: Minerue: Aprilis Veneris

Maius Apollinis: Iunius Mercurii: Iulius Iouis: Augustus Cereris: September Vulca=
ni: October Martis: Nouember Dianæ: December Vestæ: Quæ obseruatio ad eorum
quoq; commentarios pertinet: qui fastorum & annalium historiam explicant. Q. vero
Ennius poeta disticho etiã nobili. xii. deos cõplexus ẽ: quos alii patrios & penat es Var
ro vrbanos appellat: quorũ imagines ad forum (vt inquit) dicatę viserentur: vi. mares
& fœminę totidem: vt a Capella Martiano &. L. Apuleio refertur.

Iuno: Vesta: Minerua: Ceresq;: Diana: Venus Mars:
Mercurius: Iouis: Neptunus: Vulcanus: Apollo.

Veterum poetarum carmen relatum contra Chaldęos: & ariolos: & qua ratione minime sit illis adhibenda fides: ex sententia philosophi Phauorini.

Caput. IX.

Libitum mihi in otio agenti veterum poet arũ carmen referre: contra diuinacu
culos & ariolos istos: qui & Chaldæi a Romanis: & Planetarii vocantur: vt in
telligamus fuisse istiusmodi homines ab antiquis maxime derisos atq; explo=
sos subiiciã vero senarios aliquot ex Accii: Ennii: & Pacuuii fabulis: cum quia venusti
admodum & elegantes sunt: tum ꝙ in his alicubi deprauatę voces: ac perperam collo
catę sensum deturbant: vt non cuiusq; sit eorum elegantias ac festiuitates percipere: ni
si paulo attentius perlegantur: In libris igitur. M. Ciceronis (qui de diuinatione inscri=
buntur) Pacuuianum hoc ex tragœdia Chrisyppo inuenies.

Nam istos: qui linguam auium intelligunt.
Plusq; ex alieno iecore sapiunt q̃ suo.
Magis audiendum: q̃ auscultandum censeo.

Qui & ipse. Q. Ennius: vt apud eundem Ciceronẽ: sic eorũ improbitatẽ detexit.

Qui sibi semitam non sapiunt: alteri monstrant viam:
Quibus diuitias pollicentur: ab his drachmam ipsi petunt:
De his diuitiis sibi deducant drachmam: reddant cætera.

Neq; minus elegãter Accius poeta in scribendis tragœdiis summꝰ: vt in atticis legit.

Nihil (inquit) credo auguribus qui aures verbis diuitant
Alienas: suas vt auro locupletent domos.

Etenim Phauorinꝰ philosophus. qui Pyrroniorum libros pluris composuit: cõtra istos
quidem Chaldęos: in hũc modum lepide concludebat: aut aduersa (inquit) euentura
dicũt aut prospera: si prospera & fallunt: miser fias frustra expectãdo: si aduersa dicant
& mentiantur: miser fias frustra timendo: si vera respondent: eaq; sunt non prospera: iã
inde ex animo miser fies: ante q̃ e fato fias: si fœlicia promittũt: eaq; ventura sunt: tum
plane duo erũt incommoda: & expectatio te spei suspẽsum fatigabit: & futurum gau=
dii fructum spes tibi iam deflorauerit: nullo igitur pacto vtẽdum esse dicebat istiusmo
di hominibus: qui vanis præstigiis ac sycophantiis imponunt atq; decipiunt: quos eti
am Gellius vir graui consilio in rebus humanis eruscatores improbos: & sycophantas
appellat: ex quo lycus ille Plautinus in Pœnulo comœdia q̃ lepidissime inquit.

Heu heu q̃ ego habui ariolos haruspices:
Qui si quid boni promittunt: pro spisso euenit.
Id quod mali promittunt: pręsentarium est.

De crimine Scopelismi in Arabia: & locus apud iureconsultos emẽdatus: ac leges item contra eos: qui limites ac terminos extrahunt.

Caput. X.

IN libris digestorũ: seu pandectarũ verba hæc Vulpiani sunt: in quibus men=
tio habet criminis: qd in Arabia prouincia Scopelismus vocitat: sed hoc ipm
verbum ex codicibus istis vulgatioribꝰ sublatũ est: ac pro eo etiã: qd est minꝰ
ferendũ: adulterinã quoq; vocẽ supposuerũt: ita vt spaciũ interdictũ inseruerint: ratio
ne tã inepta q̃ impudenti: sed libitũ est locũ hũc restituere: ne quantũ in me sit: nostris
iurecõsultis nõ satisfaciã: q̃q̃ sunt adeo quidã a bonis litteris alieni: adeo litteratis om
nibus male affecti: vt si q maiorẽ elegãtiã ꝓfitẽtur in romanis disciplinis: ingenioq; nõ
vulgari sunt: insectant eos: atq; dictis cõtumacibus accusent: sed nos eorũ (qd ait Plã=
cus) oratiões ꝑterfluere sinemus: neq; eñ tales sunt: vt in professione hac meliorũ lit=
terarũ admodũ ꝓfecerint: itaq; si quãdo ĩ aciẽ veniũt: aut tumultuant qdẽ: aut relicto
ꝑsidio fugã capessunt. Verũ de his alias: in pandectis igitur illis archetypis (quæ florẽ=
tię asseruãtur in palatina curia) sic legitur. Sunt quędam: quæ more prouinciarum co
ercitionem solent admittere: vt puta in prouincia Arabia σκοπελισμον crimen ap=
pellant: cuius rei admissum tale est: pleriq; inimicorum solent prędium inimici σκοπε
λιζειν. id est lapides ponere: indicio futuros ꝙ is: qui eum agrum coluisset. malo letho
periturus esset: insidiis eorum qui scopulos posuissent: quę res tantum habet timoris:
vt nemo ad eum agrum accedere auderet: crudelitatem timens eorum qui scopelismũ
fecerint: hanc rem pręsides exequi solent grauiter vsq; ad pœnam capitis: quia & ipsa
res mortem comminatur. Sed enim romani quoq; illi vetustiores (quos Ennius poeta
cascos appellauit) acerrimis pœnis contra eos vindicabant: qui agrorum fines ac ter=
minos exemissent: aut loco mutassent: quod imprimis Numæ regis instituta & leges
probant: in quibus vir egregie prudens statuit: licere omnibus tanq̃ sacrilegum eum
ocidere: qui violare ius termini ausus esset: quod & Dionysius alicarnasseus in histo=
ria Rom. antiquitatis copiose explicat: vnde etiã versus ex antiquis legibus.

Qui secus faxit: & terminum exarassit.
Ipsus & boues sacri sunto.

De authoritate maxima imperii Romani: & epistola Belsolis regis ascripta de Valeriano Cęs. Augusto. capto. Caput. xi.

HAud alienum mihi visum est: si ex Belsolis regis epistola exponamus: q̃ san=
cta olim: q̃q; inuiolabilis Rom. imperii dignitas censeretur: apud exteros
etiam principes: cum capto Cæsa. Valeriano: Romanum tamen nomen: ma
ximis regibus & venerationi: ęque & terrori fuerit: probant hoc ipsum. cum alia com=
plura: quę in veterum historiis continentur: tum illud quod est Belsolis regis epistola
de Valeriano Imperatore quem Sapor persarum rex: tum forte pro victoriæ iure inter
captiuos retinebat: sed ascribemꝰ epistolam ipsam in Belsolis: vt apud Trebellium pol
lionem habetur: ĩ libro ad Imperatorem. Constantinum. Belsolis Rex regum Sapori re
gi. S. Si scirem posse Romanos aliquando penitus vinci: plurimum tibi gratularer de
victoria quam proferres: sed quia vel fato: vel virtute gens illa plurimum potest. vide
ne ꝙ senem Imperatorem cepisti: & id quidem fraude: male tibi cedat. Illud præterea
cogita: quantas gentes Romani & ex tuis hostibus suas fecerint: a quibus sæpe victi
sunt: audiuimus certe ꝙ Galli eos vicerunt: & ingentem illam vrbem incẽderunt: cer=
te Galli Romanis seruiunt: quid Aphri? eos nonne vicerunt? certe seruiunt Romanis
De longioribus exemplis & fortasse remotioribus nihil dico: Mithridates ponticus to=
tam Asiam tenuit: certe victus est: certe Asia Romanorum est: si meum consiliũ reqris
vtere occasiõe pacis: & Valerianũ suis redde. Ego gratulor fœlicitati tuæ: si tñ illa vti
tu scias: quin & Arthabesdis lĩę extant regis Armeniorum: in quibus Rom. quoq; Im=

periũ:sic visus est defendere:vt imperatorẽ Valerianũ a Sapore captũ liberius repeteret:ita.n.in extrema epistola scriptum est:vnũ cepisti senem & omnes gentes orbis terrarũ infestissimas tibi fecisti. Ad hunc propemodũ & rex Cadusiorũ ad Saporem scripsit:vt apertissime constare possit:q̃ summa in veneratione:vbiq̃ gentiũ haberetur Romana illa maiestas:vel in maximis rerum atq̃ fortunæ periculis.

De Fulminitis:& Fulguritis arboribus:ac de loue fulguratore:& tonitruali in libris aruspicum:aliaq̃ ibidem addita de fulminibus.

Caput.XII.

EVlminitæ:& fulguritæ arbores in aruspicũ libris appellatæ sunt:q̃ essent fulmine ictæ.quo circa fulminitum(inquit festus)eum locũ dixerũt:qui religione sacer haberetur.quoniam dicasse illũ Iupiter fulminator sibi videatur. Ad hęc enim loca hi accedebant:quibusdam sacris adhibitis:qui fulguratores:hoc est fulminum procuratores vocabantur.Hinc illud in Satyris Persianis

Triste iaces lucis:euitandumq̃ bidental.

De his vero sacris:quę ad arbores fulguritas fierent:r. õ nihil cõperias in Festi cõmentariis:sed & citanť a nostris grãmaticis liberi de fulguritis arboribus:qui cũ Martiis atq̃ Sybillinis seruatenť in templo apollinis. De loue autẽ fulminatore & fulguratore(vt alia mittamus)sic.L.Apuleius in libro de mũdo ad Faustinũ:cũ sit vnus deus:idemq̃ numẽ pluribus quidẽ nominibus ꝓpter specierũ multitudinẽ:quarũ diuersitate fit multiformis:nã a iuuãdo Iupiter dicitur:quẽ ζηνα graeci(q̃ vitę nostræ author sit)rectissime appellãt.Idẽ fulgurator & tonitrualis:& fulminator:ac serenator dicitur:plures frugiferũ vocant:multi vrbis custodẽ:alii hospitalem:amicalẽq̃:vt apud aruspices & romanos veteres inuenies:ex his facile intelligiť:fuisse in ethruscorũ cõmentariis fulguratorẽ Iouẽ ac tonitrualem celebratum:vt alibi diximus.C.quoq̃ Plynius vir in cõsiderandis atq̃ cognoscendis naturæ viribus pręcipue accuratus:Vulnera tradit fulminitorum frigidiora esse reliquo corpore:& apud Romanos religiõe cautum fuisse:vti cadauera fulmine icta humo iniecta conderentur:q̃ ea cremari nefas haberetur.

Quæ sit lex annaria in veterũ scriptis:& qd hoc verbum æuitas significet in.xii. tabulis. Caput.XIII.

LEgem annalem & annariam veteres idcirco appellarunt:q̃ ea cautũ foret de ęuitate:ac de annis:hoc est:qua ętate:quibus temporibus capiendi magistratus:atq̃ habendi potestas foret:qualis illa traditur de senatoribus vt ab omni senatus munere vacarent:qui annũ vitę sexagesimũ absoluissent.Item de militibus:ne supra quinquagesimũ annũ militię sacramento tenerentur:sic eñ apud iureconsultos habetur:de hac lege annaria & in collectaneis Sex.Pompeii mentio habeť.In capiendis vero magistratibus decenniũ ex lege interpositũ erat:ne cuiq̃ eadem dignitas traderetur:siquidem ad hunc modum in antiquissimis legibus seruatum est.

Aeuitatem annali lege seruãto.

Eundem magistratũ ni interfuerint.x.anni:ne quis capito.

Vocabulum hoc(quod est ęuitas)pro senio exponendum est:cũ iam prouectiores homines sunt:& quasi capulares:vt verbo(vtamur Plautino).Est autẽ ex.xii.tabulis acceptum:vt in ea lege continetur:quia de iumento:& arcera agebatur.

Si in ius vocat(inquit)si morbus ęuitasve vitium est.

Qui in ius vocassit:iumentũ dato: Si volet arceram insternito:

De qua lege plura disseruit Sex.Cecilius iureconsultus:qui Hadriani ætate vixit in summa nominis celebritate.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER NONVS.

De Magia Dardani:eiusq̃ libris e sepulchro a Democrito erutis:ac de græcis philosophis:qui ad ęgyptios pertexerunt.

Caput.I.

NOtum est regẽ Numã(q̃ leges Romanis cõdidit)libros.xii.scripsisse:partim grece(vt traditť)partim latine:in quibus pythagorica sacra & pontificalia cõtinent:eosq̃ voluisse in monumẽto etiam suo recondi:ne in vulgus(credo).& propalã:quæ arcana & sacra erant deuenirẽt: qua in re Pythagoræ secutus est disciplinã:quę profanũ vulgus lõge arceret:sed exẽplo simile relatũ de Dardano est:qui cũ egregie in magicis artibus pręstaret:libros a se cõscriptos in sepulchro fertur constituisse:quos Abderites Democritus:vir sagacis ingenii in pscrutãdis naturę viribus: diligẽtissime requisiuit:tũ commentariis editis illustrauit:disciplinãq̃ ex illis reconditam:atq̃ multiplicẽ accepit:qd & .C.Plinius ad Cęs.Vespasianũ testať.Nemo eñ ignorat grę cos aliquot ipsos etiã ægyptios adiisse:vt magicã ediscerent:in quorũ numero eadem prope ætate fuerunt agrigentinus Empedocles:Democritus:& Pythagoras:qd & Pãphilus Eusebius:Philostratus:& Diodorus:aliiq̃ permulti referũt:susceptis verius(vt ait Plinius)exiliis q̃ peregrinãtibus.Sed hoc multo copiosius in epistolicis scripsimus.

De Bonoso Impe.& eius vinolẽtia:ac ioculare dictũ in eius obitu pendere amphoram:tum de lege symposiaca in potationibus.

Caput.II.

AVreliani Impe.dictũ de Bonoso celebrať:natũ fuisse illũ nõ vt viuat:sed vt bibat:hic igitur Bonosus cũ romanorũ dignitas in dies magis amitteretur:Imperatoris nomen occupauit:sed cũ bello superatus foret a Probo:se ipsum laqueo suspendit.Erat autem bonosus ex eo genere hominũ:qui inter pocula:& potationes vitam consumũt:siquidem potator fuit egregius:ex quo in eius obitu ioculare dictũ inualuit:amphoram pẽdere nõ hominem:q̃ instar amphorę pensilis pręvino videretur:qd affatim ingurgitauerat:Onesius tamen græcus author:eundẽ tradit Bonosum vel in vino fuisse prudentiorem:tãetsi bibendi modũ longe excederet:quod & Flauius Vopiscus recenset.Lex autẽ Symposiaca de hauriendis poculis hęc est(vt obiter hoc addať)sicuti a veteribus definitum:vt prima videlicet cratera faciat ad sitim:secũda ad hilaritatem:tertia ad ebrietatem:quarta ad insaniam:ne quis forte modũ aut rationem in bibendo prætereat:cũ ipso quidẽ vino sapiẽtia(veteri prouerbio) obumbretur.Nam & quaternario numero Democritus physicus Abderites abstinendum censebat:condito volumine de hoc:non esse quaternos cyathos vel sextarios potandos.Vnde illud forte Ausonianũ ex Flacci sententia.

Terbibe vel toties ternos:si mystica lex est.

Vel tria potanti:vel ter tria multiplicanti.

De diis regionum atq̃ vrbium: quibusq̃ nominibus appellarentur:ex Tertulliano:Origene:& aliis authoribus.

Caput.III.

NOn defuerũt apud Romanos.qui de diis ac diuinitate permulta solerti animo conquisierint:ac editis etiam commentariis explicarint: In quibus cum

primis celebres sunt: Nigidius Figulus: Var. Terentius: & Val. Soranus: & qui in pontificio iure ac philosophię decretis maxime incubuerunt: quod Augustinus & Hieronymus abūde affirmant. Nos vero eam nunc partem de diis diximus referendam: quę in quaqꝫ regione atqꝫ viribus & oppidis proprios lares ac deos assignat. Putarūt enim veteres (vt est author L. Apuleius) suis regionibus deos ascribendos: qui Fanis: & cerimoniis possent admitti: vt in Bœotia Amphiaraus. in Aphrica Mopsus: in Aegypto Osiris. Et vbiqꝫ Aesculapius: sed hęc multo copiosius a Diodoro: & Macrobio exponūtur. Origenes autem Adamātius in commentariis contra Celsum: minime (inquit) iniquum est suum quemqꝫ numen legitime colere: etsi pluribus inter se ritibus & cerimoniis differunt. Nam æthiopum populi (qui Meroem habitant) Iouem duntaxat (inquit) & Bacchum colunt: Vraniam Arabes & Bacchum: Osirim ægyptii omnes & Isidem: Mineruam Saytę: Naucratitę vero ex ritu vetustiore Serapin suum nomen cœperunt nūcupare. quod etiam pluribus a Tertulliano explicatur: viro (vt apparet) in quaqꝫ doctrina excellenti: eo maxime loco: quo de veterum diis atqꝫ numinibus historiam refert. Vnicuiqꝫ (inquit) prouincię & ciuitati suus deus est: vt Syrię Astartes vt Arabię Diasares: vt Norici Tibilenus: vt Aphricæ Cœlestus: vt Mauritanię sui Reguli: Dein vero & in Italia (inquit) municipali: consecratione: alii censentur dii: Crustuminensium Deluentinus: Narniensium Viridianus: Aesculanorū Ancharia: Vosinēsium Norcia: Ocriculanorum Valentia: Suttinorum Murcia: Phaliscorum Curis in honore patris: vnde accepit cognomen Iuno. Qua in re non minorem superstitionem arguūt q̃ falsam ineptamqꝫ improbitatem. Sed hęc satis: nolo enim ea repetere: quę alibi commodius explicaui.

Anacreontis carmen ascriptum q̃ venustissimum de poculo: & in latinos numeros conuersum: quod apud Gellium deprauatum est

Caput. III.

CElebratur maxime inter græcorum delitias Anacreontis poetę carmen: vt venustū: elegans: & plepidū: quo eroticos exprimit cuiusmodi poculū fieri sibi expetat: vt in eo videlicet nō armatos duces: nō cœli signa: Pleiades vel Bootem requirat: sed Veneres: sed amores: sed racemos: & Bacchū: est autem hoc prorsus.

ου μοι μελει γυγαο
τωμ σαρδιωμ αμακτος.
ουθε αιρεει με χρυσος.
ου δε φθομω τυραγμοις.
εμοι μελει μυροισι
καταβρεχειν υπηνημ.
εμοι μελει ροδοισι
καταστεφειν καρηνα.
το σημερομ μελει μοι.
το δε αυριον τις οιδε.
τομ αργυρομ τορευσας
ηφαιστε μοι ποιησον.
ποτηριομ δε κοιλον
οσον δυνη βαθυνομ.
ποιει δε μοι κατ αυτοιμ
μηδε αστρα μηδε αμαξα.
μη στυγνον ωριωνα.
αμα αμπελους χλοωσας.
και βοτρυας γελωντας
συν τω καλω λυαιω.

Quod ego propterea putaui referendū: vt facilius emendari possit in Gellianis noctibus quo loco romanas veneres cū græcorū delitiis commisit: ibi enim deprauatū id carmen: atqꝫ improbe violatū est: nos olim Anacreonteum id pro arbitrio nostro expræssimus his numeris quales vulgo leguntur Iaberiani.

Mon mi cupio aurum: non diuites diuitias:
Non sceptra cura minitantium principium.
Nil ad me triumphantes cum decoris fascibus.

Nil instructæ actes armis præfulgentibus.
Mihi est viuendum teneris in amoribus.
Mi sunt delitiæ: & suaue olentia suauia.
Viuamus hodie: viuamus dum licet.
Lætiqꝫ carpamus quicquid id est boni.
Libet nunc crines liquidis perfundere odoribus:
Interqꝫ iocos agere & lepidas veneres.
Quin tu age Vulcane potens: mulciber ignee
Excude mi amplum: insigne argenteum cymbium.
Inqꝫ eo non mi astra: non bootem: non pliadas.
Non martem ferreum: non cruenta prælia.
Quid cum sideribus: cum marte: cum bellis mihi?
Sed intus cude bromium vino madidum.
Vitesqꝫ molleis: & frondentes palmites:
Racemosqꝫ: & fluentes virides hederas:
Amoremqꝫ spirantem calores vndiqꝫ.

De magia Aegyptiorum: & qui in ea præstiterunt: ac de .xxxvi. dæmonibus & qua potestate polleant.

Caput. V.

DE magia: quæ apud Aegyptios populos celebrata sit. permulti apud veteres scripserūt: nam & græcorum qdam ad eam perdiscendam illuc enauigarūt: quo facilius atqꝫ copiosi⁹ de ea referrēt. Nec. n. latet eiusmodi fuisse hāc disciplinam vti dęmonum viribus: & qbusdam velut incantationibus miracula fere ac prodigia efficerent: quod ex veterum cōmentariis intelligitur. Eius autē originem C. Plynius ad Mosam & Iatopelam retulit in qua (vt traditur) Salomon. Dositheus Simon Samare⁹: Theudas. Etham. Calgales. Dardanus. aliiqꝫ cōplures præstiterūt Ex græcis. Hostanes. Damigeron. Pytagoras. Democritus. Apollonius. Ex his commentarios qdam fecerūt: quo hanc partem plenius excolerent: atqꝫ humano corpori medelas deferrēt. quod ipsi magices authores certis geniis ac dæmonibus assignant sicuti Celsus Aphricanus in his libris testatus est: quos infando titulo cōtra Christū cōposuit. Aegyptii inquit ipi: qui magicen maxime coluerūt: tradunt humanū corpus per. vi. &. xxx. dæmones curari: ex qbus alius dæmon aliam sibi partem & portionem suscipit: eiusqꝫ tutelæ se dedicat. Quin & eorum nomina patria voce appellant quibus inuocationibus vitiatas corporis partes ad sanitatem referre soleant. Sed hanc partem & Porphirius copiose explicauit: qui ægyptios quoqꝫ cycophantas atqꝫ præstigiatores vocitat. De Salomone aūt: vt idē credatur facit in primis Iosephi authoritas: qui & Iudæorum vernaculus. & in omnia antiquitate cōsideranda diligēter accuratus fuit. Is enim eundem scribit Salomonem nō modo rerū omnium atqꝫ animātium naturam ac vires calluisse: sed eam præterea scientiam: quæ ad potestatem dæmonum atqꝫ incātationes pertineat. qbus inquit hominum morbi: & ægritudines leniri atqꝫ curari soleāt. In hac vero magica & anulum adhiberi & pelues: aliaq; sacra idē Iosephus author est: in qua iudæum quoqꝫ Eleazarum dicit maxime celebrem fuisse Vespasianis Augustis imperantibus.

Non esse viri prudentis in humanis confidere: & exemplum nobile de iniquissima fortuna Bellisarii ducis.

Caput. VI.

SErmo nuper habitus est a viris prudentioribus de fortunæ potestate & viribus: quæ pro libidine omnia humana agit ac versat. sed inter alia multa exempla de Bellisario duce maximo prolatũ est: quod eqdem non putaui prætermittẽdum. cũ ætate quoq; nostra (in qua totius Italiæ principes variis passim cladibus agitantur) paria quædam prope aspiciamus. Bellisarius igitur (vt a Procopio & aliis relatum est) vir quidem gestis & animo maximus: sæpius victor ac triumphator fuit: qui Iustiniani Augusti imperiũ suis auspiciis firmauit. Vandalos populos deleuit: de Persis triumphauit. Italiãq; & vrbem Romã a barbaris & crudelissima cedæ non semel liberauit: tandem vero post multas victorias, ac peractos triumphos cæcatus ab imperatore fuit: eidẽq; oculi crudeliter exempti. neq; ob aliam causam: q̃ propter liuoris improbitatem: qui velut ignis alta semper & ardua petit. cui vt ad plenũ satisfaceret in tam graui: tanq; iniqua fortuna oppressus: tuguriolum sibi propter viam constituti fecit: in quo nũmulos ad victum quæritans: vitæ reliquũ transigeret: dictans hoc sub inde pretereuntibus. Viator concede obolum Bellisario: quem liuor non error cæcauit. adeo nihil in humanis melius: q̃ nihil boni sperate quod illa etiam pergẽ nobilis Sidonii acclamatio commonet de misera mortalium conditione. O ne cessitas abiecta nascendi: viuendi misera: durissima moriendi: sed hoc alibi de Bellisario commodius diximus.

De multiplici causa terræmotus: & Neptuni potestate: tum de terræmotu maximo: qui Tiberio imperante in Asia euenerit.

Caput. VII.

NOn pauci apud veteres græcos celebrãtur: qui de motu terrarũ & causis copiose scripserũt neq; philosophi minus: q̃ historiæ authores: sicuti apud nos etiã. C. Plinius. An. Seneca. & Marcellinus: neq; dubiũ reliqrunt: varias dici causas: vnde istiusmodi terrarum motus nascantur: nam Chaldæi qdem & Babilonii totum hoc sideribus assignant. Philosophi aũt pleriq; flatibus & aquis: q; hæc visceribus terræ inclusa dum nitãtur prorũpere motus istos & hiatus generent: ex quo Neptunum quoq; ipsum græcorũ vetustissimi ennosigæum & sisicthona appellarũt: nam & Probus Valerius authoritate. M. Varronis tris præcipue causas probat: quibus terræ tremores eueniant. Aiunt enim ventis in terræ visceribus occlusis: exitũq; requirentibus fundamenta concuti: & his labefactis superiora cõtremere: aut etiã ex igne: quem terræ inesse: mons æthna: & alii testantur: exusta. n. occidunt: nec sine sonitu & tremore subsidunt. tertio ex aquis: quæ quodcunq; sustinent: delabi sensim in liquorem: & ingentibus ruinis terra consumpta lacus maximos fieri. quod & Claudius Galenus (vt alios mittam) in libro de historia philosophi prosequitur. Sed quod in Asia Imperante Tiberio Augusto accidit. mirandum pfecto ac pœne incredendũ videtur: siquidem terræmotu facto. xiii. vrbes corruerũt: quorũ nomina subiiciem; sicuti etiã in annalibus Pamphili Eusebii notatũ est: quos diuus Hieronym; vt alia multa: in sermonem latinum conuertit: sunt igitur hæ. Magnesia. Ephesus: Sardis. Mohpene. Megara. Cæsarea. Philadelphia. Hymolus. Themis. Cyme. Myrrhina. Appollonia. Dicearchia. Quod etiam ob id referẽdum fuit quoniam &. C. Plini; maximus ingt terræ memoria moralium extitit motus. Tiberii Cæsaris principatu. xiii. vrbibus asiæ vna nocte prostratis.

Historia de Leænæ meretricis cõstantia in tormentis: ac Tertulliani verba exposita. tum de Theodoro etiam: q̃ firmo & cõstanti animo fuerit.

Caput. VIII.

VErba Florentis Tertulliani sunt: in libro: qui apologeticus cõtra gẽtiles inscribitur. Ecce inquit & tormẽtorum certamina a vobis coronantur: attica meretrix: carnifice iam fatigato postremo linguam suam in faciem sæuientis tyrãni expuit: vt expueret & vocem: ne coniuratos confiteri posset. si etiã victa voluisset. In quibus historia latenter notatur de Leæna meretrice. & Hypparcho athenienſiũ tyrannidem occupatũt: sicuti relatum ab Eusebio in annalibus: ex quo Harmodi; & Aristogyton: aliiq; cõplures facta cõspiratione Hypparchũ interemerunt: Leæna autem meretrix cum foret illis beniuolentiæ officio maxime cõiuncta: capta est: ac multis variisq; tormẽtis vexata: vt conscios atq; cõiuratores proderet: sed illa vt actis animi linguã mordicus amputauit: & in Hyppiæ tyranni faciem inspuit: quod &. C. Plynius (vt alios mittam) inter memoranda patientiæ exempla rettulit. In fœminis inquit: Leæna meretrix [redacted] das minime indicauit. In viris aũt [redacted] prope ratione cum torqueretur: præcissam dentibus linguam in tyrannos expuit. De Theodoro viro grauissimo: eiusq; mirifica cõstantia noti; ẽ: q̃ vt referri oporteat: qui carnifici traditus discidit verbera: fidiculas laxauit: soluit eculeum. laminas extinxit. priusq̃ efficeretur: vt conscios tyrannicidii indicaret. quod a Maximo etiam Valerio in exemplis veterum scriptum est.

De Leone Imper. qui edicto cauit: vt omnes imagines e templis ac basilicis Christianorum delerentur: & epistola Valentis & Theodosii augustorum de eadem re apposita

Caput. IX.

RElatum est in veterum annalibus de Leonis Augusti imperio. & eius moribus: q; is Theodosio impe. defuncto in Bizantio vrbe (quæ Constantinopolis dicitur) factus imperator edicto cauit vt omẽs qdem sanctorum imagines: quæ in christianorum fanis ac templis forent: abolerentur: ex quo Romani põtifices: aliarũq; ecclesiarum præfecti acerrime restiterunt: necubi (præterq̃ in vrbe Bizãtio) tantum facinus cõmitteretur. Quoniã sæuissimis pœnis eos homines Imperator afficiebat: qui tale edictum cõtempsissent. Itaq; omnes tunc imagines [redacted] quæ in sacris Bizantii templis spectarentur: cõcrematæ sunt. [redacted]

De Hierophantis Athenienſiũ ad sorbitionem cicutæ: ac de Romanis sacerdotibus. Flaminibus: & Pontificibus. Caput. X.

SCriptum est a Hieronymo sacerdotes illos Atheniensium. qui græce hierophantæ appellantur quo castius in sacris agerent: diuinisq; rebus incumberent: consueuisse sorbitione cicutæ se ipsos castrari. Vbi vero ad Pontiifcis dignitatem fuerant electi. viri esse desinebãt: nequid in eis foret: aut ad voluptatem: aut ad turpiorem libidinem: quæ res ad ipa etiã constantinorum Augu. tempora (vt authores consentiũt) durabat: nã & idem refert Hieronymus de Romana religione: nullum qdem sacerdotem apud Romanos fuisse bigamũ: nullũq; flaminem bimaritum pontifices aũt viros & nobilissimos & sanctissimos: quorum præcipua hæc cura et studiũ fuit: diligẽter attendere: ne qd cõtra mores & religionis cultũ fieret: itaq; sic in pontificalibus scriptum.

Ex patriis ritubus colunto optima.

Incestum Pontifices. supremo supplicio sanciunto.

[redacted]

Q; egregia singulariq; doctrina præstiterit Mercurius ægyptius in rebus diuinis. ac eiusdẽ verba ascripta de deo: de mẽte: & de animis in libro de sapiẽtia dei.

Caput. XI.

QVo plura de Mercurio a nobis perquirũtur: eo maiora atq; diuiniora videri solent: sic vt Firmiani sententiæ magnopere accedamus: qui persæpe hunc ipsum asserit: rerum prope omnium supra cæteros alios veritatem perspexisse: tum græcos cõpluris pleraq; ab eodem Mercurio accepisse: quæ de deo: de animis: ac de mundo referũtur. Sed hec in nostris Theorematis copiose explicauimus. Nunc illud repetendum existimaui: quod idem Mercurius loquitur ad Tatium in eo libro. qui de sapiẽtia dei inscribitur. Beatissimus inqt deus: qui & dæmon optimus dicitur: animã esse in corpore asserit: mentem in anima: in mente verbum. Deum aũt ipsum horum omnium esse genitorẽ: ac parentem. Itaq; verbum imago. & mens dei est: corpus qdem ab Idea. Idea vero anima: & portio purissima materiæ aer: aeris anima: animæ mens: mentis Deus. Deus in omnibus: ad omnia: circa omnia: & per omnia: mẽs ad animã: anima ad aerem: aer ad materiam. Hactenus ægyptius Mercurius: in quib[redacted]tas nõ edocetur modo sed etiam explicatur: quod & mysteria illa at[redacted]

[redacted] dices: qui recuperandæ causæ erga recuperat[redacted] atq; extimatione: omnis damni illatio atq; iniuria tollebatur: quæ res ab ipis iurecõsultis copiose explicatur. Sex. aũt Pompeius legem recuperatoriã ab Aelio Gallo sic acceptam tradit: cũ inter populũ & reges: nationesq; & ciuitates peregrinas cõuenit: vt per ipsos

recuperatores agatur: de reddendis recipiendisq; bonis: quæ ad priuatos pertinerẽt. Gellius recuperatores constitutos tradidit in his: quæ ad ius referantur: de iniuriis asserendis ac puniẽdis. Nam missa inquit Gellius. xxv. assium pœna factũ est a prætoribus: vt in extimandis iniuriis recuperatores adhiberentur. M. aũt Cicero in causa. L. Flacci: quem sociũ & adiutorem consiliorũ: ac periculorum suorũ vocat: recuperatores cõstitutos refert qui rem vniuersam percenserent. Recuperatores inqt cõtra istũ: rem minime dubiã prima actione iudicauerũt: & paulo mox. Cũ frater me9 In Asię pfectura Flacco successisset: causam ita detulit. Recuperatores vi Flacci coactos: atq; metu falsum iudicauisse inuitos: frater meus pro sua æquitate prudentiaq; decreuit: vt si iudicatum negaret: in duplum iret: si metu coactos diceret: haberet eosdem recuperatores: quã optionẽ recusauit. Idem Cicero pro. A. Cecinna orationem habuit ad recuperatores: in qua persæpe de his agitur. C. præterea Suetonius a Flauio refert Domitiano Augu. identidem ad monitos recuperatores: ne se perfusoriis assertionibus semper accomodarent: sed & Vespasianus pater Flauiã Domitillam duxit vxorẽ vt ab eodem Suetonio relatum est: quę ingenua & ciuis Romana pronũciata est: iudicio recuperatorio asserente patre. Neq; illud omittendum putamus: quod in vetrum notis atq; elogiis obseruatũ est: de iudicio recuperatorio his verbis Quanti ea res erit: tantæ pecuniæ iudiciũ recuperatorium dabo. testibusq; publice dũtaxat decem denunciandi potestatem facit: quæ res ab antiquis notatum magistris ita perscribi solita est. Q.E.R:E.T.P.I.R.D.T.Q.P.D.T.D.D.P.F.

Q; imprudẽter: atq; imperite ab his erratũ sit: qui scirpum acceperũt pro ænigmate: & q; apud authorem Gelliũ scrupum: nõ scirpum legendum sit.

Caput. XIII.

IN magno errore versati sunt nostri fere omnes grãmatici: qui scirpum dixerũt pro ænigmate: quod ipsum e Gellianis verbis acceperunt: in qbus nõ scirpum qdem sed scrupum erat scribendũ: vt in veteribus: ac minus deprauatis reperitur: sed enim quopacto illa enodari possunt: quæ sine vllis nodis sunt: cuiusmodi scirpus haberi debet: neq; vllus est tam hebeti ingenio: tanq; absurdo iudicio qui nesciat ipsos scirpos vocari enodes: vnde illud vetus: cum apud comicos poetas: tum apud Ennium celebratũ hoc carmine.

Quærunt in scirpo soliti quod dicere nodum.

Scrupus vero pro ænigmate & ambiguitate ob id a veteribus acceptus est: q; in eo anxietas q̃dam: & quasi asperitas intelligatur: quod & Sex. Pompeius in libro de priscis verbis vndeuigesimo insinuat: scrupos inquit pro asperis saxis accipimus: hinc rẽ scrupulosam dicimus: quæ aliqd in se asperitatis contineat. Proindeq; apud Gellium refertur: vocari a græcis fere ænigmata: quæ nostri scrupos dixerunt: cui sententiæ & Benedictus Philolog9 accedit: vir eruditissimus: & in studiis nostris accuratissime doctus: neq; visum est hoc loco eos nominare: qui hac in re decepti sunt. Politianus certe: cum ad authores illum euocarem: ingenue agnouit errorem: sed in hoc inquit cæteri ætate nostra incurrunt.

SEQVITVR
PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER DECIMVS

De doctrina Gamelielis Hebræi: & quo iudicio probaue rit Iesum Christum pro deo accipiendum.

Caput.I.

NEscio maiore impudentia: an inscitia factū sit a quibusdam veterū vt nō modo contra Christianos populos: sed cōtra ipm etiā Christum libros cōponere ausi fuerint. Non: n. homines: sed portēta potius quædam & prodigia dicenda sunt: cuiusmodi nobiliores memorantur. Porphirius: Iulianus Bizātius: Celsus Aphricanus: qui Philaletem scripsit Basilides & alia: qui ausi etiam inter alia flagitia dicere: quæcūq; de Christo a priscis vatibus prædicta fuerunt ea de aliis quoq; potuisse intelligi: quod ab Augustino tamen. Origene: & Cypriano cōpiose refellitur: sed a Gameliele Hebræo dictū egregie ac prudenter traditur: nam cū alios qdam forte referrent: qui se vulgo deos probari vellent: vt Dositheum. Theudam: & Iudam: hi enim cum disciplinarum magnitudine atq; doctrinis egregie præstarent: seq; supra homines ponerent deceptionibus maximis vsi sūt: & a multis pro deo habiti: ex quo in hunc modum respondit Gamaliel. Si hoc inquit de Christo humanū consiliū fuit. q̄ mox dissoluetur: veluti Theudæ. Dosithei: Iudæ. & aliorū: qui vbi mortui sūt: eorum ficta & cōmentitia disciplina sublata est. Siquidem nō diu probari inter homines potest improbatas aut mēdacium: quod omnis academia concedit. Id aūt de Gameliele in Origenis cōmentariis comperies: quos vir maxime doctus contra Celsum composuit: sed & Gamaliel ipe iudicio & doctrina insignis apud Hebræos est habit9 qui etiam Pauli Tharsensis præceptor fuit: vnde eum dixerūt veteres ad Gamalielis pedes eruditum: sicut In Hieronymo legitur. qui Gamalielem hunc: & maximum virum: atq; doctissimum vocat. Quod hebrēorum præterea libri testantur.

De Narsete Eunucho: & Sophiæ Augu. verbis ad eum: ac responsum Narsetis in fœmine insolentiam.

Caput.II.

REIata sunt permulta in veterum annalibus de Narsete eunucho: eiusq; maximis gestis: qui de carthulatio (vt ferūt) non modo patriciam dignitatem est cōsequutus: sed Italiæ quoq; vniuersæ factus præfectus: eā diu obtinuit. et omnis Gotthos gentem ferocissimam superauit: sed vt res humanæ se habent gloria inuidiam peperit: ex quo Iustinus imperator: & Sophia Augu. coniunx Narsetem hunc cēperunt insectari. Itaq; Longinum cum magno exercitu contra eum mittunt. Sophia vero & inter alia permulta conuitia: q; Eunuchus foret: hoc addit: vt lanam in gynæcio faceret: & pensa diuideret qbus idem Narces pari animo respondit: talē se quidem telam exorsurum: qualem ipa dum viueret: nūq̄ satis posset explicare: & simul odio (vt fertur) ac metu accensus. Longobardos populos in Italiam accersit: vt relicta Pannonia ad italiæ diuitias & prædam accedant: neqd ad præsidium & vltionem omitteretur. Fuit aūt Narses (vt quidam tradunt) pius religiosus: liberalis: atq; munificus: quod alias a me cōmodius relatum est.

De populi improbitate: ac de exilio Aristotelis: q; impietatis accusatus in Chalcidem ꝓfugerit. tum alia obiter nō iniocūda.

Caput.III.

NIhil debent in tota vita minus agere: qui prudentiores sunt: q̄ populo se ipsos committere: nec enim bonis ingeniis: atq; disciplinis quicq̄ est tā male affectū & infensum: q̄ imperita vulgi inscitia: quod eqdem innumeris prope

exemplis falsē atq; improbē philosophorū accusationes: eorumq; exilia & cædes demōstrant: sicuti Socratis: Anaxilai: Apollonii Thianei: & Madaurēsis Apulei: quorū apologiæ abunde explicant: q̄ sit ex Platonis sententia: refugiēda vulgi improbitas. de Aristotele aūt philosopho referendū illud puto: quod ab ipso Adamantio Origene ponit: quo loco Celsi Aphricani Philaletem mendacii ac falsitatis arguit: tradit enim Aristotelem ipsum a iudicibus atheniensiū crimine impietatis fuisse accusatū: quoniam dogmata quædam vt αθεοσ και ασεβησ in philosophia protulisset: quę deorum cultum minus probarent: ex quo athenis relictis Chalcidem se contulit: vbi diu versatus: cū literis amicorū ad reditum vocaretur: in hunc modū respondit: ex athenis pridem recessimus: idq; eo animo factū est: ne causam forte atheniensibus daremus: iterū scelus cōmittere: sicuti in Socratem commiserunt: ne ve impie cōtra philosophum rursus fecisse incusentur. Neq; me aūt latet: q̄d idem Aristoteles cū athenis. xxx. annos in lycio docuisset: clam se in Chalcidem recepit: quoniam foret impietatis ab Eurimedonte hierophanta accusatus: siue a Demophilo: (vt quidam volunt) q; hymnū in Herniam pellicem scripserit: cui etiam prę nimio (vt ferunt) amore sacra fecit: atq; hoc epigramma delphis incidit.

T. Δεποτου Χοσιωσ παραβασ μακαρων θεμιν αγνην
εκτεινε περσων τοξοφορων βασιλευσ.
ου φανερωσ λογχη φονιοισ εραγωσι κρατησασ,
αλλ ανδροσ πιστει χρησαμενοσ δολιου.

Quę sunt maxime a dis roganda. & quomodo ex Platone: tū versiculi Persiani de votis peragendis.

Caput.IIII.

ELegant et Plato philosophus & erudite prudentiam atq; iustitiam in suis legibus expressit: sed vel in Alcibiade (qui liber de voto iscribit) eius honorem & cultū sic recensuit: prespicuū (inquit) est: & apud ipsum deum: & apud homines bonę mentis iustitiam & prudentiam præcipue honorari: prudētes autem ac iusti illi merito dicendi: qui probe norūt: quæ erga deum: quæq; erga homines agere atq; dicere conuenit: Hactenus Plato: quę me ipsum commouent sententiæ veteris: quā non minus stoicorū porticus: q̄ vniuersa etiam academia honore summo prosecuta est: ita enim a philosophis velut ex delphico prolatū: Sic viuendum cū hominibus tanq̄ deus videat: sic loquendū cū deo. tanq̄ homines audiant: cuius secunda pars (vt inquit Vectius Prætextatus) abunde sancit ne quid a diis petamus: quod velle nos indecorū sit. Nā Plato idem copiose hoc ipso libro explicat: quę Maxime a diis petenda sunt: & quo animo: ne forte in œdipi rogationes maiore affectu q̄ ratione depellamur. Stoici autē tria potissimum a diis roganda affirmant: bonā mentis: bonā animi valitudinē: tertio corporis. Itaq; Persius poeta videtur Alcibiadem Platonis peruidisse: qui in satyra quidem ad Macrinum sic de votis peragendis loquitur.

Funde merum genio: non tu prece possis emaci
Quæ nisi seductis nequeas committere diuis.
At bona pars procerum tacita libabit acerra.

Cui sententiæ & illud apud Iuuenalem accedit.

Orandum est vt sit mens sana in corpore sano.
Fortem posse animum mortis terrore carentem:
Qui spacium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ: qui ferre queat quoscunq; labores.

Quin & iure pontificum apud Romanos ita scriptum traditur:
Ne audento placere donis iram deorum
Cautim vota reddunto pœna violati iuris esto.

Quantum concesserint Christo Rom. Imperatores: Tiberius & Hadrianus: ac de Alexandro etiam Seuero: qui Christũ inter alia numina adorauit.

Caput. V.

PErsæpe accidit: vt a viris doctioribus quæratᷓ: quo in precio apud Rom. imperatores Christi numen fuerit: quo videlicet tempore: aut quo cultu romana ciuitas eum prosequuta sit. Ad hoc ego cũ aliquãdo essem responsurus: talia ꝓpemodũ de ipso Christianorũ deo obseruaui. Et primo quidem ex authoritate veterũ constat. Tib: Cæsarem voluisse Christũ a Sen. p. q. r. adorari: idꝫ etiam ab eo relatũ est ad senatum cũ prerogatiua Tiberiani suffragii: vt abunde alibi diximus: ꝙ & Pamphilus Eusebius: ac Florens Tertullianus affirmant: sed & mox Cæs. Hadrianus de adorãdo Christo cogitauit: eidemꝫ templa condere inchoauit: sicuti Aelius Lampridius ad Constantinũ imper. testatur: qui Augu. inquit Hadrianũ ab incepto destitisse: veritũ ne cetera etiam templa essent deferenda: quoniam præfecti sacrorũ Hadriano persuaserũt: Christianos omnes aliquando futuros: si illud effecisset: ex quo idem mutato animi proposito: acerrime mox vniuersam Christianorũ factionẽ est insectatꝰ: quod & cõmentariis suis & edictis propalam testatus est Alexander autem seuerus: qui optimus imper. est habitus: quiꝫ Antonio eliogabalo successit: plurimũ Christianis detulit: & Christi numen inter maximos & selectos deos recepit: siquidem in sacrario suo (quod ab Aelio lampridio larariũ appellatur) inter principes diuos & animas (vt inquit) sanctiores Christũ habuit: cũ quo ibidem Apolloniũ Thianeũ: Abraam & Orpheũ coluit Idem quoꝫ Alexander Augu. in minore larario Achillem: & alios duces maximos habuit Sicuti. M. Ciceronis & Vergilii simulacra: quem poetarum omnium Platonem vocitabat.

Vnde apud poetam Vergiliũ ramus aureus: & viscus in ilice in. vi. Aeneidos ac de magia Druydũ Verg. carmen expositũ.

Caput. VI.

SAtis compertũ est Pub. Vergiliũ odio multiplici & varia doctrina præstitisse vt & cœlestia pariter & humana maxime intellexerit: quod eiꝰ diuinũ carmẽ probat: in quo & sacra omnia: & humanę leges atꝫ ritus tanta eruditione tractantur: vt eum mirari potius homines possit: ꝗ pro merito satis laudare. Sed eiusdem carmen referemus: in quo de ramo aureo agit: quem troius Aeneas ex præcepto Sibyllæ Deiphile ad inferos detulit: cuius etiam speciem vireti visco similem dixit: & in opaca ilice insertam: quæ omnia videntur mihi ex philosophia: & sacris Druydũ esse assumpta: quibus religio fuit par quiddam de visco & robore agere: quod equidẽ suspicari licet quoniã & viscũ Vergilius hic: & ilicem opacã nominat: quæ inter glandiferas etiam refertur: Ab ipso. n. poeta (vt est author Macrobius) plerũꝫ fieri videmus: vt remotiores ritus: veterũꝫ cerimonias innuendo attingat: et si Aurelius Cornutus vir alioq doctꝰ: fictũ hoc de ramo ilicis a poeta Verg. falso existimauit: sic aũt Vergiliꝰ.

Accipe quę peragenda prius: latet arbore opaca
Aureus: & foliis: & lento vimine ramus
Iunoni infernæ dictus sacer: hunc tegit omnis
Lucus: & obscuris claudunt conuallibus vmbræ.
Sed non ante datur: telluris operta subire:
Auricomos ꝗ quis decerpserit arbore fœtus.

Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit: primo auulso non deficit alter
Aureus: & simili frondescit virga metallo.

At vero Druydes (qui gallorũ vates ac sacerdotes forent) nihil habent visco & roborẽ in quo gignatur sacratius: sicuti. C. Plinius testatur: hi enim inquit roborum lucos eligunt: neꝫ vlla sacra sine ea fronde cõficiũt: quicqd etiã illis adnascitur: e cœlo missum putant: signũꝫ esse electæ ab ipso deo arboris. Est autem id rarum admodum inuentu & repertum magna religione petitur & ante omnia sexta luna: idem quoꝫ Plinius sacrificio inquit epulisꝫ rite sub arbore præparatis: duos admouẽt cãdidi coloris tauros quorũ cornua tũc primũ vineiunt: sacerdos candida veste cultus arborem scandit: falce aurea demetit: candido id excipitur sago: tũ demũ victimas immolant: prçcantes vt suum donũ deus prosperũ facit: his quibus dederint hęc: Hactenus de religione Druydum ad robur & viscum: quæ poetã Vergiliũ (vt puto) ad ramũ illũ aureũ inclinarũt ex quo illud subdit.

Sedibus optatis: gemina super arbore sidunt:
Discolor vnde auri: per ramos aura refluxit.
Quale solet siluis brumali frigore viscum
Frõde virere noua: quod non sua seminat arbos:
Et croceo fœtu teretes circundare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice: sic leni crepitabat bractea vento.

Fuit in hac sententia & Domitius Veronensis: vir in perquirendis veterũ monumẽtis acris ingenii: & in exponendis authoribus diligens: quem tamẽ immatura mors nobis præripuit.

De hetrusca disciplina: & quo studio romani nobiles ad eam discendam mitterentur: ac versus ibidem ex xii. additi.

Caput. VII.

M. Cicero cũ de diuinatione differit copiose probat: populũ quidem hetruscum maxime præstitisse: in obseruãdis: noscendisꝫ auguriis & ostentis: nam & aliquot a veteribus celebrantᷓ: in quorum commentariis disciplina hæc abunde exponeretur: sicuti a Macrobio: Censorinoꝫ: & aliis veteribus traditur: qua in re seruatũ est a romanis: vt principum filii: qui in vrbe forent: hetruriæ populis traderentᷓ. quo hanc etiam diuinandi partem ediscerent: sicuti verba hęc Ciceronis testantur. Bene inquit apud maiores nostros senatus decreuit: quando florebat imperiũ: vt de principũ filiis sex: singulis hetruriæ populis ad disciplinã traderentur: ne tanta ars propter tenuitatem hominũ a religionis authoritate abduceretur: ad mercedem & quæstum: ex quibus aperte cõstat: quo studio & diligentia prouisum est a Sen. p. q. r. vt cognitio illa hetruscæ disciplinæ conseruaretᷓ: quod ipsum & Liuius in Romana historia notauit: quo scientissime callerent: quęcũꝫ de cœlo tacta essent: omniaꝫ prodigia: portenta: & ostẽta: quod & C. Plinius & allii afferunt: ex quo etiam in sacris veterum: & pontificalibus libris ita scriptum fuit.

Discunto ignari a publicis sacerdotibus
Hetrurię principes disciplinam docento.
Quibus diuis creauerint procuranto:
Et idem fulgura & obsita pianto.

Quæ ob id ascripsimus: vt Ciceronis locum facilius teneremus. Cum nemo prorsus

ignoret:cœlũ ipsum eiusq; partes:ab hetruscis olim signatas:& in xvi.diuisum:nam& fulminũ genera xi:& deos nouem:qui ea iaculent statuerũt:rationes prodendo:quid ex quaq; parte signarent:quod & C.Plinius ad Vespasianũ Augustum dem onstrat.

De cura & periculis eorũ:qui imperio pręsunt:ac Saturnini Augu.verba ad hoc ipsum pertinentia. Caput.VIII.

Vetus est dictũ:& a philosophis approbatũ:tyrannos quidem & principes q̃ rarissime senescere:quoniam tam varia illis:tãq; summa pericula vndequaq; imineant:proinde vt q̃ egerrime cõmunem liuoris:& periculi sortem possint euadere:quã rem tot principũ & imperantiũ subitæ neces:atq; cædes maximæ approbãt:cũ paucissimi omnino fuerint:qui suo fato perirint,Itaq; permulti admodũ reperti sunt:qui hanc imperandi curam:velut inquietam:æstuantem:ac perniciosam refugerunt:quod equidem ex verbis ipis & oratione Augu.Saturnini Impe.referendũ censui quo cumulatius a quouis intelligatur:q̃ & erudite Saturninus & grauiter de imperatorum discrimine & periculis disseruerit.Nescitis inquit amici:quid mali sit imperare:nã & gladii & tela nostris ceruicibus impendẽt.imminent hastæ vndiq; spicula:ipsi custodes timentur.Ipsi comites formidant:non cibus pro voluptate:non iter pro authoritate:nõ bella p iudicio:nõ arma p studio:adde q; ois ætas in ipio reprehẽdit:senex est q̃spiam inhabilis videtur:sin minus:inest furor:nam q; imperatorem me cupitis:in mortis necessitatem me trahitis:sed habeo solatiũ hoc mortis:solus perire non potero:hęc hactenus Saturninus:cũ a suis purpurã esset indutus:sicuti M.Saluidenus affirmat:elegãter quidem & docte Siquidem bonas litteras Saturninus egregie coluit:& facultatem oratoriam studiose didicit:quod & Vopiscus homo diligens recenset.

De antiquorũ proprietate ĩ carmine in rebus exprimẽdis:simulq; Acciĩ poetę versus appositi ex argonautis elegantissimi:&.Q.Ennii.

Caput.IX.

IN pręceptis veterũ:qui de ipsa elocutione scripserũt:illud præcipue video cõmendari:vt verba rebus maxime conueniant:& in quaq; actione describẽda:sic absoluatur oratio:vt res geri potius:q̃ componi videatur:Ita enim interesse te putes non legere:cũ iocunda verbis suauibus:atrocibus aspera:quieta sedatis:deductis humilia:grandibus ardua proferũtur: vnde illa orationis honestas:& quasi certũ decus oritur.Quam quidem partem summo studio videtur mihi cõsecuti veteres authores.Tum hi præcipue:qui fabulas ediderũt:vt.M.Pacuui9:Attilius:Neuius:& Accius:quod in illis vitæ gesta:& hominũ mores:habitusq; pro re ipsa effingerent atq; exprimerent:cuiusmodi carmen illud est Acciani ex argonautis:in quo pastorem elegãtissime descripsit:qui primũ nauim(cui nomen Argo)procul aspiciens:illico mirabundus in hunc modum vociferat.

Tanta moles labitur.
Fremebunda ex alto ingenti sonitu & strepitu
Pręse vndas voluit.vortices vi suscitat:
Ruit:prolapsa pelagus respergit:profluit:
Ita dum interruptum credas nymbũ voluier:
Dum quod sublime ventis expulsum rapier
Saxum:aut procellis:vel globosos turbines
Existere ictos vndis concursantibus:
Nisi quas terrestres pontus strages conciet.

Aut forte Triton fuscina verrens specus.
Sub ter radices penitus vndanti in fteto:
Molem ex profundo saxeam ad cœlum eruit.

Quod carmen:non Priscianus modo grammaticus repetit:sed & Q.Lucilius:balbus:in illa celebri disputatiõe de natura deorum:& si alicubi deprauatum atq; inuersum legitur.Iam vero & illud Q.Ennii nonne adeo proprie:adeo erudite factum est:de augurio Romanæ vrbis condendæ:vt in media vrbe versari te credas:Romulumq; ipsum:Remũ certantes aspicere de imponendo vrbis nomine:vt minus forte mirum sit:Si & Adrianus Impe.Ennianos annales supra omnia quidem poemata commẽdauerit: sed apponamus carmen.

Certantes magna cum cura:tum cupientes
Rgni dant operam :simul auspicio:augurioq;:
In monte Remus auspicio se deuouet:atq; secũdam
Seruat auem solus:at Romulus pulcher in alto
Quęrit Auentino:seruat genus alta volantũ:
Certabant vrbem Romam ne Remam ne vocatent:
Omnibus cura viris:vter esset induperator
Expectant:veluti consul cum mittere signũ
Vult:omnes auidi spectant ad carceris oras:
Qui mox emittat pictis e faucibus currus.
Sic expectabat populus:atq; ore timebat:
Rebus vtri magnis victoria sit data regni:
Interea sol albus recessit in infera noctis.
Exin candida:se radiis dedit icta foras lux:
Et simul ex alto longe pulcherrima præpes
Lęua volauit auis:simul aureus exoritur Sol.
Cædunt de cœlo ter quattuor corpora sancta
Alituũ:prępetibus sese:pulchrisq; locis dant:
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora:
Auspicio regni stabilata scamna:solumq;
Quos versus & apud Ciceronem competies:cũ diuinationis partes prosequitur.

Quę ratio fuerit ne flamines sacerdotes apud Romanos nodũ aliquẽ habere possent in vestibus:& q̃ libera & apta esse debet animorum cõiunctio inter amicos.

Caput.X.

IN his sacris atq; cerimoniis:quas flamines sacerdotes:apud Roma.dicuntur obseruasse:& illud a veteribus notatum est:fuisse nefas:vti nodum vllum haberent in apice:in cinctu:aut in vlla alia parte:qua in re allegoricos intellexerunt pertinere ad virtũ integra fide:optimisq; moribus præditum:nihil dissimulanter:aut subdole agere in deorum sacris:sed libere:& aperto examine:ad fidem & veritatẽ omnia referre. Quod ipsum in amicorum quoq; officiis præstãdũ est:vt a Cheroneo Plutarcho probat:si modo hi sunt tales viri:quorũ virtus atq; prudentia optime intelligat:quantũ sit amicorum causis atq; cõmodis concedendũ:qd & poeta Lucilius docet in carmine ad Albinũ:quo virtutis dignitas:officiũ:atq; gratia prudẽtissime exponitur.Itaq; cõsueuit Oricellari9 noster ita amicos pbare:vt in eorq; animo iudiciũ:in iudicio officium reponat.vir vnus(quantũ equidem iudicio meo consequi possum)in omnibus vitæ munerib̃us existimãdis:atq; cognoscẽdis summa prudentia atq; cõsilio

De multiplici ac singulari doctrina.M. Varronis:& q̃ idem tamen a Palemone grammatico contemptus fuerit:ac iniquissima voce porcus apellatus.

Caput.XI.

DE Var. Terentio notum est omnibus:quantũ omnis antiquitas eius studium atq̃ multiplices doctrinas extulerit:vt omniũ quidem toga torũ doctissimus habitus sit:cui sententiæ.M.Cicero: & Fabius Quintilianus calculũ adiecerunt:Itaq̃ sic Maurus Terentianus ad Nouatemũ.

Vir doctissimus vndecunq̃ Varro.

Qui tã multa legit(vt est author Augustinus)vt aliquid ei scribere vacasse miremur tam multa scripsit:q̃ multa vix quenq̃ legere potuisse credamus.Lactantius vero Firmianus:qui & ingenio & eloquentia vir doctissimus merito habetur:sic de eodem. M. Varro inquit:quo nemo vnq̃ doctior:neq̃ apud græcos:neq̃ apud latinos vixit: in libris diuinarũ rerũ de hoc egit:quos ad.C.Cęsarem scripsit:itaq̃ hæc cũ ita se habeant: q̃ improbe obsecro a Rhennio Palemone:q̃ imprudenter atq̃ ineptissime factũ est:qui eũ ipsum. M. Varronem omniũ disciplinarũ parentem ac principem:pro imperito homine sectatus est:eundemq̃ etiam porcum(si diis placet)appellauit dignius eo nomine Palemon:vt in suile aliquod intruderetur:quo insolentis audacię:atq̃ importunissimæ vaniloquentiæ pœnas lueret.De quo & Suetonius Tranquillius meminit:quod ego idcirco apposui: vt quiuis possit intelligere:q̃ sint quorundam ingenia contra veritatem obstinata:atq̃ illis plærũq̃ viris infensa:qui & colendi ab omnibus:& prope adorandi sunt pro egregia singulariq̃ doctrina.

Quid in libris iureconsultorũ sint excõsules:exquestores exprefecti:& alia eius generis:quodq̃ subagrestia & parum latina sunt.

Caput.XII.

RNuenio apud nostros iurecõsultos:& alios authores hæc vocabula exquęstores exconsules:exprętores,& alia eiusdem generis nam Symmachus:& Boethius exconsules fere vocati sunt atq̃ his veluti descriptionibus eorum nomina honestari solent.Iustinianus quoq̃ Augu.in epistola ad Rom.senatũ Ioannem exquęstorem:& Leõtium,atq̃ Basilidẽ exprefectos prętorio apellat.Quibus verbis(quãtum equidẽ possum colligere)eos viros designarũt: qui dignitate ipsa cõsulatus:aut quęsturę functi essent:sic expatricios:& exprefectos:q̃ absoluto munere:a magistratu vacarent Zeno aũt imper.scribit ad prefectum pręt.Archadium:placere suę dignitati: vt qui patricii:vel expatricii sunt:quiq̃ magistri officiorum aut sacri palatii custodes: vel ordini senatorio sociati fuerint:non possint nisi ab imperatore ipso:aut sacris cognitoribus in ius vocari:aut puniri.Simulq̃ addit:eos viros q̃ dignitatibus maioribus fũcti sunt:minime oportere omniũ iudicio subigi:aut pœnis mulctari,Itaq̃ hi homines expræfecti:exquæstores:& exsenatores in Iustiniani cõstitutiõibus nuncupant.Apud Varrõem vero:& M.Tullium excuriatos:atq̃ exterminatos legimꝰ pro his:qui extra curiam missi sunt:atq̃ extra terminos:sed hæc honestis authoribus recepta:& cõsecrata sunt:illa parum latina:& admodum subagrestia videri possũt:Neq̃ enim apud eos comperiuntur:qui latina oratiõe vti sunt sed illo(vt opinor)Augustini sęculo:in quo fere Cassidorus Appollinaris:Enodii:ac Fulgentii numerantur:qui magis vident gallicum aliquid & peregrinum referre:q̃ Romanum ac probum sermonem:Ipsa enim dicendi elegantia & puritas:cum Romano Imperio Paulatim amissa est:quod & noster Ioannes Crolius cum Pontano disseruit:vir non minori iudicio: q̃ veterum doctrinis excultus.

Biantis prienei sententia relata:quo consilio ac ratione vti debeamus:in decernendis causis inter amicos vel inimicos.

Caput.XIII.

DE Prieneo Biante complura in græcorum monumẽtis traduntur: quæ viri iudicium:atq̃ sapientiam singularem probant:sed quod ab ipso relatum est de his qui inter alios iudicium faciunt: minime cõtemnendum illis est: qui liberali ingenio sunt:dicebat enim malle se inter inimicos:q̃ inter amicos de re aliqua statuere:nam ex amicis(inquit)alterum prorsus inimicum habueris: ex inimicis vero alterum amicum:quocirca melius ac potius censeri debet:amicum sibi adipisci in proferendo iudicio: aut arebus iudicandis penitus abstinere:nisi ex professo veritas ipsa fidei patrocinetur:cuius causa(vt Academici asserunt)nullæ quidem contentiones aut inimicitiæ refugiendæ sunt.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER VNDECIMVS.

Mirificum prodigium de fulmine in natali.M. Tullii ex annalibus Eutropii:ac de viribus etiam fulminum nonnihil.

Caput.I.

MInus putaui absurdum fore si ea in præsens referrem:quę Romanꝰ author Eutropius:in historia ad Valentem Augu.prodidit de.M. Cicerone:atq̃ mirifico prodigio:qd obtigerit de virgine romana: q̃ in itinere cœlesti igne tacta fuerit.Vnde tã egregia dicẽdi dignitas:& absolutum eloquẽtiæ fastigium præscriberetur:sed apponã Eutropii verba:quo manifestius appareat:quanta sit etiã vis & natura monstrifica fulminum.Bello(inquit)Iugurthino.M.Cicero arpini nascitur:matre Elbia nomine:patre vero equestris ordinis:ex regio Volscorum genere :eodemq̃ tempore quædam virgo Romana in appuliam pergẽs:ictu fulminis exanimata est: omnibus fine scissura aliqua vistimentis ademptis:ac pectoris & pedum vinculis dissolutis:monilibus etiã & anulis discussis:illęso corpore nuda iacuit.equusq̃ (inquit) eius pari modo frenis & cingulis pereptus iacuit dissolutis.Hæc satis de prodigio virginis.Neq̃ em̃ me præterit: varia qdem ac pene incredibilia scribi de fulminibus.non ab Aristotele modo & aliis græcis:sed ab Anneo Seneca: & Plinio:nã inter alia & illud in veterum monumentis traditur:q̃ Martia princeps romanorũ: cum grauida foret fulmine icta:exanimato partu citra vllum aliud incõmodum superuixit.

De officio trib.militum ex sententia Aureliani Cæs.Imperatoris: & eius epistola ascripta ex Vopisci historia. Caput.II.

CVm gesta Rom. principum nuper legeremꝰ: nulla me pars magis detinuit q̃ sicubi militaris disciplinæ præcepta & leges notarentur:quoniam nostra hæc ætas ita bellis assiduis vexatur: vt vniuersam prope Italiam grauiter afficiant:sed illud in primis Aureliani principis me delectauit. in quo tribunum militum prudenter monet:qua ratione & consilio vti debeat in exercitu regendo: & copiis alendis: verba ex Aureliani epistola subiiciam:quo facilius legentes hæc etiam

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

expendant. Si vis (inquit) tribunus esse: immo si vis viu ere manus militum contine nemo pullum alienum rapiat: ouem nemo cõtingat, annona sua cõtentus sit: de præda hostis: non de lachrymis prouinciam habeat: arma tersa sint: ferramenta samiata: calciamenta fortia: vestes noua: vestem veterem excludat: stipendium in balteo: non in pompa habeat: torquẽ brachialem & anulum apponat: equum saginariũ suum defricet: captum animal non vendat: mulum centuriarũ communiter curet: alter alteri quasi seruus obsequatur: a medicis gratis curetur: aruspicibus nihil det: in hospitiis caste se agant: qui litem fecerit vapulet. Hæc hactenus Aurelianaus Cæs. quæ siquis etiam apud authorem proprium requirat: is Flauium Vopiscum adeat: qui de Imperatoribus Romanis scripsit.

De Pythagorica metamorphosi: & Laberii poetæ versus apud Tertullianum recogniti: atq; expositi: Caput. III.

NOn ab re futurum putaui: si Laberianos versus subtexã ex eius minimis. Nã & Florentis Tertulliani locus signabitur: & alia quoq; non insuauia de Pythagora nec iniocũda subiungamus. In hunc igitur modum de Pythagorica metamorphosi iocatus est Laberius.

Et audio mala multa etiam ex bonis:
Par illud vt nos olim mutant philosophi.
Et nunc de mulo hominem: de muliere colubrum
Faciunt: & ex diuersis diuersa alia.

Quos versiculos vel in commentariis Nonianis dephendes: q̃q̃ alicubi deprauatos: nam & in Apologetico Tertullianus: quem cõtra gentiles composuit: partem ex his eleganter est mutuatus: age iam inquit: si quis philosophus affirmat (vt ait Laberius de sententia Pythagorę) hominem fieri ex mulo: colubrum ex muliere & in eam opinionem omnia argumenta: & eloquii virtutem detorserit, nõne & sensum mouebit: & fidem infringet: etiam ab animalibus abstinendum propterea persuasum quis habet: ne forte bubulam de aliquo proauo suo obsonet. Quæ verba satis me cõmonent Pythagoricæ transmutationis: is eñ Pythagoras: nõ modo Euphorbum: pauonem Homerum poetam se fuisse aliquando dictabat: sed & Pyrandem postea: & mox Callidenam: ac demum præstanti forma meretricem: quæ Alce fuerit appellata: vnde & nos in poematis olim nostris in hunc modum lusimus.

Adde q; is leges: legumq; oracula nouit:
Quæ seruanda dedit Samius mysteria vates:
Cur etiam plures variato corpore formas
Prætulit: atq; idem famosi nominis Alce.
Moxq; melæ theos animos: & pectora sumpsit:
Et modo gemmantes ales iunonia pennas
Explicat: & bello ferus induit arma pyrandes.

Plotinus quoq; Philosophus in libro de suo cuiusq; genio: cum de animi metamorphosi diceret: in hunc prope modum id ipsum prosequitur: quicũq; (inquit) humanã propietatem seruarunt: iterum & ipsi homines renascuntur: qui autem ad sensum defecerunt: bruta quidem ac stolida animantia redeunt: sed ita tamen vt qui & iram adiecerint: fera existant: & pro ipsa inter se differentia dissentiant: qui vero in libidine & voluptatibus vitam egerunt: salacia voluptaria animalia reuertuntur: Q; si nec sensu ipso: nec sensus parte visi fuerint: hi vtiq; omnes plantæ resurgũt: quoniã in his vel animus tantum vegetalis fuerit: neq; aliud egerunt: q̃ vt in plantas verterentur:

qui autem musicis modulis affecti: ac deliniti vixerunt: si in cæteris non degenerarint animalia musica renascuntur: & qui sine ratione ciuitates atq; imperia rexerunt: aquilæ fiũt: nisi & ipsi alia prauitate sint in fecti: nam & qui absq; sapientia sublimia improbius tractant: cælum suspiciunt: in alites cõmutantur: ad altiora semper deuolantes: qui virtutem autem ciuilem assecutus est: homo reuertitur: qui minime adeptus: in ciuile aliquod animal: vt apem: & in alia eiuscemodi se trãsformat: hæc Plotinus: de quibus alibi diximus cõmodius.

De statua Niobis a Praxitele: & ibidem Ausonii poetæ nobile epigrãma ex græco: tum de eadem Niobe ex Pausaniæ commentariis.

Caput. IIII.

IN Græcorum poematis varia leguntur de Niobis forma: eiusq; imagine: quam Praxiteles longe pulcherrimã sculpsit: vnde eam puoq; poetæ græci magno studio celebrarunt: cuiusmodi hoc subit.

εκ ζωησ μεθεοι τευξαν λιθον. εκ δε λιθοιο
ζωην πραξιτελησ εμπαλιν ειργασατο:

Ausonius vero Callus egregie admodun latino epigrãmate secutus græcorum suauitatem atq; indolem: sic eiusdem statuam expressit.

Viuebam: suum facta silex: quæ deinde polita
Praxitelis manibus viuo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu:
Hunc ego cum læsi numina: non habui.

Quo carmine nihil vtiq; legi potest cultius: limatiꝰ: doctius: adeo vt Marullꝰ noster Bizantius: vir eleganter doctus: atq; in examinandis carminibus grauis censor aperte affirmarit: nihil se vsq̃ legisse: aut etiam audisse elegantius: meliꝰ: absolutius. Euit autem Niobes Phoronei filia: & Apis parens: vt in Eusebii annalibus notatum est: quos magna ex parte ex tomis Maneti transtulit. De hac complura scribuntur apud authorem Pausaniam: qui se inquit in Sypilo Niobis simulacrum aspexisse: cuiꝰ hunc ad modum species erat: vt prope accedentibus petra abrupta videretur: procul autẽ cernentibus mœsta: & plorans mulier. Quin & Romæ in templo Sosiani Apollinis imago Niobis celebrata est cum liberis mœrentis: sed eam tamen dubitatur Scopas an Praxiteles fecerit: quod &. C. Plinius testatur.

Historia ex. C. Plinio de Octauia Augu. quæ ex oui augurio in sinu consoti: sexum futurę prolis prænotauit: & alia item uon iniocunda.

Caput. V.

DIgnum memoria est: quod a. C. Plinio traditur in historia naturali de Liuiæ Augu. studio & cura: ad prænoscendam prolem & filii sexum: quo grauida erat ex Nerone Imper: cum enim in iuuẽta esset: & auidissime cuperet virilẽ sexum parere: hoc puellari augurio vsa traditur. vt ex eo partum prænotaret: ouum in sinu fouendum accepit: subinq; illud nutrici datum ad refouendũ per vices reddebat: necubi tepor ad alendum fœtum intermitteretur. Neq; falso augurio fertur augurata: siquidem Tib. Cæsarem peperit. Illud quoq; notandum: quod in veterum annalibus lectum est. Gallinarium fuisse quẽdam: cuius nomen adhuc requirimus: qui mirifica arte: quid ex quoq; ouo foret præuidebat: qđ ipsum a Plinio etiam describitur & si minus ad credendum videtur cum ingenue idem professus sit: haud in omnibus suam se fidem legenti astringere: sed eam potiꝰ ad authores veteres relegat: nam nec

vllum quidem mendacium tam falsum: tanq; impudens est (sicuti Plato testatur) quin suis quoq; authoribus defendatur.

De origine dei Canopi: ac eiusdem simulacro: & quo cõmento ac fraude pro deo sit habitus. Caput. VI.

NOtandum & illud est: quod in veterum scriptis reperitur de origine dei Canopi: & quo videlicet commento Aegyptii sacerdotis ad cultum numenq; deuenerit. Ferunt enim q; ipsi quidem Chaldæi per varias orbis regiones ignem circumuehebãt: veluti proptium ac summun numen: q; eo quo q; cæteros omnis deos: eorumq; simulcra deuincebant: quæcunq; ex auro: ære: argento: eboreq; vel alia quauis materia essent. Fiebat enim vt ignis plane superior euaderet: conuenerãt autem populi: vt victa numina victoribus concederent: quo rei veritas cunctis mortalibus de adorando numine constaret. Hæc igitur cum sacerdos Canopi Aegyptius percepisset: dignum sane commentum: atq; percallidum contra ignem excogitauit: solent in Aegypto vasa quædam fictilia effici: quæ hydriæ appellantur: ctebris vnde quaq; ac minimis prope foraminibus patentes: ex quibus cum aqua decidit: defecatior: atq; purior effluit: sacerdos igitur Aegypti vnã forte ex his cepit: atq; obstructis foraminibus: variisq; coloribus depictam: & aquis plenam: vt idolum cõstituit: ac super vetere simulacro diligenter collocat: quod esse Menelai gubernatoris ferebatur: veniunt Chaldæi: circunstant numen: cõflictum ineunt. & ignem simulacro admouent tum vero cæra ipsa (qua vasis foramina obstructa erant) grassante igne resoluitur. & aqua profluente ignis extinguitur: quo factum est: vt fraude sacerdotis Aegyptii Canopus victor haberetur: vnde simulacrũ quoq; illius perexiguis pedibus: contracto collo: ac prominenti alueo in amphoræ modum formatũ est: dorso etiam æqualiter tereti. Hæc de Canopo deo: eiusq; origine traduntur: & in Sudæ collectaneis: & in sacra historia Turrantii Ruffini.

Pacuuianum ænigma de testudine: ac versus eiusdem lepidissimi ex Tragœdia allati: tum locus Tertulliani expositus. Caput. VII.

Dici non potest quanta sit olim facta iactura in his maxime apud nos authoribus: qui tragœdias & comœdias scripserunt: sic vt eorum vix nomina reperiantur: cũ Romani primum ciues his potissimum fabulis agendis magnopere detinerentur: nos vero ita auide antiquitatem excutimus: & vestigia illa veterũ poetarum requirimus: vt in his etiam libenter cõmoremur: quæ a nostris grãmaticis q̃tũlibet interscisa & deprauata afferũtur cuiusmodi ænigma est illud quod ex Pacuuianis fabulis celebratur his lepidissimis versibus:

Sanguine cassa: domi porta: terrigena traditur:
Quadrupes: tardi grada: agrestis humilis: aspera:
Capite breui: ceruice anguina: aspectu truci:

Euiscerata inanima cum animali sono. Id ænigma cum in pacuuiana fabula paulo obscurius proferatur ab Amphione: responsum ab atticis est non intelligimus: nisi aperte dixeris: tum ille vnico verbo respondit cocleam esse: quod ipsum propterea censui opponendum: vt ætatis nostræ homines intelligant: quantum sibi veteres illi in nouandis componendisq; vocibus tribuerent atq; indulgerent: cum domi portam Pacuui⁹: & tardigradam vocauerit testudinem: si quis autem inuenire hoc velit: is apud M. Ciceronem de diuinatione inquirat: quo facilius locum doctissimi viri Tertulliani intelligat: qui in libro de pallio de hoc ipso ænigmate Pacuuiano non nihil rettulit.

Scita & elegans obseruatio ex lege veteri de re venerea: ac de edictis etiam Semiramiis ab Heliogabalo Imperatore institutis. Caput. VIII.

NOn defuerunt apud veteres: qui & eruditione & ingenio clari: præcepta in litteris referrent: quibus amorum delitias: & instrumenta describerent: tũ quibus artibus: & quo studio sequi amores debeamus: quoniam & populi quidã celebrantur: apud quos illi multo acceptiores: atq; honestiores: qui sectandis amoribus promptiores atq; acriores haberentur. Sed ego cum in S. C. inciderim de re venerea: qd olim Romæ (vt fertur) in templo veneris foret: minus putaui indignũ: si in nostris etiam cõmentariis legeretur: necubi delitias istiusmodi: & veterum elegãtias aspernari videamur: qui ad ipsam præcipue antiquitatem respicimus. Ad hũc igitur modum sacra lex de re futuraria lecta est.

Iura Visundi. Consectandi. Susurrandi. Gestiundi. Suttrudendi. Salutandi: Consabulãdi: Precandi: Perpetuo. Interdiu. Futuariis: permissa ex me sunto. Ex æde: foramine: horto: postico: impluuio: cuncta hæc cõmoda nemo homini prohibento: fidẽ: cõsilia ferunto: seruanto auxilium: operam ve danto: sub noctu vota tractanto: promissa iuramenta: lamenta admiscento: sollicitanto: verecundiam: timorem amouẽto: tristitiam suppremunto: tempori loco ve obsecundanto: occasioni ne vnq̃ cedunto: internuntias epistolas succedunto: his: spem: voluntatem: expectationem: necessitatem: misericordiam adlectãto: inserunto: fraude: vi: dolor: ostentatione: attemperate vtuntor: prudententiam: tacuitatem habento, tenẽto: gestiunto: ex pathica quicq̃ sempiterne quasi stipem. & pignus capiunto. eius permissum aduehunto. nouam querũto: astuve: pompave grãdianimem nobilem insectãtor: notas coniectarias rectius nouãto: Hæc hactenus. nã & ob id referendum hoc fuit. quoniã Varius quoq; Heliogabalus Imper. Sen. C. quæam ridicula & amatoria vulgauit: quæ matronæ cui se crederent: & ad cuius osculum venirent: qua veste. quibusq; ornamentis vterentur: eaq; Sen. cons. de nomine suæ coniugis Semiramia iussit appellari: sicuti Aelius quoq; lãpridius testatur ad Impe ratorem Constantinum Augustum.

De sæuitia Macrini Imperatoris: & qua crudelitate in adulteros animaduerteret tum alia obiter addita. Caput. IX.

PEr multa in veterum monumẽtis leguntur: quæ Macrini Imper: sæuitiam atq; crudelitatem referãt: is em̃ inter eos principes merito ab authoribus reponitur: qui immanes atq; sanguinarii sunt habiti. Sed ascribendum est nouum feritatis genus inuentumq; ab eodem maximæ crudelitatis: vt ex hoc constare possit: q̃ esset Macrinus diri animi: atq; prodigiosi in supplliciis exhibendis. Cũ igitur duo milites (vt a Capitolino relatum est) ancillæ hospitis pudorem violasse crederentur: atq; illud Macrinus Imper. per frumentarium didicisset: iussit eos in medium produci simulq; interrogauit: vtrum factum hoc esset: qd̃ cum constitisset: statim geminos boues miræ magnitudinis viuos aperiri iussit: atq; his milites singulos inseri: capitibus boum exectis: quo facilius vna colloqui possent: ita hominis sæuitas nouo quidem supplicio in puniendis adulteriis delectabatur. Quin idem quoq; Macrinus ad exemplum Mezentii viuos homines mortuis alligabat: ac longa tabe confectos in sando mortis genere exanimabat: vt eleganter poeta Vergilius expssit de Mezentio.

Mortua quinetiam iungebat copora viuis.
Componens manibusq; manus: atq; oribus ora.

Tormenti genus:& sanie taboq; fluenti
Complexu in miseto:longa sic morte necabat:
Mitto q; & milites suos in crucem tulit.& ex quaq; seditione decimauit:atq; centesimauit:vt non Macrinus vulgo:sed Macellinus passim vocaretur.

De hominibus militum.& qui sint primani:tertiani:quintani & eiusmodi alia apud Cor.Tacitum:& de quartariis mulionibus apud Lucilium.

Caput.X.

Ermulta & varia sunt in ipso exercitu militum nomina:de quib⁹ passim mẽtio fit apud authores:sicuti qui ab armis:vel gradu & stipendio denominãtur:sed a legionibus etiam milites quidem vocantur:nam legiones ipsæ a numero interdum dicebãtur: vt quarta:sextadecima & eiuscemodi: qd inuenio cum apud alios veteres:tum in historia Cor.Taciti frequens.Is em primanos milites:secũdanos:quintanosq; & quartadecimanos sæpi⁹ refert.Posthumus(inquit)præfectus castrorũ secũdæ legionis cognitis quartadecimanorum: vigesimanorumq; prosperis rebus quia pari gloria legionem suam fundauerat:se ipm gladio transegit. Et in alio mox libro:Sed ipsis(inquit)legionibus inerat diuersitas animorum. Primani:quintaniq;:turbidi adeo,vt quidam saxa in Galbæ imagines iecerint.Idem quoq; author in duodeuigesimo expressus hoc totum explicat.Forte inter padum viamq;(inquit)patenti campo duæ legiones congressæ sunt pro Vitellio vna &.xx.cui cognomen tapaci veteri gloria insignis:e parte Othonis prima adiutrix.non autem in aciem educta:sed ferox & noui decoris auida:primaniſtratis vna & vigesimanorũ principiis aquilam abstulere:quo dolore accensa legio impulit rursus primanos.interfecto Orfidio benigno legato:& plurima signa vexillaq; ex hostib⁹ rapuit:a parte alia propulsa quinta norum impetu tertiadecima legio circũuenti plurium accursu quartadecimani:& ducibus Othonis iampridem profugis. Cecinna ac Valens subsidiis suos firmabat: Hæc Tacitus.Nam &.C.Suetonius eodem modo tertianos:& decumanos intelligit Quartarii vero in satyris Lucilianis muliones mercẽnarii appellati sunt:qui quartam sibi partem q̃stus acciperent:vt Pompeius Sex.in libro de verbis priscis.xvii.tradit:allato etiam Luciliano carmine.

Porro homines neq̃ malus:vt quartarius aprõs
Colligere omnes.

De Proculo & Regillo Impera.& quomodo per iocum fortuna illudente Imperii dignitatem adepti sunt.

Caput.XI.

Verum profecto est:qd a philosophis permultis probatur.homines quãdoq; fortunam sibi vel confingere ex tempore:vel assumere:id ego cum Romanos annales legerem:maxime comprobaui:in quis tam varia:tã promiscua & multiformis Imperatorum fortuna appareat: vt quidam ex loco perhumili ad illud Imper.tam Sanctum:tam Augustum nomen ascenderint:alii rursus veluti ex ioco & quasi cauillo desilierint. Sicuti inter alios & Proculos & Regillus:quorum exempla referenda in præsens putaui:vt iocantis fortunæ aleam:ac libidinem in cõspectu haberemus:de Proculo igitur sic traditum est a bonis authoribus: cum in conuiuio (vt fit)latrunculis lusitaret:ac decies Imperator ipse exisset: statim scutra tum quidam (vt parata sunt ingenia blandientium)salue(inquit)Auguste:& allata purpura(vt moserat)eius humeros ornauit:eumq; adorauit:qua ille occasione vel oblata vel arrepta:vt Imperator vulgo saluatus est:quod apud græcos tertulit author Onesim⁹

& apd nos Flauius vopiscus in libro ad Bassum secũdo De Regillo autem Impe. haud hercle minus ludicrũ principiũ:ac ridiculũ fuit ad augusti nomen occupandũ:cum ille quęstione de analogia proprii nominis habita ad imperiũ prosiliit.Nã Valerianus tribunus cũ diceret:vnde Regelliani nomẽ deductũ putamus:a regnoqdã respondit quo dicto milites inibi:vt ad ea quę cogitant proniores: potest ergo rex esse:& nos regẽ faciamus:eoq; nomine putarũt illũ Imperatoria dignitate honestandũ:ac ita demum iocante fortuna Regillianus cũ die sequenti processisset: Imperator est a principibus salutatus.Neq; autem me latet hũc ipsum Regillianũ magis inter tyrannos:q̃ Imperatores a quibusdam relatũ:sed vtcũq; sit Romani certe imperatoris nomen obtinuit.

Quid apud veteres significet sororiare:& quę sint mammę sororiantes in puellis ac ibidem expositũ:quid fratriare:& fraterculare:ex Pompeii commentariis:& Plinii locus emendatus.

Caput.XII.

Vnq̃ videor magis in otio & honestis litteris versari:q̃ eo tempore:quo cũ Ioanne Corsio:& Lacetio nigro de optimis studiis:atq; omni antiquitate differitur:quod equidem persæpe accidit:cũ vt riusq; eruditio multiplex:& abunde elegans iure optimo censeri possit.Iraq; nuper in hortis Oricellariis:inter alia cõplura:quæsitũ ẽ de Sedigito vulcatio:d eq; eius iudicio:quod ab eo factũ est:de ingenio & ordine x.comicorũ:qui apd latinos in precio habiti sunt:itẽ de poeticis vocabulis:& veterũ audacia:in verbis inueniendis:excogitandis:atq; componendis euiusmodi fuerũt M.Plaut⁹.Gn.Neuius.P.Laberi⁹:qui paulo durior:atq; audacior habitus est.M.Cato Q.Ennius Fabius pictor:& alii eiusdem ętatis non ignobiles authores.Qua in re minime absurdũ fuerit hoc loco repetere:quid apud Plautũ Sororiare sit:& quo significatu accipiendũ.Sororiare igit perinde est:atq; augeri:& procrescere:& nã mãmas Sororiantes vocarũt in puellis(vt a Sex .Pompeio tradit)cũ exuberantes intumescunt:quod illis euenit ex compresso lacte:qua voce vsus est M.Plautus in commedia Friuolaria:qn & fratriare:& fraterculare in pueris accipimus(vt idẽ Sex.asserit)cũ eorũ mammæ intumescere incipiunt:quoniam veluti pares fraterculi oriunt:quod ipsum & in frumẽto spica dicitur facere:cũ virentia grana protuberant.Politianus vero mammas sororientes apud Pliniũ legebat libro xxx.quo loco rigientes mammas habent ceteri codices sed in vetustioribus sororiantes comperies:Piscinæ maris inquit:mammas Sororiantes:ptæcordia:macieq; corporis contingũt.De hoc a Politiano relatum est & in secũda centuria:sed eius commentarii magna ex parte ab his retinentur:atq; occultant:q; meliores litteras.& antiquitatem impudentissime contẽnunt.

Incredendum esse:quod a.C.Plinio scriptum est de.C.Meccenate: q; insomnis p triennium fuerit:ac de his etiam:qui somniantes inambulare consueuerunt.

Caput.XIII.

Quod a Plinio secundo relatum est de C.Meccenate:id equidem nescio risu ne dignum magis sit an admiratione:siquidem supra omniũ fidẽ:atq; opinionẽ videri potest.Tradit em C.Meccenatẽ eo affectu:seu morbo intẽtũ fuisse vti ante obitũ neuti q̃ illis somniis contigerit vllo triennii momento:quod hercle(si vitæ hominum ratio pro re ipsa expenditur)adynaton existimari ab omnibus debet: nisi re rum forte prodigia:atq; portenta prosequamur: cum sit hominis impudentis(vt idẽ Plinius inquit)fidẽ suã illis astringere:quæ naturę pscriptũ penitus.excedit De Theone autem stoico:eiusq; somniis:& illud mirificũ a qbusdam existimat(vt græci autho

res commemorant) ꝓ is dormiens passim ambulare consueuit: quo morbo & periculis seruus laborauit: adeo vt in summis etiam rectis somnians perambularet. Itaq; Philosophi ipsi: qui Pyrrhonis decreta secuti sunt: in dubitatione summa versantur: an sit in omnibus vitæ officiis magis hęrendũ: q̃ pro certo quicq̃ asserẽdũ. Vnũ hoc se scire profitentes: ꝓ nihil penitus sciant: qua in re non minus suam modestiam (vt inquit Augustinus) q̃ ineptam inscitiam arguunt.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER DVODECIMVS.

Qualis doctrina Platõis fuerit: & quo modo inter Pythagoram: & Socratem medius fertur: ex Numenii Pythagorici sententia.

Caput. I.

EGregie Numenius Pythagorus: ac erudite iudiciũ fecit de Platone philosopho: quo pacto videlicet eius viri excellens doctrina inter Pythagoram ipsum: ac Socratẽ media extiterit: sic vt vtriusq; genium facile in eodem agnoscas: cũ comuni iure vtrunq; nõ modo coluerit: sed etiã scribendo magnopere expresserit: verba Numenii hæc sunt: Plato (inquit) certe Pythagoricus fuit: sed huc tamen & illuc libere tradit: ac per singula æque membra inter Pythagorã & Socratẽ medius fert: nam sublimitatem illam Pythagoræ: ad maiorem quidem humanitatẽ deduxit: humile vero illud ac deiectũ Socratis: ad grauitatẽ & magnitudinẽ reduxit: atq; ita Plato Pythagora quidem popularior & communior: Socrate vero grauior & sublimior est. Hæc Numenius de Platone: in libro de dissensione Academicorũ: quæ vel ipse Pamphilus Eusebius recenset. ad Theodorũ episcopũ: quo maxime loco de philosophorum decretis differit.

Quibus viribus polleant: vii: planetæ in hominũ corpore: ex Arabum libris: ac de xii. signis eorumq; potestate ex veterũ sententiis. Caput. II.

IN monumentis Arabum: qui astronomica diligenter tractarunt: non pauca interdum comperiunt: quę non minorem certe eruditionem q̃ gratiam & venustatem retineant. cuiusmodi hoc est: quod ab illis tradit. de vii. planetis eorumq; viribus: tũ in qua maxime humani corporis parte polleant: nam cũ ipi homines (vt res est) de cœlo vitam & spiritũ trahant: fateri etiam necesse est: spheras illas superiores: siue elementa viribus adeo summis excellere: vt in quibusdam corporis partib9 veluti suis domiciliis maiorem omnino vim: atq; potestatem exerceant: sed apponam eorũ traditiones: ex quibus totũ fere hominũ corpus ad illa. vii. elementa deferri: ac deduci videat: & primo asserũt: p solis imaginẽ hominũ vitã significari: ex quo in ipso etiam sole cerebrũ: & corda regi affirmant: linguã vero & os Mercurio: splenẽ a Saturno: hepar a Ioue: sanguinem a Marte: renes & genitale semẽ a Venere: stomachũ a Luna: sed & singulis quoq; signis quæ in Zodiaco ipso motu perpeti mouent: astronomię authores: suas humani corporis partes dederũt: sicuti ex grecis permulti: & ex nostris Iulius Firmicus: q ad apotelesmata ingt maxime ptinere: sicubi valitudinis locũ: aut vitii voluetis inuenire. Ita em referunt ad ipsũ signiferũ: Caput in Ariete: Ceruix in Tauro: hũeri in Geminis: cor in Cãcro: pect9 & stõach9 in Leõe vẽter i Virgine renes verte breq; in Libra Gẽitalia i Scorpiõe: femora i Sagittario: genicula in Capricorno Tibiæ

Idem quoq; de sacciperio.

Quenam balnea (inquit) meũ vorauit viduluni
Aurum atq; argentum vbi omne compactum fuit:
Eadem illa credo: quæ meum marsupiũ
Quod plenũ argenti fuit in sacciperio.

De hippoperis facta est mentio in epistolis Aenei Senecę: cũ de M. Catonis frugalitate disserit M. Cato censorius inquit: quem tam necessariũ fuit reipub. nasci: q̃ Scipionem alter enim cũ hostibus nostris bellũ: alter cũ moribus gessit: cantherio vehebatur: hippoperis quidem impositis: vt secũ vtilia portaret: de velleiis aũt & fiscinis adhunc modum Pedianus Asconius: super secũda Ciceronis oratione in Verrem. sportæ inquit: sportulæ: sportellę nummũ sunt receptacula: & sacci: sacculi: saccelli: & crumenę: & velleię: & scorteę: & mantice: & marsupia: ita etiam fisci: fiscinę: fiscellæ: spartea sunt vtensilia: ad maioris summę pecunias capiendas.

De Rom. spectaculis: & ludis apparatissimis Probi Imper: cũ de Germanis triumpharet: ex historia Flauii Vopisci.

Caput. VII.

TEnent me interdum: quæ a veteribus traduntur de romanis spectaculis: scænicisq; ac variis ludis: in quibus celebrandis videtur adeo fuisse quidam Imperatores procliues: vt in hoc propemodum constitisse appareat totius victorię laus ac dignitas: quoniam fere ad triumphales victorias illustrandas spectacula ista & ludicra parabantur. Sed libitũ mihi est: ea hoc loco referre: quæ in triumpho Probi Augu. Imperatori Romano populo exhibita sunt: cum ex eo abunde possit intelligi: in quibus voluptatibus ac delitiis Romanus populus esset occupatus. Sicubi Rom. Imperatores pro rebus bene gestis solẽniter triũphassent. Probus autem Imper. cum de germanis: Blemiis ac Drungis triumphaturus esset: venationẽ amplissimam Romę in circo exhibuit: ita vt romanus populus omnia passim diriperet: sed ascribã verba Flauii Vopisci: quibus hoc totũ: nec ineleganter prosequitur. Genus inquit (spectaculi cuiusmodi fuit in triũpho Probi Imperatoris. Arbores validę per milites cum radicibus vulsæ: connexis late longeq; trabibus affixæ sunt: terra dein superiecta: totusq; circus ad siluę speciem cõsitus gratiam nobis vironis obtulit. Immissi deinde per omnes additus structiones mille: mille Ceruí: mille Apri: mille Damę: libycæ omnes fere: & cetera herbatica animalia: quãta vel alii potuerũt: vel inuenirí. Immissi deinde populares: rapuit quisq; quod volebat: sequenti die adiecit in amphiteatro vna missione centum iubatos leones qui rugitibus suis tonitrua excitabant: qui omnes contis & sibinis interempti sũt & mox occisi: prætera multi sũt: qui dirigere volebant sagittas: & immissi centum leopardi libyci: centum deinde syriacę: centum damæ: & vrsi simul trecenti: atq; itẽ sunt edita gladiatorum paria. ccc. blemiis plęrisq; pugnantibus qui per triumphũ erant ducti cum Germanis Sarmathis: ac multis latronibus Sauris: Hęc hactenus de Probi Imper. triumpho: quando nec defuerũt apud veteres: qui de ludis scęnicis: ac istiusmodi spectaculis libros integros componerent: quod alibi explicaui: cũ agerem de Iunio Messalla: qui vniuersum quidem patrimonium: in edendis: spectandisq; ludicris dicitur cõsumpsisse.

De veteri grammaticorũ repub. & eorũ moribus: institutis: ac legibus: tam in militia: q̃ in religione: non contemnenda obseruatio.

Caput. VIII.

Nihil inuenio in veterũ cõmentariis vtilius: & ad vitę vſum cõmodius q̃ leges ac varios ritus ciuitatũ obſeruare: moreſq; & conſuetudines multorũ populorũ perdiſcere: quo maior prudentia: & cognitio fiat honeſtior: ex quo cum libros nuper legerem: qui de germanis: eorumq; moribus differunt: non putaui fore indignũ: aut a pręſcripto noſtri operis alienũ: ſi de multis quędam colligerẽ: atq; ad vſum memorię ſubiicerem: cuiuſmodi hęc ſunt: quę ad reipub. imperiũ: militaremq; diſciplinam: & religionem germanorũ ptinerent.

Publica omnia & priuata armati agũt.

Reges quidem ex nobilitate probant: duces vero ex virtute.

De rebus maioribus principes conſultant: de minoribus omnis.

Nullum mortaliũ a propriis laribus arcent: ꝙ aliquem arcere maxime in humanũ ſit.

Sera iuuenum venus: & fœminæ ipſę in robuſta iam ętate nubunt.

Vxores autem ſinguli habent ſingulas:

Neq; dotem marito vxor: ſed vxori maritus affert.

Iam & in militari diſciplina plurimũ commendantur: cum egregie talia obſeruent.

Princi pes enim pro victoria pugnant: & comites cæteri pro principe.

Idem ignominioſum ducunt: ſcuta in pręliis relinquere.

Ex familiis & propinquitatibus conficiunt turmas.

Fœminaſq; interdũ in exercitu habent: quę inclinatam quandoq; aciem feruntur reſtituiſſe. Ad negotia fere omnia. & ad conuiuia armati procedunt.

In cultu vero deorum fidem: pietatem: ac religionem mirifice obſeruant. Nam de diis eorumq; actis ſanctius ac reuerentius dicunt credere q̃ ſcire: vnde illud frequens apud eos de deo credendũ: non quærendũ. Deorũ imagines minime ad humanam formam faciunt: ꝙ illa cœleſtis maieſtas ſupra humanitatem ſit. Nefas putant: vt ignominioſi adſint in ſacris. Talia fere ſunt quæ de germanorũ moribus ab antiquis ſcriptoribus referuntur: ſicuti a tacito. Plinio: & aliis qui pręter alia multa: & hoc de germanis aſſerũt plus valere apud eos bonos mores: q̃ apud alios bonas leges.

Vrbane factũ a Claudio Imperatore de Scypho ſurrepto a. T. Iunio in conuiuio: ac res ibidem explicata. Caput. IX.

Lepide factũ ac perurbane traditur a Claudio Imperatore cũ. T. Iunio viro pretorio in cõuiuio celebri: i quo cũ plures (vt fit) primę nobilitati s cõueniſſet ac ſingulis vaſa corinthia: vel myrrhina: (vt par eſt) apponerẽtur: quo nihil ad elegantiã poſſet deſiderari: inibi. T. Iunius: qui & pretor: & legionis prępoſitus fuit: ſumpta occaſione aureum Scyphũ egregii operis ſuffuratus eſt. qđ cũ in ratione colligẽda. Imperator Claudius deprehenderet: pereleganti commento hominis furtum putauit detegendũ: parato enim mox alio conuiuio: iidem acceſſuntur: qui ad Imperatoris dapes pridie conuenerãt: & cũ ſingulis vaſa eadem gemmea: & precioſa in menſa reponerent: vni duntaxat: T. Iunio ſamiis ac fictilibus miniſtratũ eſt: quod & Suetonius (ſuppreſſo Iunii noïe) ſcribit: ex quo deinceps probro ſeruili reſperſus eſt quaſi ſcyphũ aureũ in principis conuiuio ſurrupuiſſet: vt eſt author Cor. Tacitus: ſed is tamen Iunius in galliæ narbonenſis proconſulatu ſeuere admodũ: atq; integre prouinciam rexit quod apud authores relatum eſt.

Iudiciũ factũ ab Hadriano Imper. de ęgyptiis populis: eorumq; morib9: ac ibidem epiſtola perelegans Phlegontis Tralliani: ac de eius operibus non mihil. Caput. X.

in Aquario: pedes in piſcibus: Mallius vero poeta hęc eadem ad Auguſtum Cæſarem his verſibus.

Signa hæc (inquit) præcipuas in toto corpore vires
Exercent: Aries caput eſt ante omnia princeps.
Sortitur quoq; ſenſus: & pulcherrima colla.
Taurus & in Geminis: ęquali brachia ſorte
Scribuntur connexa humeris: pectuſq; locatum
Sub Cancro eſt: laterum regum: ſcapulęq; Leonis.
Virginis in propriam deſcendũt ilia ſortem.
Libra regit clunes: & Scorpius inguine gaudet.
Centauro femora accedunt: Capricornus vtriſq;
Imperat in genibus: crurum fundentis Aquari
Arbitrium eſt: Piſceſq; pedum ſibi iura repoſcunt.

Egregie factum & ingenti animo a Petro Caponio Florentino: cum Carolo Rege Gallorum in concerpendis tabulis coram eodem rege: cũ iniquiores contra rempublicam viderentur. Caput. III.

FActum eſt anno ſuperiore: vt Carolus Gallorũ Rex cũ magno exercitu: & inſtructis copiis Italię regionem inuaderet: idq; eo animo & conditiõe: vt expulſis Neapolitanis regibus: facilius regno potiretur: ſed anteq̃ expeditiõem obiret: Florentinorũ vrbem veluti victor ingreſſus eſt: ac mutato reipub. ſtatu ab vniuerſo populo & ciuibus: tanq̃ libertatis vindex benigne ſalutatus: ac magnifice exceptus eſt: dein vero cũ in vrbe ageret: cũ magna copiarũ parte: ac indies cunctando expeditionem produceret: quo Florentino populo quamlibet conditionem imperaret: adeunt forte Carolũ Gallorũ regem ciues aliquot ex authoritate ſummi magiſtratus: vt cum eo fœdus componant: conditioneſq; pro tempore & fortuna accipiant: atq; in his forte Petrus Caponius fuit: qui cũ regem Gallorũ nimis videret inſoleſcẽtem: ac fortunæ blandientis illecebris captũ: vtpote qui pro libidine Florentinis conditionẽ imponeret cumq; eã (vt fit) ſcriptis capitibus iniquiorem firmaret: inibi Petrus Caponius Regem forte aſpicit: ac tabulas legit: lectaſq; (vt vir ingentis animi) in oculis tanti regis percerpſit: ac ſimul hiſdem reiectis & nos (inquit) ad militẽ noſtrũ: ac relicto ibidem rege ad curiam pergit: quod & ipſum Carolus rex (q̃uis victoria elat9: & xx. millia militũ in caſtris haberet) admiratus: ciuſq; animũ vt altiora molientem veritus ex itinere iubet eũ reuocari: quo meliori conditione ſtatũ Florentinæ ciuitatis cõponeret: dignũ certe facinus: ac memorandũ contra inſolentiam gallicã: quæ ridendo fidem frangit: & victis illudit. Idem Capõius paulo mox in frequenti ſenatu comitiis approbãtibus Impe. creatus eſt: ad bellũ piſanũ: quę vrbs a populo Florentino in eiuſdem regis aduentu deſciuerat: ſed inter bellica inſtrumenta dũ maiore animo q̃ fortuna verſatur: glande ictus ab hoſtibus occubuit.

Quot in Rom. exercitu legiones ex hiſtoria Polibii viri diligentis: ac de cẽturiis & cohortibus non nihil. Caput. IIII.

VArie traditum eſt a veteribus de Rom. exercitu: & eius numero: tum quot eqtes in eo ac pedites adeſſent: quod ego (vt rei veritas agnoſcatur) ex hiſtoria Polibii viri diligẽtis referẽdum putaui: is enim copioſe hoc totum in libro annalium tertio explicat in hunc modum: vt mittantur ea omnia hoc loco: quæ a Liuio in Rom. hiſtoria deſcribũt. Rõani (inqt) quattuor oĩno legionibus exercitũ abſoluũt:

legiones autem singulæ quaternis millibus peditũ constant:ducentenis equitibus:vel sicubi maior necessitas vrget:quinis millibus peditum:equitibus trecentenis:his totidem(inquit)milites ex sociis adiiciuntur:equites fere triplicati:neq; tamen seruatum id est semper a vitis Romanis quoniam & bello quidem punico decretũ fuit:vt octo tãtum legionibus rem gererent:ac legiones singulę vt quinq; millia hominum haberent Quin & ipse M.Cicero in libro de stoicorum decretis:quę παραδοξα appellat:multi (inquit)ex te audierunt:cũ diceres neminem esse diuitem:nisi qui exercitum alere posset suis fructibus: quod populo Romano ex tantis vectigalibus iampridem vix potest contingere:hoc igitur proposito:nũq; eris diues:anteq; ex tuis possessionibus tantũ reficiatur:vt eo tueri quattuor legiones:& magna equitũ ac peditum auxilia possis.Neq; illud ignoratur qd & singuli quidem Cõsibinas tantum legiones contra hostes ducebant:auxiliis sociorum adiecti s:quod ipsum a probis authoribus assertum est:Cincius autem in cõmentariis de re militari hęc de legionibus rettulit.In legiõe(inquit)sunt centurię.lx.manipuli.xxx.cohortes.x.quod & Gellius quoq; vir Romanus in atticis probat.

De ingenti animo Iulii Cæs.cum ad pontem rubiconem accessit:& edictũ ascriptum:quod in ponto fluminis legebatur.

Caput.V.

Frequens mentio fit in sermonibus hominũ:quanta.C.Cæsar audacia & animo fuerit:cũ cõtra omnem.s.p.q.r.authoritatem fluuiũ Rubiconem cum ex exercitu transiret:atq; ad vrbem accederet.Id ego cum passim legerem: putaui non fore vsq;quaq; indignum:si edictũ illud Rom.reipub:ad Rubiconem(quod in ponte legebatur)subiicerem:ita enim facilius ferociam illam Cæs.& animi magnitudinem intelligemus:qui tantum moliri facinus fuerit ausus:etsi paulũ dicitur tamen cõstitisse:ac de reditu cogitasse:cum quantũ aggrederetur animo reputaret. Est autem hoc(sicuti ex peruetustis monumentis cõpertũ est)in quo illa Rom.Imperii maiestas facile demonstratur.

Iussu.mãdatoue popu.Rom.Cons.Impe.Trib.miles:Tiro:cõmilito: armate:quisquis es manipularie centurio:turmarie:legionarie hic sistito:vexillũ finito:arma deponito: nec citra hũc amnem Rubiconem signa:arma:exercitũ:cõmeatũue traducito .Siquis huiusce iussionis ergo aduersus præcepta ierit:fecerit ve:adiudicatus esto hostis popu. Rom.ac si contra patriam arma tulerit:penatesq; sacris penetralibus asportauerit.

De peris & manticis:eorũq; nominibus:ac de pasceol:o& saccíperiis apud Plautũ inibiq; de hippoperiis apud Anneum Senecam. Caput.VI.

CVm varia sunt nomina sacculorũ & manticarũ:quæ passim apud poetas: cæterosq; authores legantur:eaq; interdũ legentiũ mentem propter raritatẽ:ac nimiam vetustatem detineant:nõ sum arbitratus alienũ esse ab operis nostri instituto:si ea omnia in hunc locũ de manticis & peris subiiciam:quę nunc memoriam subeant.Sunt enim hęc:loculi:marsupia:mantica:calathus:& calathiscus per diminutionem:qui latine qualus:& quassillus:pera item culleus:ascopa:fitula:ascopera:& sacciperium:sed & fisci:fiscinę:& fiscellę:sportula:crumenę:& velleia:his annumerantur scortea:hippoperę:pasceolum & bulga :de pasceolo autem(quia id rarius est)M.Plautus meminit in commœdia Rudente his verbis.

Nummi(inquit)octingenti auri in marsupio inferunt:
Pręterea centum denaria philippea in pasceolo seorsus.

mæ in tabula marmorea descriptum est.D.POT.ETGEN.AEVIT.D.

Quod interpretari ad hunc modum possumus: Diis potentibus & genio æuiterno dicatum.Sed Plinius secundus de æuiterno deo meminit; in cuius sacris furuum bouem imolati mos fuit:quod a Ver.Flacco notatum est.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER TERTIVS DECIMVS.

Pulcherrima descriptio de naturæ ordine ac potestate ex Bardesane Syrio:ac pacuuii carmen allatum de re cosimili.

Caput.I.

PErmulta passim apud philosophiæ authores legũtur de viribus atq; potestate naturæ cuius prouidentia factũ sit, vt elementa itidẽ ipa suis quasi numeris oriantur:cõcrescãt:& obeant:qd omnia æq; animantia simili lege ad ortum & obitum perducantur.Quã rem mirifica quidem elegãtia & eruditiõe videtur mihi in primis Bardesanes syrius descripsisse:quem Pamphilus Eusebius in disciplinis cœlestibus omnium Chaldeorum doctissimum appellat.Sed libitum est eiꝰ verba subiicere quibus aperte cognosci possit: & eiusdem authoris eruditio:& naturæ ipius atq; mortalium vitæ elegãtissima descriptio:cũ inter ipa bruta animãtia:& homines mirificam certe differentiã efferat:sic em tradit. Homo nascitur:alitur:crescit: comedit bibit:dormit:senescit:moritur:quæ omnia ipsi cum cæteris animantibus ęqua ratione communia sũt:sed bruta quidem & stolida animalia(quæ græci αλογα vocãt) cum procreata sunt natura ipa:nõ ratione feruntur.Leo carnes comest.ac si quis iniuriam inferat:strenue pro salute pugnat:oues autẽ fœnum esitant carnes neutiq; attingũt:neq; se ab iniuria defendunt:scorpius terræ glebis depascitur:& aculeo viruleto nec iniuriantes inuadit:formica duce natura futuram hyemem preuidet ob idq; summo labore ipsa ætate alimenta sibi ad vitam recõdit.Apes ipsæ mel cõficiũt:eodemq; nutriuntur:plura eademq; magis miranda possum narrare.sed hęc satis arbitror:ex q bus intelligamus bruta ipa:& rationis expertia ferri natura;ac secundũ eam iucunde viuere.Soli aũt homines cũ & natura(vt dictum est)ducantur mentem simul ac rationem:quæ inde oritur:præcipuũ veluti munus adepti sunt.Etenim nõ vnus qdem hominib9 cibus:sed varius ac diuersus: alii vt leones nutriuntur:alii sicuti oues:neq; itidem vnus omnibus vestitus:non mos:non lex:non vnus viuendi modus:non simplex rerum cupido:sed hominum singuli vitam sibi pro voto deligũt:neq; vicinos(nisi quãtum libuit)imitantur.Hæc hactenus Bardesanes.M.aũt Pacuuius vir in scribendis fabulis excellens:vim ac potestatẽ naturæ in Chrysippo egregie admodum cõscripsit:cuius merito euenit:vt orta oia(quod inqt Sallustius)occidant:& aucta senescant.Pacuuii versus hi sunt.

Quicquid est hoc:omnia animat:format:alit.
Auget:creat:sepelit:recipitq; in sese omnia:
Omniumq; idem est pater:in idemq; eadem
Quæ erunt de integro:atq; eodem occdunt.

De malo ciuilũ dissensionũ:& imago discordiæ elegantissimis versibus a Petronio Arbitro descripta. Caput.II.

CVm nuper legerem Petronii Arbitri carmen de bello inter Cesarem & Pompeium mirifice me talis descriptio tenuit: sed in ea maxime parte sum delectatus: qua discordiæ imaginem graphice & erudite expressit: quod ego ad notandum putaui sigdem nihil inquaq; ciuitate calamitosius: atq; pestilentius est se ditione ciuili: & intestinis factionibus. Sicuti nostra quoq; ætas abūde intelligit: qua subcrescentibus passim italiæ fluctibus ac discordiis: galliæ reges illam inuadentes pessim eaffecerunt: sed apponam carmen Petronii.

Intremuere tubæ: ac scisso discordia crine
Extulit ad superos stygiū caput: huius in ore
Concretus sanguis: contusaq; lumina flebant.
Strabant irari scabra rubigine dentes.
Tabo ligua fluens obessa drachonibus ora:
Atq; inter toto laceratam pectore vestem.
Sanguinea tremulam quatiebat lampada dextra.

Ex his constare potest: q̄ sit diligenter & assidue laborandū: vt istiusmodi seditiones atq; discordias effugere possim9: quoniam id a Catone ciuitatis venenum verissime est appellatum sicuti &.M.Agrippa asseruit: qui multum se debere Sallustianę sentēntiæ professus est: quo loco egregie ac prudenter inquit. Concordia p aruæ res crescūt discordia maximæ dilabuntur.

Romanorum lex de diis colendis: ac probandis per. S.p.q:r:ae de Christo etiā: & quantum Tib. Imperator illi concesserit.

Caput.III.

NVper habita mentio est de Tiberio Imperatore: & Christi miraculis: quæsitumq; a viris doctioribus: an Cæs. Augu. quicq̄ de eo comperisset: qui tot mirāda peneq; incredibilia in ægypto ad Syria palęstina effecisset: qua in re tā etsi non pauca vltro citroq; pro tempore habita sunt ad id pertinentia: nullus tamen ex veteribus copiosius hoc explicat: q̄ Florens Tertullianus: cui eqdem propter antiquitatem: & egregiam eruditionem: non dixerim quantū concedam ac deferam. Is apte probat relatum fuisse Tib. principi per Pontium Pilatum de Christi diuinitate: quī tum apud Syrios præfectus agebat. Quod etiam ī Taciti historia notatū est. Quin & ipsum refert Cæsarem Tertullianus (quod est magis mirandum) detulisse hoc ad senatum: cū prerogatiua (vt inquit) sui suffragii senatus vero Romanus q̄ eam rem minus probaret neglexit: Cæsar in sententia perstitit: periculumq; & pœnā his cōminatus est. qui temere Christianos accusarēt. Hæc inquā a Tertulliano in eo potissimū libro referuntur: qui apologeticus cōtra gentiles inscribitur. Neq; aūt mirum est: si. S.p.r. Impera. Tiberio hac in re nō paruit: quoniam de nouis diis recipiendis: atq; expellendis: senatus ipse qua polleret authoritate decernebat: sicuti Romanæ leges ac decreta statuerunt. Nam & in Pontificum libris ita seruatum est.

Seperatim nemo sit habens deos nouos: siue aduenas:
Nisi publice ascitos priuatim colunto.
Diuos: qui cœlestes semper habiti colunto
Constructa a patribus delubra habento.

Ex his autem facile colligitur: haud permissum cuiq̄ in vrbe deos sibi alios assumere: prætereq̄ quos. S.p.q.r. voluisset: ex quo dictum merito est ab eodem Tertulliano: vetus decretum Romæ fuisse: nequis deus ab imperatore posset consecrari: nisi a senatu etiam probaretur. Eusebius autem Pāphilus in sacra historia hæc eadem asserit.

NOn putaui absurdū fore. nec ingratum legentibus: si Phlegōtis trallianī epistolam de ægyptiis: eorūq; morib9 subiiciam: qui libertus Hadriani Cæs. fuit: quoniam in ea de Iudæis etiam atq; Christianis: & vrbe Alexādria nōnulla refert digna prorsus memoria. Neq; aūt me latet hanc ipam epistolam sub Hadriani principis nomine missam fuisse Romā Seruiano viro maximo. & qui ter cons. fuerit: sicuti Flauius Vopiscus tradit: in libro ad Bassum secundo. Hadrianus inquit Augu. Seruiano Cons. Sal.

Aegyptum: quam mihi laudabas Seruiane: tot am didici leuem: pendulam: & ad omnia famæ momenta volitātem: & illi qui Serapim colunt. Christiani sunt & deuoti sunt Serapi: qui se Christi episcopos dicunt. nemo illic archisynagogus Iudeorū: nemo samarites: nemo Christianorum non presbyter. nō mathematicus: non aruspex: nō alipres. ipse ille patriacha cū ægyptum venerit ab aliis Serapidem adorare: ab aliis cogitur Christū genus hominum seditiosissimū: vanissimum: iniuriosissimū. ciuitas opulenta diues: fœcunda. in qua nemo viuat ociosus. alii vitrum conflant ab aliis charta cōficitur: omnes certe lymphiones cuiusq; artis videntur: & habent podagrosi quod agant: habent cæci quod agant. chiragrici quidem apud eos ociosi viuunt: vnus illis deus est: hunc Christiani: hunc Iudæi: hunc omnes gentes venerantur: & vtinam melius esset morata ciuitas: digna profecto sui profunditate: quæ pro sui magnitudine totius ægypti teneat principatū: huic ego cuncta concessi: vetera priuilegia reddidi: noua sic addidi: vt præsenti gratias agerent: deniq; vt primū discessi: & in filium meū Verum multa dixerunt: & de Antonio: quæ dixerūt: comperisse te credo: nihil illis optio: nisi vt suis pullis alantur: quos quēadmodum fœcūdant pudet dicere: calices tibi albos fortes: diuersi coloris transmisi: quos mihi sacerdos templi obtulit: tibi & sorori meæ specialiter dedicatos: quos tu velim festis diebus conuiuiis adhibeas: caueas tamen ne his Aphricanus noster indulgenter vtatur. Vale hæc de ægyptiis Hadrianus: ex quo sic Vopiscus in vita Saturnini Augu. Sunt inqt ægyptii ventosi: furibundi: iniuriosi: nouarum rerum auidi: & vsq; ad cantilenas publicas liberi. Fuit aūt Phlegon Hadriani principis a secretis: ac libros permultos composuit. sicuti in Sudæ collectaneis legitur: itaq; nō pauci etiam fuerunt. qui opera quædam Hadriani in hūc ipsum Phlegontem rettulerunt. Nam Hadrianus idem tam cupidus famæ fuit: & laudis: vt libros a se scriptos de sua vita libertis suis litteratis dederit: qui eos suis nominibus publicarent: quod cum alii multi tum Aelius Spartianus tradit ad imper. Diocletianum.

Dictum elegans Phauorini philosophi de Hadriano imper. ac itidem simile, qdam Asinii Pollionis cum Octauio Augu.

Caput.XI.

NOn pauca in veterum monumentis reperiūtur: quæ Phauorini philosophi et ingeniū: & optimas disciplinas probent. Is enim vt Hadriani tēpore græca facundia præstitit: ac Rom. quoq; eruditionem egregie caluit Sed impręsens dictum eius admodū elegans apponam: in quo facile atticam astutiam. atq; artē cognoscas: num cum Aelius Hadrianus imper. cū Phauorino (vt fit) de litteris ageret: atq; illū in vocabuli vsurpatione liberius reprehenderet. amicis id arguentibus: qd inquius Hadriano de verbo eiusmodi concederet: quo idonei authores vterentur subridēs Phauorinus. Et male inquit mihi suadetis familiares: qui non illum me doctiorem haberi ab oibus æquo auimo feratis: qui: xxx. legionibus imperet: in hūc modum nimia imper. Hadriani ambitio: famæq; cupiditas deluſa est. Pari exēplo & Pol

lio Asinius: cum fescenninos in eum Octauius Augu. scriberet: at ego inquit taceo non enim facile est in eum scribere: qui potest proscribere: quod in cœnis etiam Macrobianis Auienus asseruit.

Verba Hieronymi exposita de Hismenia contra quorundam inscitiam: atq; ineptias. Tum Antigenide & Hismenia tibicinibus nonnihil additum.

Caput. XII.

Nisi nuper quorundam inscitiam: cum forte Hieronymi apologia aliquot audientibus legeretur contra Turrantiũ Ruffinum: tum eo maxime loco deprehensa est eorum ignoratio: cum de erroribus. lxx. agit in his verbis: & quod nunc dabreiam yn interptatus sum. idcirco feci vt inextricabiles moras: & siluam nominũ: quæ scriptorum vitio coufusa sunt: sensuũq; barbariem apertius per vetsuum cola dirigerem: mihimet ipsi: & meis iuxta Hismeniam canens: si aures surdæ sunt cæterorũ. Quæ verba in eodem Hieronymo leges: in præfatione Paralipomenon ad Chromatium: sed quo loco ait iuxta Hismeniam: qdam fluuiũ intelligi dixerunt: alii montem. alii philosophũ nescio quem: vt nihil ineptius aut dici absurdius possit: cũ sit accipiendũ iuxta Hismeniam hoc loco ex eius Hismeniæ tibicinis dicto: quo se ipsum sibimet canere asserebat: ita enim sensus procedit & dicti gratia: quam rem videtur mihi Hieronymus a græcis authoribus (vt alia multa) mutuatus: qui de ipo Hismenia referunt soãtum sæpe dicere: sibi ipi canendum esse. Fuit enim Hismenias tibicen pertissimus Antigenidis discipulus: de quo etiam Boetius in musicis. Hismenias inquit Thebanus boetiorum pluribus: quos ischiaticus morbus vexabat: modulis cũ cetas fertur absterisse molestias. Neq; illud ignoramus: q hoc ipm qdam retulerint ad Antigenidem: quoniam is discipulo suo diceret: mihi cane & musis: ex quo sic. M. Cicero in libro de claris oratoribus: tibicen ingt Antigenides Discipulo suo vergenti ad populum: mihi cane inquit & musicis. Ipse aũt Antigenides (vt est author. L. Apuleius in oratione ad Seuerianũ proconsulem) omnis voculæ egregius modulator fuit. & omnimodis peritus modificator: seu tu velles æolium simplex: seu asium varium seu lydium querulum: seu phrygiũ religiosum: seu doriũ bellicosum. Mitto nunc ea de Hismenia quæ apud græcos leguntur: quãdo & Plinius nobilem hunc facit: tradẽdo fulgentibus gemmis vti solitum: sic vt ea ostentatione musicę artes magis censerentur. Quod & Nichomacus: & Dionysiodorus pari studio factitarunt.

Deos æuiternos & æuintegros a poeta Ennio appellari: & Apulei verba apposita de diis æuiternis.

Caput. XIII.

Æuiternos deos appellauit. Q. Ennius ea ratione: q in sempiterno ætuo maiestatem diuinam retineãt: itaq; maximum Iouem principem & æuiternũ vocat: sicuti a grammaticis nostris adnotantum est. L. quoq; Apuleius cũ de nomine ac potestate deorum disputat. æuiternos dicit his verbis: hos inquit deos in sublimi ætheris vertice locatos: ab humana contagione procul discretos: plurimi sed non rite venerantur: omnes sed inscite metuũt: pauci sed impie diffitentur: quos deos plato existimat veros: incorporales: animales neq; sine vllo exordio: sed prorsus ac retro æuiternos a corporis contagione sua quidem natura remotos: ingenio ad sũmam beatitudinem porrecto nullius extrarii boni participatione: sed ex bono: & ad omnia cõpetentia prono nutu: facili: simplici: libero. & absoluto. Seruiꝰ autem grammaticus & æuintegros deos refert ab eodem Ennio appellatos: q integra eorum ætas atq; perfecta consistat. In antiquis vero elogiis æuiternum genium legimus: sic. n. Romutuatus fere (vt alia multa) a Tertulliano. quem legum: decretorumq; romano peritissimum vocat.

De nimia feritate Saporis regis cõtra Rom. Imper. Aurelianum ac de Tamburlano etiam principe simile exemplum cõtra Bayssettum Thurcarum Imper.

Caput. IIII.

Vi res gestas imperatorum apud veteres litteris commendatũt: de Sapore Persarum rege inter alia vnum hoc animi insolentis. & imperiosi exemplũ referunt: de quo mihi agendum putaui. Is enim Sapor cũ in bello contra senatum po. q. r. impera. Aurelianum cepisset: cum maxima qdem ignominia eum hominem captiuum detinebat. qui totius fere orbis terrarum imperator fuisset: sic vt ascensurus equum Rex sapor: curuatos Aureliani humeros pedibus premeret: ac deinde equum regeret. Qua animi elatione & insolentia: nihil prope immodestius. aut insolentius dici potest: cum & rex Belsolus. Odenatusq;. & Valenus: aliiq; cõplures præclari principes ad repetandum Rom. Impe. Aurelianũ insurgerẽt contra Saporem: sed et Tambulanus (qui multo post Imperator maximus apud Scythas præstitit) nõ minore qdem sæuitia & animi feritate fuit: quod alibi a me commodius relatũ est. Is em Tamburlanus Bayssettum thurcarum principem cũ in bello cepisset: per omnes sane expeditiones: quas egit complures: cathenis deuinctum in exercitu circũagebat: quo tam diro exemplo talis crudelitas magisq; populis innotesceret.

De. L Metello viro clarissimo: & q in tota vita decem præcipua pro voto sit consecutus: ac de Crasso etiam Mutiano: eiusq; insignibus.

Caput. V.

Gregie factum est: ac pro Romana dignitate a L. Metello. qui decem se præcipua: & maxima in tota vita consequi summo ambitu desiderauit eaq; (vt traditur) abunde pro voto sibi parauit: sunt aũt hæc: quę vir maximo animo et cõsilio cõcupierit: vt ex his aperte intelligatur: q̃ vel a tenera ætate virtutum signa in hominium ingeniis prælucescãt. Voluisse. n. ferunt primarium se bellatorem esse: optimũ oratorem: fortissimum imperatorem: auspicio suo maximas res geri: maximo honore vti: summa sapientia esse: summũ senatorem haberi. pecuniam magnam bono modo inuenire: multos libros relinquere: & clarissimũ in ciuitate esse. Atq; hęc quidem (vt dixi) cõsecutus traditur. Sicuti. Q. Metellus scripsit in oratione de laudibus patris: &. C. Plinius in historia naturali recensuit. siqdem nõ modo quindecemuir fuit agris dandis sed pontifex: bis Cons. dictator: & magister equitũ: etiãq; a pop. Rom. curru donatus: quo incuriam veheretur. Quod ipm alibi a nobis copiose relatum est: P. vero Crassus Mutianus vir strenuus atq; calrissi. quinq; maxima & præcipua dicitur habuisse. vt Asellio Sempronius in romana historia tettulit: q̃ esset qdem ditissimus: nobilissimus: eloquentissimus: iurisconsultissimus: qd etiã põtifex max. Quã rẽ et in Gellianis noctibus competies:

Diligens adnotatio de genetibus telorũ ac moribus: & quæ cuiusq; gentis sũt: tum de lancea: & cestris nonnihil.

Caput. VI.

NOn defuetũt apud veteres: qui de re militari cum scriberẽt. Telorum quoq; genera: & gladiorum referrent: sed ea tamen minus apte: & commode distixerunt. Quod ego nuper in quorundam obseruationibus cognoui. q veterum authoritate decepti: paulo imprudentius in eũdem sunt errorem delapsi: q-

in re vt ad liquidũ veritas pernoscatur: telorum genera & iaculorũ afferemus: qbusq̃ nominibus apud suos populos censeãtur: nequis diligentiam in nobis: maioreq̃ prætere curam desideret: sũt igitur hæc quæ apud probos authores iaculorum vocabula cõperies: spari: cateiæ: frammeæ: caiæ: rumigisti: mesanculæ: sibini: gessa: veruta aclydes: romphea: lanceæ: pila: sarissæ. nam & scibones quoq̃: & tragulas: & telones: hastas: sudes: phalaricas. issos: faces: semiphalaricas: cestra: solliferrea: & scorpios leges. Propria vero populorum hæc sũt (vt doctiores fere cõsentiunt) frammeæ germanorum: gessa Gallorum: romphea thracum: lancea Hispanorum. Pila Romanorũ. Issi boiorum: sarissæ Macedonum: vnde Sarisophoros milites (qui cũ Alexandro macedone decertarunt) frequẽs apud authores inuenias. Sibini vero Illyricorũ sunt. Q̃ autem lanceam dixerim esse hispanicum: secutus sum. M. Varronem. & Gellium: nam Varro ipe in libris rerum diuinarum lanceam asseruit nõ latinum qdẽ: sed hispanicũ esse verbũ: etsi Pom. Festus (qui Verri Flacci commentarios in breuiariũ contraxit) græcum esse hoc scribat: q̃ apud eos λογχη pro hasta capiatur: ac λογχηφορ satelles sit: vnde ridiculus error vulgi e sacra historia emersit: Longinum temere credentis p̃ lancea: cũ verba in Ioannis euangelio ad hũc modũ legantur αλλ ειστων στρατιωτων λογχη αυτου την πλευραν ενυξε. Cæstrõ vero apud græcos teli genus: quod in bello persico inuẽtum fuerit: sicuti Sudæ collectanea probãt. Quidam ex nostris Viriculum latine vocarũt. Sibinam quoq̃ inter ipa tela relatam: Sex. Põpeius libro. xix. de verbis priscis testatur. Sibina inquit apud illyricos telum dicitur: venabuli simile: de quo &. Ennius in Rom. annalibus meminit.

Illyrici restant: æcis sibinisq̃ fodentes.

De anatomicæ disciplina: & historia de Aristomene Messenio: qui hirsuto corde fuerit: ac ibidem relata quædam ex veteribus de humano corde.

Caput. VII.

Videre est apud eos authores qui libros anatomicos ediderũt: miranda quædam: & quasi incredenda describi de humani corporis partibus: qua in re putamus magna ex parte fidem illis adhibendam: quandoqdem curiosa veterum sedulitas: nihil prope. intactum. vel inconsideratũ reliquit: in quo non se demitteret. Illud aũt inter alia me nuper tenuit: q̃ in qbusdam hominibus traditum sit. cũ eorum cadauera dissecarentur: hirsutũ cor fuisse inuentũ: veluti & in corde bouis: equorũq̃ ossa etiã comperta. Inter alios vero Leonidam Sprthanũ. & Aristomenem Messenium nominauit. C. Plinius: & Max. Valerius eosq̃ animo & fortitudine fuisse insignes: atq̃ præclarissimos asserunt. Etenim Aristomenes qdem (vt in veterum historiis traditur) trecentos Lacedæmones occidit: cumq̃ idem conuulneratus foret & captus: latomiarum pœnã & angustias: per cuniculos: & cauernas euasit: sequut⁹ videlicet subterraneos aditus. Iterum captus (custodibus somno sopitis) ad ignem accessit: & lora cũ corpore exussit: cum tertio caperetur. Lacedæmones eiusdem pectus dissecuerunt: quo homines quoq̃ introspicere possent inuentũq̃ est hirsuto corde fuisse Aristomenem. De perdicibus autẽ: q̃ in paphlagonia bina corda habeant: authores sunt. philosophus Theophrastus. Plinius: & Gellius: sicuti etiam vulgatũ illud in extispiciis: cor ipsum aliquando haud in victimis inuentum: quod ipsum. C. Cæsari sacrificanti non semel dicitur accidisse: quibus autem cor rigidum sit: bruta illa: & stolida animantia eixstimantur: quibus prægande: timidiora & pauida: quibus parua: audaci et animosa: quod &. C. Plinius ex Aristotelis libris: vt alia multa recẽset: quo loco de anatomicę differit.

Quo modo Dioclitianus Cæs. Imperii dignitatem cõtempserit: & quibus verbis apud po. Romanum deprecatus sit.

Caput. VIII.

Dignũ sane exemplũ de imperio Diocletiani Augu. in veterũ cõmentariis reperitur. Is enim Dioclitianus Romæ imperator factus: diu imperiũ cũ Herculio Cęs. tenuit: quo factũ est: vt i seniũ vrgeret: relicta impandi cura: priuati hominis personam delegerit: quasi parũ foret idoneus: ad imperiũ Rom. popu. moderandum: Quod equidem propterea existimaui referendũ: vt etiam quiuis intelligat: q̃ maxime interdum fallantur homines: qui a summo ambitu conquirant: & immoderata libidine expetant: quæ fugienda prorsus: ac deuitanda prudentiorũ iudicio censent. Nã hic idem imperator Dioclitian⁹: vbi se imperio abdicauit: Salonas concessit dalmatiæ vrbem: in qua natus esset: cũq̃ ibidem priuatus in villa iuxta Salõas ageret: ac molliter pro ętate pręclaro in otio conquiesseret: rogatus plurimũ est: a Senatu. p. q. r. ad imperium recipiendũ: sed is talem dignitatem æque ac maximam pestẽ accusauit: atq̃ in hũc etiam modũ rescripsit. Vtinam Romani possetis holera visere: nostris manibus Salonis instituta: profecto enim nũq̃ istud tentandũ iudicaretis. Ex quibus haud dubie colligitur: quanti sit habẽda ratio vitę quietioris: præsertim in ætate iam affecta. Nam idẽ quoq̃ Dioclitianus cũ priuatus viueret: prudẽter atq̃ egregie de imperio dixit: Nihil esse in rebus humanis difficilius: q̃ bene imperare. Quod & Flauius Vopiscus in commentariis ad Bassum scribit.

Dissentire. C. Pliniũ ab antiquis scriptoribus de vrsis Numidicis & q̃ in libya: & Numida celebrentur: ex Solino: Herodoto: & aliis.

Caput. IX.

Seruatũ est: in Rom. annalibus relatum: vrsos quidem numidicos in circo Romano ab Aedilibus editos. M. Pisone: &. M. Mesalla Cos. qua re. C. Plini⁹: mirati se plurimũ refert: q̃ etiam numidicos additũ sit: cum in ipsa (vt inquit) aphrica minime vrsi gignantur. Ego & si a Plinii authoritate non censeam penitus dissidendum: quoniam is quidem in veterũ monumentis perquirẽdis pensandisq̃ diligẽtior cæteris: & accuratior videri solet: non tamen prętermittam: quo minus ea de vrsis numidicis ascribam: quę cũ publica annaliũ authoritate conueniant. Siquidem Iulius Solinus in polihistore (ita enim liber inscribitur) de vrsis numidicis hæc tradit. Numidici vrsi forma inquit cęteris præstant: rabie duntaxat: & villis profundioribus. Quod haud dubie probat & in ipsa pariter numida vrsos procreari. Verba aũt ex Rom. annalibus hęc sunt: quę Solinus etiam (vt alia permulta) ex libris Plinianis trãstulit. M. Pisone & M. Massalla Cos. ad xiiii. Cal Octobris. L. Domitius ęnobarbus curulis ędilis vrsos numidicos cẽtũ: & totidem venatores æthiopas in circo rõano dedit qd: spectaculũ inter memorabiles titulos annotantur. Herodotus quoq̃ alicarnesseus idem sensit de vrsis libycis: vt poetas nostros mittamus: qui aperte probant: fuisse numidos vrsos maxime celebres: nam & numidas: & libycos passim appellitãt. cuiusmodi illud.

Profuit ergo nihil misero: q̃ comminus vrsos.
Figebat numidas: albana nud⁹ arena.
Aliud: Q̃ ferro libyci domantur vrsi:

De figuris & effigie elementorum: ex Pythagorica doctrina apud Philosophum Platonem.

Caput. X.

Ro comperto iam omnibus est: Platonis quidem philosophiã magna ex parte factis illis: ac mysteriis Pythagoræ prouenisse: quando & ipse Plato plataq; non aliter sensit: ac Pythagoras quod ipsum alicubi ingenue professus est: vt homo ad veritatem natus: cuiusmodi etiam placita hæc atq; decreta sunt de mundi primordiis: eorumq; habitu & figuris. Asserit enim Pythagoras: quiq; eũ secuti sunt Terræ elementũ cubi: seu quadrati effigiem preferre: Ignem vero Pyramidis: Aquam forma esse octangula: vniuersum aũt duodecim angulorq; effigie: in qua sentẽtia & Plato ipse fuit: qui in Tymeo copiose hoc totũ percensuit. Quod ego vel ob id obseruãdũ putaui: vt istiusmodi etiam opiniones memoriæ commẽdarem: sed enim Pythagoras in hunc modũ ait: sicuti & Claudius Galenus repetit: quo loco de philosophorũ placitis: atq; sententiis disputat: Pythagoras ingt εν μεν γαρ του κυβου γεγονεναι την γην φησιν εκ δε τησ πυραμιδοσ το πυρ εκ δε του οκταεδρου το υδωρ, εκ δε του δωδεκαεδρου την του παντοσ σφαιραν. quod & Ioannes Zezes diligenti studio prosequutus est: vir (vt apparet) in omni antiquitate maxime diligens.

Quid in Romana Theologia forent Deus Sentinus: & Deus Vitunus: ac de diis etiam selectis nonnulla ex Varronis: & Augustini commentariis.

Caput. XI.

Libros. xvi. scripsit. M. Varro de Romanorũ Theologia: in quibus cum varia deorũ nomina: atq; rationes collegisset: in tam diuerso: tanq; multiplici deorum numero: Vitunũ: & Sentinũ enumerauit: eosq; appellari sic asseruit (vt est author Augustinus) q̃ alter vitam: alter sensum a puerperio largiat: itaq; hos deos Augustinus obscurissimos appellat: & hi tamẽ (inquit) multo plus præstant: cum sint ignobilissimi: q̃ illi tot proceres: & electi dii. Nã nihil dici potius atq; præclarius potest in omni officio mortaliũ q̃ viuendi: ac sentiendi munere ampliari: quo circa viuificatorem: ac sensificatorem nominat. Quod autem selecti dii ab Augustino nuncupantur: sciendum est hos omnes a Varrone explicatos vno volumine: ob eamq; rationem sic appellatos: q̃ ampliorem potestatem: atq; dignitatem possideant: seu q̃ apud ipsos populos celebriores aliis forẽt: maioribusq; honoribus colerẽtur: quapropter a veteribus dii selecti nobilissimi habiti sũt: supra cęteros deos: ab Augustino bis deni enũerantur: ex traditionibus. M. Varronis. xii. mares. viii. fœminæ: hoc est Ianus: Iupiter: Saturnus: Genius: Mercurius: Apollo: Mars: Vulcanus: Neptunus: Sol: Orcus: Liber pater. Tellus Ceres: Lucina: Iuno: Diana: Mimerua: Venus: Vesta: Sed hęc de diis alibi explicauimus dicatis huic operi voluminibus.

Q̃ sit grauissimum crimen nimia in homine insolentia: & q̃ p̃ comitiali morbo habeatur: atq; execretur a philosophis.

Caput. XII.

Quantum prestitit priennensis Bias consilio atq; sapientia in omnibus vitæ officiis: notum est his omnibus qui antiquitatis studio: atq; disciplinis delectãtur: cum ab ipso etiam Apolline propter egregiam singularemq; illi sapientiam: tripode aureo donatus tradatur. Is igitur inter cętera hominum vitia & delicta: fastum: prę̃cipue ac insolentiam odio maximo habuit: nihil existimans iniquius ac scelestius in rebus humanis fieri: q̃ elatione animi: immodicaq; arrogãtia vti. Quocirca modeste inquit & ciuiliter in vitę officiis agendum esse. Ita enim gratia & studium paratur apud omnes: fastus autẽ & insolentia atq; odium affert. Sed & Zeno ille citieus (cuius

verecundia præcipuę commendatur) monere homines cõsueuit: vt nihil prorsus fastũ & insolentia: indignius atq; fœdius existimarent. Idq; cũ omnibus tũ in iuuenibus maxime: q̃ eorũ ingenia sine vlla ratione impudentissime insolescant: eoq; nomine in furorem atq; insaniam facile rapiantur. De qua re cũ copiose atq; eleganter Picus Mirandula mecũ disseruisset: haud alienũ existimaui ab instituto nostrę professionis: aliquid ceu mnemosynon mihi ipsi adnotare: est enim hac in re habenda semper memoria Heracliti Ephesii sententia (qui ex ipsa scribendi obscuritate scotinos est appellatus) is nãq; fastũ diceba t atq; animi elationem: perinde atq; sacũ morbũ seu comitialem habendum atq; extimandum

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER QVARTVS DECIMVS.

Q̃ probis moribus & egregia doctrina Plutarchus prę̃stitit: ac ibidẽ epistola eiusdem ascripta ad Vlpium Traianum Augu.

Caput. I.

Omplura sunt in græcorũ commentariis: quæ Cheronensis Plutarchi mores: atq; ingeniũ declarent: quanta videlicet modestia & probitate omnes disciplinas: atq; optima studia percoluerit: et si opera ab eo composita elucubrataq; vigilię hoc totũ etiam comprobent: iuxta illud: qualis oratio talis vita. Nam cum Vlpii Traiani Augu. præceptor fuerit: ac eiusdem ingenium bonis disciplinis istruxerit: Suũ eẽ officiũ existiauit: nõ minus honestis studiis: q̃ pprio vitæ exẽplo eũ optime erudire: q̃ merito cõsensu omniũ tori⁹ orbis terraq; impera. dici deberet: neq; modo imperator sed optimus imperator: quod in nummis adhuc veteribus vulgo perspicitur: in quibus idem Traianus titulo quasi peculiari optimus censetur. Sed libuit epistolam philosophi Plutarchi subiicere ad eũdem Traianũ descriptam: quo facilius iudicari possit quanta animi libertate: ad optima quęq; consequenda adhortetu & moneat: quasi iã tum tanti animi indolem: ac virtutem prenotaret. Plutarchus Traiano Augu. Salutẽ Modestiam tuam noueram nõ appetere principatũ: quem tamẽ optimis moribus semper meteri studuisti: itaq; tanto dignior hoc iudicaris: quanto a crimine ambitionis abesse longius existimaris: quo noie tuæ virtuti gratulor: & fortunæ meę: si eum recte gesseris: quem pro be meruisti: alioqui te periculis: & me detrahentiũ linguis subiectum iri non dubito: cũ & ignauiam Imperatorum Roma non ferat: & sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in pręceptores: Sic Seneca Neronis sui culpa detrahentium verbis incessitur: adolescentum suorũ temeritas in Quintilianum refunditur: & Socrates in pupillum suum dementior fuisse culpatur: Tu vero quodcunq; velis: aut cupias rectissime geres: si non a te ipso recesseris: si primum te animumq; tuum composueris: si omnia ad virtutem disposueris: recte tibi vniuersa processerint: ciuitatis constitutiones: morumq; vires tibi descripsi: quibus si (vt par est) obtemperaueris: Plutarchum viuendi habebis authorem: alioqui præsentem epistolam testem inuoco: quod i perniciem quidem Rom. imperii non pergis authore Plutarcho. hęc hactenus: quæ ab authore in libro de imperatoria institutione referuntur.

Sacricommissum: & impie commissum quomodo inter se differant: ex pontificũ legibus: & quid hæc verba significent.

Caput.II.

APposite me hercle: & erudite seruata est a veteribus Roma. proprietas quædam & potestas in exponendis vocibus: adeo vt quo antiquiores aliquid scripserunt: eo id videbatur absolutius: doctius: ac sincerius: sicuti q̃d nuper in iure pontificum Rom. legimus: quo loco impiecommissum: & sacricommissum differre inter se asserũt: nam committere impie is dicitur: qui tamen purgari potest: ille autem sacricommissi arguebatur: qui nullo pacto aut tempore posset expiari: versus ex tabulis illis pontificum hi sunt.

Sacricommissum est: quod nunq̃ expiari poterit:

Impiecommissun est: quod expiari poterit.

Qua in re pegregie mihi videtur cõsiderasse aliud ad vite modestiam pertinere: alterũ ad religionem & deos: itaq̃. M. etiam Cicero ius pontificum accurate doctus: hoc inq̃t postremum vel aspersione aquæ: vel dierum numero tollitur: animi labes neq̃ diuturnitate vanescere: nec manibus vllis elui potest.

De obitu demonum: ac memoranda historia de Panis interitu Tib. Cęs. imperante: tum de Christo etiam nonnihil considerandum.

Caput.III.

LIbrum fecit Cheroneus Plutarchus hoc titulo: q̃ oracula veterum defecerint Vir iudicio & græca eloquentia summus: in eo autem dæmones quoq̃ ipsos fuisse mortales affirmat: exemplumq̃ adiicit de Panis memorando interitu quem accidisse inquit Tib. Cæsare imperante. quod ego prætериissem: vt commentitium: & fabulosum: nisi me Plutarchi grauitas: & in rebus decernẽdis iudicium commoneret: sed eius verba subscribam: ex quibus aperte hoc totum de Panis interitu constare possit. De morte (inquit) dæmonũ audiui equidem a rhetore Aemilião: viro & prudente ac modesto: quem multos vestrum cognouisse arbitror: q̃ cum eius pater Italiam adnauigaret: circa insulas quas appellant echinadas: & ventis deficientibus prope Paxas deuenisset: cumq̃ omnes fere: qui simul nauigabant: attentiores euigilarent: repente a Paxis insula vox magna est exaudita: qua Thannus quidam vocabatur: quæ vox rei nouitate magno admodum terrore cunctos perculit. Thannus enim ille: qui vocabatur: homo erat ægyptius: eiusdemq̃ nauis gubernator: ex quo semel atq̃ iterũ vocatus nihil respondit: Tertio autem morem vocanti gessit: atq̃ illi respondit: ille vero multo maiori voce exclamauit. Cum fueris propter paludem: nuncia tunc Pana magnum esse mortuũ: quo audito dicebat Epiterses (ita enim Amiliani pater vocabatur) omnis magno terrore fuisse affectos: cumq̃ magnopere dubitarent: an eiusmodi voci foret obtemperandum: Thanni gubernatoris consilium hoc a cæteris probatum est: vt si venti pro voto spirarent: nihil prorsus dicendum: sin autem contra accideret: ac flatus eo loco deficeret: pro loquendum esse: quod audierunt. Cum igitur paludem attigissent: neq̃ tum venti spiraret: Thannus ipse in equor pronus clara voce exclamauit: quę audierat: Magnus Pan mortuus est: quo nũciato statim magnus multorũ gemitus: quodam quasi miraculo exauditus est: quoniamq̃ haud pauci fuerant q̃ simul nauigabant: cũ facili cursu Romam venissent: tantę rei rumores vniuersam quidem ciuitatẽ replerũt. Ti. aũt Cesar (q̃ Romanę tũ reipu. imperiũ gerebat) Thannũ accersiuit eiq̃ tam certam fidem habuit: vt conuocatis philosophis: qui in vrbe erant: diligenter quæsitum sit: quisnam ille Pan esset: ipsi vero philosophi pari consensu dixerunt: de

illo quidem nunciatũ videri: qui a Mercurio: & Penelope originẽ duxerit: hactenus Plutarchus. Quæ vel Pamphilus Eusebius ad episcopũ Theodorum recenset: Idemq̃ ait dignum esse diligenti animaduersione: eodem tempore fuisse hunc demonis obitum quo & Christus: quem pro summo deo Christiani colũt: qui omnes quidem dæmones de hominũ vita expulit: atq̃ deiecit. Tib. enim imperãte christus vixit: & p̃ salute mortalium in crucem elatus est: sed hoc totum commodius in sacris theorematis explicauimus.

Galieni Impe. impudenter dicta contra Rom. rem pu. & quo animo fuerit in acceptis cladibus atq̃ defectionibus.

Caput.IIII.

CVm legerem nuper Rom. annales: in quibus imperatorum historia scribitur: apertecognoui quãto in discrimine romana dignitas sępissime ageretur: his presertim temporibus quibus ipsi principes libidinibus ac voluptatibus deditinihil preterea pensi habeant de imperio Rom. & eius maiestate. Itaq̃ mirandũ nõ est: siquando tam summa dignitas ad hastam etiam deuenit: ac vilissimi instar mancipii venditiõi exposita est: vt is imperiũ orbis possideret: qui plus auri militibus obtulisset. Illud autem fœdus: atq̃ dãmosius: q̃ & quidam impe. de acceptis cladibus: ac prouinciarũ defectionibus: impudentissime iocati sunt: cuiusmodi fuerũt illa: quæ Galieno imperante contigerunt: Is enim tam perditæ fuit licentię atq̃ improbitatis: vt contra Rom. decus: propriamq̃ dignitatem: in his iocari non dubitaret: quę in humani generis damnum extarent: sicuti ab antiquis scriptoribus asseritur. Nam cũ Galieno relatum esset: ægyptũ a Rom. imperio desciuisse: ita illudens inquit: quid: sine lino ægyptio esse non possumus? Perdita autem Gallia risisse fert: & non est inquit tuta respu. sine trabeatis sagis? Cũ vero Asiã vastatam: & Alemannorũ concursionibus: Scytharumq̃ inuasionibus cõperisset: quid? inquit sine aphronitis esse non possumus? Sed istiusmodi plura alia & fœdiora de Galieno impe. a Pollione Tremellio scribuntur ad constantinum imperatorem.

Probro fuisse apud romanos: vt equites ac pedites in cœlibatu essent: tum leges allatæ contra cœlibatum: & q̃d item Moses & Plato statuerint.

Caput.V.

EGregie ac prudenter a veteribus factũ est: qui ciuitatũ instituta & leges volebant a suis ciuibus perdisci: ne videlicet ignari rerum & vitę: rationisq̃ expertes haberi possent: nam quid esse hominibus melius ac potius debet: q̃ ex aliorum inuentis: atq̃ constitutionibus prudentiam augere: & inscitiam prorsus repellere Ex quo illud nuper obseruandũ putaui: quod in. xii. relatum esset contra eos ciues: qui in cœlibatu persisterent. Erat enim censorũ officiũ: ne Romæ equites ac pedites cœlibes forent: q̃ hoc ipsum veluti probrũ habitũ est. Versus autẽ ex antiquis legibus subiiciam: quo facilius id totum innotescat.

Censores equitum: peditumq̃ prolem distribuunto.

Cœlibes esse prohibunto.

Mores populi regunto.

Probrũ in senatu ne relinquunto.

Ex his constat: qua diligẽtia & studeo seruatum sit a. s. p. q. r. vt eorum soboles concresceret Valerius autem maximus Camillum: & Posthumium Censores tradit fecisse cos ærarios: qui ad senectutem cœlibes peruenerant: cumq̃ aliqui talem constitutionem incusarent: puniti sunt a censoribus: hæc asserentibus. Natura vobis quemadmodum

nascendi: ita gignendi legem præscribit: parentesq; vos alendo nepotum nutriendorũ est debito: siquis pudor alligauerũt: ite igitur: & nodosam exoluite stirpẽ vtilem posteritati numerosæ. Sed & Moses hoc idem constituit: qui diuinas leges: quasiq; oracula quædã hebræis tradidit. Plato vero in omni vitę officio consultissimus: ita in legib⁹ statuit: vxorem quisq; a xxx. anno: vsq; ad trigesimum quintũ ducat. siquod non faxit pecunia & probro mulctetur: [redacted] Hinc factum existimo: vt in Rom. ciuitate leges trigeminæ: & aliæ passim latę sint: ad vsum procreãdæ sobolis: de quibus apud veteres permulta leguntur:

De centenariis cœnis: ac verba Tertulliani exposita: tum de lege Fannia: & miliariis apris: & columnis.

Caput. VI.

TErtulliani verba sunt in Apologetico contra gentiles: quo loco de Rom. legitus agit: quo nam illæ leges abierũt: sumptum & ambitionem comprimentes: quæ centum æra nõ amplius in cœnam scribi iubebãt: nec amplius q̃ vnã inferri gallinam: & eam nõ saginatam: in his autem sumptuarias leges insinuat: quib⁹ cautum erat ne supra. C. HS. in conuiuiis quisq; romanus expenderet: sed etit puto minus indignum: si verba Fannię legis referemus: cum præsertim de re ipsa non Gellius tantum: sed Sammonicus: & Macrobius aliquid tradant: vt ea mittam impræsens: quę de Licinia: æ miliaq; legibus dicantur: satis enim futurũ est gratis: si de Fannia quę legerim apponam: quibusq; verbis cibarii sumptus: ac nimius romanorum luxus inhiberetur Ludis (inquit) romãis plębeis: & saturnalibus: & aliis quibusdam diebus ęra cẽtena in dies singulos impendũto: & aliis diebus. x. in singulis mensibus trigena sunto: cæteris diebus omnibus tantũdem: si quis plus faxit dicta pœna damnatus esto: hinc Tertullianus romanorum libidinem & ambitionem in conuiuiis tam vrgẽtet accusat: cœnasq; illas veterũ parciores appellat centenarias: video em̃ (inquit) & centenarias: cœnas: a centenis iam sestertiis dictas. Nam & Lucilius poeta ama rulẽtus centussem in satyris: legẽ eãdẽ lepide vocauit: pmultis aũt legibus cœnas illas pfusiores: & adipales romani coercuerũt: quod in veterum commentariis abunde explicatur. C. certe Plinius cum de nimio sumptu romanorum in extruendis ędificiis scribit: ad hũc modum Rom. po. improbitatem incessit. Extant inquit censoriæ leges glãdia in cœnis: glitesq; & alia minora apponi vetantes: marmora inuehi: & maria huius rei causa transiri: quę vetaret lex nulla lata est. Iam & in veterũ ędificiis columnę: & porticus centenarię sunt appellatæ: quę centum passibus longę essent sicuti & milliarię porticus apud Suetonium: & alios authores: a numero millenario dicuntur: Var. autem Terentius ad Q. Plinium de villaticis pastionibus miliarios aptos vrbane appellat: qui mille pondo credere tur: Aelius vero Lampridius Antoninũ Heliogabalum Imperatorem: centenaria vasa refert habuisse argentea: id est vt coniicio centum pondo. verba eius hęc sunt. Primus Heliogabalus mẽsas deinde & capsas argenteas habuit. Primus etiam cacabos vasa deinde centenaria argentea sculpta: & nõnulla schematibus libidinosissimis inquinata.

De vrbanitate. M. Antonii cum græcis: & quo cõmento Athenienſium blandimentis illuserit: ac digno talione repressérit.

Caput. VII.

VRbane factum est: atq; admodum callide a. M. Antonio: cum Atheniẽsium vrbem victor ingrederetur: nam cum ipse Antonius ob res egregie gestas: pro deo Libero haberi se vellet: atq; id nomen statuis etiã velut insigne elogiũ ascriberetur. Athenienſis populus vt qui pingenio & salibus præstaret: statim cõsilium hoc iniuit: vt ipsum quidem Antoninum in tanta victoria non summis modo honoribus decoraret: sed etiam veniẽti blandienter obuiam iret: & ea ratione qua Bacchi numen salutando exciperet: eunt igitur obuiam Athenienses cũ liberis: & cõiugibus: & Dionysium vocitantes blandissime salutarunt: qd hactenus satis cõmode pro re ipsa processerat: sed quoniam blãditi atticorum est: ac nimium assentati: adiecerunt etiam Palladem se (quæ in arce Athenienſium colebatur) Libero in matrimonium despondisse: simulq; vt eam duceret nuptiæq; fierent impense illũ rogauerunt Quod Autonius haud quidẽ contẽpsit. & occasiõe accepta: ducturũ se prorsus respõdit: sed imperare tamen se Athenienſibus nomine dotis mille talenta. In quo apparet q̃ subdole: q̃ astute Romana callidita s ingenio attico illuserit: quando Athenienſium plausus ac blanditiæ. non modo (vt inquit Anneus Seneca) ab homine Ro. deprehẽsæ sunt: sed etiam castigatæ. Quo nomine quidam e græculis festiue ac scitule in hũc modum fertur iocatus. Hic impune ad vxorem: sed athenienſium sponsalia mille talentis sunt æstimata.

Quæ apud Syrios dea Adagartis: ac de eius simulacro: & q̃ virginis signum pro Iustitia sit a Nigidio Figulo acceptũ. eiusdẽq; verba apposita.

Caput. VIII.

CVm nuper legeretur Bassi commẽtarium super. C. Germanici phenomenis: quæ ille ex poeta Arato ciuibus romanis latina exhibuit: in eum forte locum lectio deducta est: quo de Erigone a Germanico scribitur: hæc em̃ inter Leonem & Libram domicilium tenet: sed ibi forte quæsitũ est: quænã foret dea Adagartis: quoniam Bassus ad hunc modum de ea tradit. Virginẽ (inquit) nonnulli esse Ceterem dixerunt. eo q̃ spicas teneret: alii Adagartim: quidã vero fortunam: quoniam sine capite astris infertur: verũ cum nihil tum suppeteret: incidi mox in Macrobianas cœnas: in quibus potestas ac vis eiusdẽ Adagartis descripta est: quo maxime loco de Adad: & Adagartide syriis diis agitur: sed ascribam Vectii prætextati verba: nequid hac in re possit desiderari. Deo inquit: quem summum maximumq; Assyrii venerãtur Adad nomen indiderunt: eius nominis interpretatio significat vnum: hunc ergo vt potissimum adorant deũ: sed eidem subiungunt deam nomine Adagartim: omnẽq; potestatem cunctarum rerum his duobus attribuunt. Solem: terramq; intelligẽtes: nec multitudinẽ nominum enuntiãtes: diuisam per omnes species potestatẽ: sed argumentis quibus ornatur significantes: multiplicem præstantiã duplicis numinis: ipsa autẽ argumenta solis rationẽ loquuntur: nanq; simulacrum Adad insigne cernitur radiis inclinatis: quib⁹ monstratur vim cœli in radiis esse solis: qui demittuntur in terram: Adagartis simulacrum sursum versum reclinatis radiis insigne est monstrando radiorum vi superne missorum enasci: quæcunq; terra pgenerat. Sub eodem simulacro species leonum sunt. eadem ratione terram esse monstrantes: quã phryges finxere matrẽ deum. i. terram leonibus vehi: sed & Strabo diligens author in rebus syriacis deã hãc Syris ascribit: transfluuium (inquit) Bambiena est: quã vrbẽ etiam Edessam & sacr am

appellant:in ea vero deam Syriam Adagartim colunt. Ex his abunde constat cuiusmodi apud Bassum dea sit Adagartis:eamq; tali nomine apud Assyrios pro terra venerari.Bassus enim spiciferam virginem varie acceptam asserit:sicuti &.C.Higinius in secundo Astronomicon ad Fabium recenset.Nigidius vero Figulus iustitiam vel æquitatem eam existimatam probat his verbis.Virgo ipsa iustitia siue æquitas dicit: quæ inter morales locis pene omnibus & cõciliabulis solita esset consistere: atq; omnibus pcipere:ne temere a iustitia,& æquitate discederẽt:qui q̃diu monitis eius obtemperarunt:sine vlla quidem cura ac sollicitudine vixerunt:sed cum negligentius obseruarent:insidiisq; & cupiditate & & auaritia:alter alterum deciperet:dicessit illa ab hominibus:& digna cœlesti numero immortale præmium pietatis possedit: vnde illud vulgatum.

Victa iacet pietas:& virgo:cæde madentes
Vltima cœlestum terras astrea relinquit.

De triplici numerorumproportione:in arithmetice:musice:& geometrice: tum de eleganti similitudine ad rempublicam.

Caput.IX.

SCriptum copiose a veteribus & erudite admodum explicatum:qui maxime censeantur termini ac proportiones in his numeris:quorum ratio ad musicẽ arithmeticen,& Geometriam disciplinam pertineat: neq; dignum sane est: aut ab honestioribus litteris abhorrens,ita eorũ rationes & præcepta callere: vt facile cognoscas:quæ minor in quolibet termino sit proportio:quæ maior: quæ item possit æqualis appellari.Nam in arithmeticis maior quidem proportio est in minoribus terminis.In musice autem maior est proportio in maioribus terminis. Geometria vero in minoribus:& in maioribus æquali proportione componitur:q; hæc in quibusq; proportionibus æquum ius vbiq; custodiat.Ex quo Anicius Boethius:qui mathematicas a græcis accepit perelegantisimilitudine videtur vsus ad hancipsam proportionũ varietatem dinoscẽdã.Scribit eñ q; ipsa quidem Arithmetica ei potissimum reipu.comparanda est:quæ apauciorib̃us regitur:musica illi:quæ ab optimatibus.Geometria vero (inquit) statum quasi populatem effingere:q; equaliter omnia pensare: ac æstimare iudicetur.Maxime autem versatur hæc facultas in his vestigandis.q̃ plana & solida dicuntur.Planũ eñ quod in latitudinem:& longitudinem lineas habet: sicuti triquetra,& quadrata sunt:citra alitudinem in aera discripta .Solida vero quæ non latitudinem & longitudinem cum linearum numeris habent:sed alitudines extollunt:vt sunt Metæ Pyramides.Tesseræ:atq; Cubi:quos latine quidam quadrantalia interpretantur:sed hæc alias commode a nobis sunt exposita.

De Romanorum studio in bonis disciplinis:& relata contentio inter Lucullum: Hortensium:& Sisennam de historia marcica componenda.

Caput.X.

DElectant me interdũ exempla quædã Romanæ nobilitatis: quæ in bonis adeo disciplinis excolebatur,adeo litterarũ studiis fauebat, vt nihil mirum sit: ad summum propẽ fastigiũ cuiusq; eruditionis eos deuenisse: sed eñ nostra ætate illi fere vulgo haberi solent sapientiores:& nobiliores: qui honestas quidẽ disciplinas,ac litterarum cognitionẽ contemnant.Laurẽ.Lucullus:& qui tum in romana ciuitate principes agebãt longe aliter sentiẽtes:ita bonis studiis egregie affecti erant. vt cum viris doctissimis versari assidue: & congredi non dubitarint:cuiusmodi præ-

clara illa contentio celebratur inter Lucullum.Hortensium:& Sisennam:de qua putaui esse aliquid afferendum:ne tam inepte quidam ætate nostra supercilium tollant acse se ob id supra cæteros ponant:q; & litteras oderint:& litteratos etiã despiciant Conuenerunt igitur inter se(vt fit) L.Lucullus.Q.Hortentius:&.L.Sisenna id q; ea conditione: vt cui sors contigisset:is Bellum Marsicum describeret:oratione vel carmine græce videlicet aut latine:p vt sors declarasset:qd ipm quidẽ cum.L.forte luculo veniret:græca oratione eiusmõi historiam diligenter absoluit:quæ & a Cheroneo Plutarcho:& ab aliis quoq; celebratur:facile aũt intellígitur quanto studio:& animi cupiditate rogati homines bonis disciplinis incumberent.nam idem.L.Lucullus Imperator maximus habitus est.Hortensius veeo orator summus:quẽ & Cicero ipse in dicendo sibi aliquando prætulit.Sisenna autẽ in scribenda historia omnes prorsus romanos:qui ante se scripserant superauit.Quod & Cicero idem ab brutũ ingenue professus est sed alias de Sisenna: & Hortensio commode diximus.

Qua vrbanitate Antonius Geta Imperator per litterarum ordinem conuiuia strueret:quibusq; notis fercula ipsa prænotaret.

Caput.XI.

EPidum sane cõmentum atq; vrbanum refertur a veteribus Antoni Getæ Impe.in cœnis & in conuiuiis agendis.Fuit eñ Geta vir ingenio haud qdem ineleganti vel inuenusto.Is igitur consuetudinem hanc in parandis cõuiuiis seruabat.vt ipsas cœnas ex appositis litteris notari atq; intelligi veller scientibus id ipsum seruis:nam sicubi voluisset in prandio exhiberi:perdices:pauos: porcellos:pisces:ac:pernas:tum primæ dictionũ litteræ ad hunc modũ apponebantur. p.p. p.p.p vel mutatis aliter litteris: farcta:faciãnos:fic⁹.f.f.f.tum alia varii generis edulia pari ordine litterarum prænotabat:in quo visus est voluisse aliqua in parte.L.Luculli cœnas:atq; ordinem imitari.Hoc autem de Impera.Geta. Aelius Spatianus ad Constantinum Augustum tettulit.

Q; nullæ deorum imagines per.clx.annos in vrbe Roma fuerint ex Numæ doctrina.Et q; Hebræi quoq; nullas in templis imagines haberent:aliaq; de templis atq; imaginibus memoranda.

Caput.XII.

REs digna memoratu est:quæ a Clemente Alexandrino traditur: de Numa rege Romanorum:eiusq; religione.refert enim cum is fuerit Pythagoricus: Mosis pręcepta & ritus ab eo magna ex parte seruatos:nam Pythagoras quidem ad Aegytios accessit:eorumq; sacra:& mysteria diligẽter perq̃siuit:ex quo idem Numa inquit apud Romanos lege constituit ad exemplum Mosis:necubi diis imago vlla tribueretur.factumq; ob id:vt per.clx.annos ab vrbe condita nulla prorsus romę aut depicta:aut insculpta deorum imago viseretur:quod ipsum Augustinus:& Eusebius Pamphilus probant.cum de iudeorum sacris:& religione disserunt.Sed enim in eorum templo:qd in Solymis nobilissimum foret:nullã fuisse imaginem constat:qd &.C.Tacitus in historia iudaica non negat &si vt loquacior a Christianis incessitur. Septimius vero Tertullianus sic i Apologetico.Cor.(inquit) Tacitus sane ille mẽdaciorum loquacissimus:in eadem historia refert Gn.Pompeium cum vrbem hierosolymam cepisset:præterea q; templum adisset: speculandis iudaicæ religionis archanis: nullum illic repperisse simulacrũ:& vtiq; si id colebatur:quod aliqua effigie repsentaretur:nusq̃ magis:q̃ in sacrario suo esset exhibitum:eo magis quia nec verebatur extraneos arbitros:q̃q̃ vana cultura: solis enim sacerdotibus adire licitum: conspectus

autem cæterorum velo oppãso interdicebatur: hęc Tertullianus. Zenon vero Citieꝰ in libro: quẽ de moderanda repub. scripsit aperte ostendit: ea prorsus contemnenda: quæ cura & studio hoĩm perficiantur: Sacella (inquit) ac templa construere nihil quidem necesse est. Nihil eñ sacrum iure existimandum: neq; pro sancto habendum: q̄d ipsi homines cõstruxerint: sed & Xerses traditur oĩa quidem templa in in græcia cõbussisse: suadẽtibꝰ hoc magis: q̄d impiũ ac nefariũ foret deos ipos parietibus ĩcludere

An verum sit: quod de Numa & Pythagora notauimus: ac ibidem probatũ habuisse Romanos temporibus Numæ Regis imagines deorum.

Caput. XIII.

Considerandũ melius est: quod in superiori capite notauimꝰ de Numa rege & eius disciplinis: nam quæ traduntur a Pamphilo Eusebio: & Clemente alexãdrino: eundẽ Numã preceptore Pythagora hebræos sequutũ: necubi Romanus populus deorum imagines haberet: authores quidem hac in re magni nominis & doctrinæ dissentiunt. Dionysius eñ Alicarnasseus erudite probat. Numam regem ante philosophum Pythagoram quattuor pene ætates vixisse: neq; vllo modo eius disciplinis affuisse: quod & M. Cicero & Plutarchus Cheroneus: atq; Manetus videntur concedere: quoniam Numas ante Crothonã: & Sybari vrbes conditas: Romanum imperium rexit. xvi. olimpiade. Pythagoras autem sexagesima quarta Tarquinio imperante: qui superbus est cognominatus. Sed illud penitus a veritate abhorret: quod isti afferunt de Romanis imaginibus: si quidẽ Numæ regis temporibus (vt: C. Plinius tradit) simulacra quædã: & imagines Romæ exiterunt: quando idem Numa Ianum geminũ dedicauit: qui pacis belliq; argumento in vrbe coleretur: cuiꝰ effigies foret digitis ita cõpositis: vt adnotatione. ccclxv. dierum: per significationem anni: atq; tẽporis deũ se designaret: de quo simulacro etiã Prætextatus in cœnis Macrobianis disputat: cũ Ianum ipsum pro sole accipiendũ esse copiose exequitur. Neq; dubium est Romanorum regũ temporibus lignea quidẽ simulacra: & fictilia in vrbe fuisse. Quod & C. Plinius existimauit. & si Augustinus lõge aliter sentit Varrone authore: cuius (inquit) verba clarissime testant: nullũ fuisse in vrbe simulacrum deorũ per annos. clx. factũq; deinceps vt ex imaginum ac statuarum multitudine: religionis cultus negligentior: atq; comptentior habetur.

De Asclepiade medico: qui lectos ægrotis: suspensiles primus excogitauit: ac de tricliniis versatilibus Imperatoris Heliogabali.

Caput. XIIII.

Complura scripta sunt a veteribus de Asclepiade medico: qui ætate. Cn. Põpeii vixit: deq; eius ingenio atq; disciplinis. Is eñ præter alia multa documenta: quæ ad artẽ medendi pertinerent: blandimenta etiam & quasi lenocinia cõmentus est: ad ægrotũ gratiam atq; iucõditatẽ: siquidẽ & balneorũ cõsuetudinẽ celebrem fecit: primusq; lectulos excogitauit suspensiles: quorũ molli: faciliq; iactatione aut alliceretur somnus: aut morbi ipi magis extenuari possent: quod a. C. Plinio relatum est ex. M. Varronis commentariis. Idẽ præterea Asclepiades permulta in arte medendi cõmutauit: quod & Themison eius successor sectatus est. De Vario autẽ Heliogabalo (qui supra omnia rerum prodigia mollissimus fuit) traditum est eum versatilia triclinia habuisse: in quibus quandoq; amicos suos ponere consueuit: eosq; violis & floribus obrutos opprimere: sic vt aliqui animam efflauerint: quod in historia Lampridii memoratur ad Imperatorem Constantinum.

PETRI CRINITI COMMNETARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER QVINTVSDECIMVS

Historia de Cleomede Pycte: & quibus gestis atq; honoribus claruerit: ex Theodereto & aliis authoribus.

Caput. I.

Celebratus est a. C. Plinio Euthimus Pyctes insignis: qui oraculo etiã summi Iouis cõsecratus traditur: quoniam semper olympiæ victor: & semel victꝰ fuit: qua in re cõplura sũt allata a doctissimo viro Hermolao ex Pausaniæ lectione: Etsi de oraculo hoc nihil omnino apud Pausaniã comperies. Legimus autem apud authorem Theodoretum nomen Pycte alterius: cui nomen Cleomedes: quẽ Pythius Apollo vt deum coli iusserit: sicuti Pythiæ carmine probatum est.

υστατοσ ηρωωρ κλεομηδησ αστυπαλαιευσ.
ον θυσιαισ τιμαθωσ ουκετι θνητον εοντα.

Puto autẽ nõ iniocũdum fore legentibus: si ea hoc loco referamus: quæ ad historiam hanc cleomedis pertinent. Is igitur aduersarium vnico ictu cũ percussisset: latera eius adaperuit: atq; iniecta manu intestina eduxit: sed cum iudices hi: qui certamini præsidebant. nimiã illam crudelitatem mirati essent: mulctandũ quidem Cleomedẽ putarunt: is vero grauiter iratus discessit ac dũ iter per forum capessit columnam disiecit: qua tectum litterarii ludici suffulciebatur: eaq; ruina pueros omnis (qui in eo ludo sessitabãt) perobruit: quibus gestis factum est: vt eũ Pythius inter deos rettulerit: vt est author Theodoretus. Oraculi autẽ ipsius (quod supra rettulimus) sententia hæc est Vltimum heroum Cleomedem Astypalẽsem. colendumq; sacrificiis: quando mortalis esse iã desierit. Sed & Pausanias a Cleomede refert. lxxi. olympiade in pugilatu Iachum Epidãnium fuisse occisum: cũq; dãnassent eum iudices: q̄ iniquius se gesserit: palmãq; illi abstulissent: mœrore nimio affectus: ad insaniam redactus est: & Astypaleam rediit: columnamq; ibidem euertit. qua litterarius ludus fulciebatur: eoq; casu sexaginta ferme pueri traduntur in ludo extincti: quocirca cum illum sui ciues lapidibus impeterent: in Mineruæ templum se recepit: atq; arcã ingressus: quæ forte in templo aderat. operculo se obtexit: diuq; frustra loborarunt Astypalenses: vti eam arcam aperirent: verum cõfractis tãdem arcæ illius lateribus: nusq̃ Cleomedem cõpererunt. Itaq; in re tam mirifica delphos miserunt: qui oraculũ cõsulerent: super his quæ Cleomedi euenissent. responsũq; a Pythia est idem carmen: quod ex Theodoreto attulimus: vt Astypalenses diuinos ei honores exhiberent & veluti deũ colerent: quod ego cum diligẽtius aduerto miratus pene sum: a Plinio fuisse prætermissum: viro in omni antiquitate perquirenda diligentissimo: de hoc ipso Cleomede. Plutarchus. Celsus: & Enomaus permulta referunt: & si alicubi Diomedem: pro Cleomede reperias.

Nobile exempum de Alexandro Macedone: contra inutiles lobores: & nimis curiosam sedulitatem.

Caput. II.

Persæpe in vita id accidit: vt non pauci operam: ac studium in his rebus collocent: quæ etsi difficultatis multum atq; laboris præ se ferant: nihil tamẽ vtilitatis: & emolumenti habent. Nec enim probare illa primo aspectu debemus quæ non sine summo etiam conatu: atq; vigiliis cõsequi possumꝰ. Siquidẽ nõ semper

in arduis ac difficilioribus virtꝰ versatur: quod ab ipsis etiam stoicis assertum est. Sed Alexander ille Philippi filius exemplo quidem honestissimo idem cõprobauit. Nam cum militem quẽdam in exercitu haberet: qui ex distante spacio grana ciceris missa in acum statim ac sine frustratione insertaret: simulq; rem hanc pleriq;: vt arduam & mirificam spectabundi efferret: tum rex (vt egregia vir prudentia) eiusdem leguminis modio militem illum donauit: dignissimum sane illo opere præmium. Haud enim ad cuiusq̃ id vsum: atq; emolumentum pertinebat. Neq; vero desunt qui inepto ambitu: laboreq; inutili ac superuacuo: tempus optimum conterant istis nugis: quæ vna quidem sedulitas pelegãti voce a græcis ματαιοτεχνια est appellata. Id autem de Alexãdro rege exemplum: & Fabius ad Marcellum Victorium refert: quo maxime loco exponit: an sit virtus rhetorices.

Quid sint apud iureconsultos reliquatores: & quid item reliquari & reliquatio: ac loci aliquot in iure ciuili expositi.

Caput. III.

IN libris digestorũ: quo loco de publicanis & vectigalibus agitur: verba hęc sunt: ad cognoscendũ vectigal nemo inuitus compellitur: & ideo impleto tẽpore conductionis ea locanda sũt: reliquatores vectigalium ad intuendam cõductionem: anteq̃ superiori conductioni satisfiat: admittendi non sunt. Hæc est autem vera & genuina in libris vetustioribus lectio: quæ peruersa: interpolataq; in vulgatioribus habetur: nam pro illo: quod & nos legimus ea locanda sunt: inuenies licitatores alloquendi sunt: quod Accursius quoq; Florentiuꝰ agnoscit: & quo loco nos reliquatores. illi subdiderunt licitatores. Sicuti quod in principio legis huius erat locatio: subdiderunt isti licitatio: neq; obscurus admodum: sed persacilis est verborum intellectus satis fore ex vsu: quoties dies exacta sit: in qua vectigalia quis publice conduxisset: iterum ea locare auctione: nec enim iniuriam cuiq̃ fieri: si maius precium quæratur locãdis vectigalibus: quando nemini liberum nõ sit: abstinere cõductione. Sunt igitur ea locanda impleto tempore cõductionis: neq; debent (inquit) admitti ad retinendam cõductionem: hoc est ad licitationem alteram reliquatores: id est qui nondũ integrũ soluerũt. sed reliquum sibi aliqd ad soluendum fecerint: Nam hi sunt proprie reliquatores: qui quod alicui debent: ex asse & integro non persoluũt: sed alicuius partis debitores adhuc remanent: quod etiam ad illos referri potest: qui malam rationem reddunt. Hinc verbũ deductum est reliquari. id ẽ reliquũ ad solutionem facere: & reliquatio: quæ in nostris iureconsultis haud infrequenter cõperias. Habes id in Scæuolę verbis: ea (inquit) quæ mala ratione reliquatus est: quasi furatus reposuerat: pro quo vulgati codices habent: ea quæ mala ratione reliquaq; curatus est: & apud eundem: humanum est reliquari vsuras: neq; ab ipso qui ex administratione: neq; a fideiussore eius: & multo minus a magistratibus: qui auctione acceperint: exigi oportet: pro illo autẽ reliquatus est: aut relinquitur: aut relictus: est in cunctis fere exemplaribus inuenies: vnde nullus omnino sensus elici potest: q̃d sicubi etiam integrum adhuc permaneat: & reliquari verbum: & reliquator: nescio tamen quo pacto mutare hoc interpretes (ita creuit inscitia) & inuertere conãtur. Sic autem Paulꝰ in iure ciuili consultissimꝰ: legatarius (inquit) proferebat manu patrisfamiliæ reliquatum: quod Accursius falso reliquatum legit. Quin & idem Paulus alibi. Si pupillꝰ (inquit) post suam libertatem rationibus contẽtione acceptis: reliquationem eiꝰ sequutus vsuras acceptauerit: priuilegium suum non admittit: & paulo post: q̃d ex conditione reliquatus est accepisse inde videt: Sed & Scæuolæ verba de instrumẽto legato hęc sunt. Reliquatus

est amplam summam. De finibus item regundis sic Papinianus in quibus potest ei cõsentit: reliquatus est: quod & vulgatissimi codices habent: & ab Accursio probatur: agnouit: hoc in pandectis etiam Politianus: cui potestas facta est Florentię a summo magistratu: vt cũ Pisanis illis archetypis digestorũ libros percenseret: qui in sacro palatio obseruant: quod ille vt homo glorię cupidior: velut instar copiæ cornu: vel diuinæ virgulę se assequutũ prædicabat.

Q̃ de pro q̃ apud veteres dici solitũ: & Lucretii poetæ versus emẽdatus atq; expositus: tum alia ibidem addita.

Caput. IIII.

PVdet interdũ me bonarum disciplinarum: quando in tot: ac tam altis tenebris versemur: vt authores etiam meliores: violati adhuc deprauatiq; legantur: cuiusmodi sunt (vt alios omittam) Ti. Lucretii libri: in quibus innumeri quidem errores: atq; foedissimi increuerunt inscitia librariorum: quo circa amissum penitus: atq; perditum videretur: quod a Marco Tullio in emendando Lucretii poemate impensum est: q̃q̃ ætate nostra laudem illis debemus: qui aliqua in hoc authore (collatis vt fit exemplaribus) emendarunt. Sed in hoc tamen video a quibusdam improbissime peccari: qui maiore animo q̃ iudicio: meliora interdum adimunt vel inducunt alia distorquẽt & cõtrahũt: in quo male docti homines passim aberrãt: sed multo maiore damno doctiores. Quod equidem nuper cognoui in his Lucretii versibus cõtra Heraclitum philosophum.

Heraclitus init: quorũ dux prelia primus
Clarus ob obscuram linguam: magis inter inanes:
Q̃ de grauis inter graios: qui vera requirũt.

Quo loco non q̃ de grauis: sed q̃ grauior audacissime subdiderunt: ignorantes arbitror illud q̃de apud veteres perinde valuisse: ac q̃ comparationis dictionem. Nam & locũ hunc Sex. pompeius signauit: in libro de priscis verbis. xvi. tum prolatis veterũ exemplis exponit: qui hoc idem dixerũt: & Lucretius poeta inquit q̃de pro q̃ dixit: sicuti etiã Liuius Andronicus poeta vetustissimus.

Muro magis fretus: q̃de manus impetu.

Iam & multa extima falso indiderũt: quo loco pars multesima ab eodem Lucretio scriptum est his verbis.

Et uideas coelum summai totius vnum:
Q̃ sit paruula pars: & q̃ multesima constet.

Qua in re grammaticorũ nobis authoritas patrocinatur: quãdo & centesimus. & millesimus probe dicitur: partem multesimam inquit Noniꝰ noue positum est a Lucretio pro minima: ne quis forte paulo incautius: atq; audaciꝰ a veteribus decedat: quę a me vel ob eam rationem sunt adnotata: quoniam Marullus Bizantius ętate nostra: vir alioqui diligens: paulo improbius delere hæc & alia pro ingenio subdere tentauit: quæ ab eius quoq; sectatoribus recepta sunt pro verissimis.

De Hadriani Impe. ingenio & vrbanitate: & quo talione Florum poetam repræsenterit: versiculis eiusdem relatis. Caput. V.

HAud hercle immerito in romanis litteris permultum commendatur Hadriani Cæsaris ingenium: tum eiusdem quædam veluti peculiaris vrbanitas inter alia vero cõplura: non sine magna ac mirifica oblectatione legi responsum illius ad poetam Florum: nam Florus ipse homo tum dicacior: cum diutum

Hadrianum inter scythas ac Britannos versantem videret: atq; in locis admodum remotioribus: asperrimisq; agentem: de eo sic lusit.

Ego nolo Cæsar esse:
Ambulare per Britannos:
Scythicas pati pruinas.

At nostrer Hadrianus cũ istiusmodi verticulos legisset: statim peturbane Florũ retaliauit: sed adeo lepide: adeo eleganter: & venuste: vt hispanũ certe acumẽ: atq; innatã ei festiuitatem agnoscas. Sic autem ad Florũ.

Ego nolo Florus esse:
Ambulare per tabernas:
Latitare per popinas:
Culices pati rotundos.

Id ipsum & Helius Spartianus ad Imperatorem Dioclitianũ rettulit: certare enim Hadrianus cũ philosophis: & poetis consueuit. Et si disciplinarũ professores fere: vt doctior (quod inquit Spartianus) risit: contempsit: obtriuit.

Dici solitũ apud veteres: trabes: canes: duces: in singulari: pro eo quod est trabs: canis: & dux: & alia eiusmodi obseruata ex. M. Varrone & aliis.

QArum ęquo animo minutiora quędam notarem: nisi quorundam esset insciatię occurrendũ: quicũ paulo indiligentius obseruent ipsam antiquitatem: siquid minus peruulgatũ: ac protritũ dicatur: statim perinde atq; insolẽs & barbarum reiciunt: & contemnũt. Comperies autem in veterũ scriptis frequenter hęc: vt trabes: canes: plebes: & his similia: in singulari numero: sicuti & sepes animal apd Vergiliũ: vt notauit Ausonius: cũ seps a. M. Cicerone dicatur. Nec enim aliter fere vetustiores illi posuerũt: vt Gn. Neuius: Accius: Plautus: Attilius & alii. Vnde illud. Q. Ennii vulgatissimum de argo naui:

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes.

Et item in eiusdem annalibus.

Labitur vncta trabes: remis rostrata per altum.

Iam & plębes multo etiam frequẽtius reperitur: cũ & ipse quoq; poeta Ausonius (qui sub Valentino Augu. floruit) sępius protulerit.

Læta opertũ plębes (inquit) festinãtesq; coloni. Et alibi.

Consona quem celebrat modulato carmine plębes.

Hinc & tribunos dicimus plębei casu patrio: sicuti ex grammaticis vetustioribus colligitur: Canes vero: & duces dici in singulari certũ est: authoritate. M. Varronis: in libris ad M. Ciceronẽ de latina lingua: qui & Q. Enniũ in hoc & Luciliũ aduocat: ex quo versiculus Ennianus.

Tantundem quasi fœta canes sine dentibus latrat.

Et affirmare quidem videtur idem Varro: fuisse apud vetustiores in vsu vt ita proferrent: qnoniam natura ipsa in quaq; re magis ab incortupto principio: q̃ a libidine hominum incœpit: videmus (vt inquit Varro) ex his verbis: trabes: duces: de extrema syllaba e litteram inclusam: & ideo in singulari factum est trabs: & dux: contra ex singularibus non tam videmus quemadmodum facta sint ex b. & s. trabes. & ex c: & s. duces. Sed hæc satis ne paulo minutiora consectari auidius videamur: etsi hæc ipsa rerum litterarumq; discrimina diligenter: & accurate examinentur interdum a doctioribus qd

& Iulii Cæsaris analogici ad Ciceronem libri affirmant.

Qui sint apud iureconsultos pedanei iudices: & qui item pedarii fautores: & senatores ex commentariis atticis.

Caput. VII.

QVi sint pedanei iudices in veterũ scriptis non facile comperies: qui tibi exponat: nisi ad ipsos accedamus iureconsultos: in quorũ videlicet commentariis scriptum ẽ: eos appellari iudices pedaneos: qui minores causas: ac negotia humiliora obeant: quando alii nuncupati sunt: aut honorarii: aut etiam prouinciales: qui detineri consueuisset in maioribus officiis: & honestioribꝰ causis. Solebat enim Sen. p. q. r. habere prouinciarũ præsides: quorum erat officium varias: multiplicesq; causas absoluere: q̃ si iidem nimium fuissent rebus publicis occupati: permissum his erat alios iudices subrogare: qui in reliquas causas incumberent: & hos quidem pedaneos appellarunt. Ex quo Dioclitianus: & Max a. a: in hunc modum præceperunt. Placet nobis præsides de his causis: in quibus eo q̃ ipsi non possent cognoscere: ante hac pedaneos iudices debeant notionis suæ examen adhibere: ita tamen vt si vel propter occupationes publicas: vel propter causarũ multitudinem: huiusmodi omnia negotia non potuerũt cognoscere: dandi iudices habeant potestatem: quod etiam Iulianus Imperator ad prefectũ prętor. commodius videtur exposuisse. Quędam (inquit) sunt negotia: in quibꝰ superfluũ est moderatorem expectari prouincię: ideoq; pedaneos iudices: hoc est: q negotia humiliora disceptent: constituendi damus præsidibus potestatẽ: hactenus de pedaneis iudicibus in constitutionibus augustalibus. Pedarii autem fautores hi a quibusdam sunt appellati: qui in alicuius sententiam pedibus irent: eoq; suffragio studiũ ac fauorem præstarent: vnde & pedaria sententia: sicuti in Laberianis minimis notatum est cum nõ verbis quidem: aut punctis: sed pedibus in alienam irent sententiam. Neq; autem me latet: q̃ equites pedarii: senatoresq; alia ratione dicti sunt: sicuti. C. Bassus affirmauit. Nam Romę erãt senatores curules: idest qui sella curuli honoris ac decoris gratia in senatũ vehebantur. Tũ erãt etiam qui nondum curulẽ dignitatem cepissent quoniamq; pedibus in senatum pergebant: ob id appellatũt eos pedarios: sic & equites: qui cum nondum essent a censoribus in curiam lecti: etsi poterant in senatum accedere: & ius habeant sententiæ: non tamen senatores erant: atq; ob id in aliorum sententiam sere descendebant: q̃ senatus principes Rogati essent: de quo permulta etiam a Gellio referuntur in atticis lucubrationibus.

Qzeruditę a nostris iureconsultis verba latina exponãtur: & quomodo apud eos liberi: & parentes accipi debeant: non aspernanda obseruatio.

Caput. VIII.

VErum profecto est: quod a viris eruditioribus affirmari solet. veteres quidem iureconsultos: in cognoscendis examinandisq; verborum viribus maxime præstitisse: de his nunc agimus qui ante Vlpiani ætatem vixerunt quoniam Romanorum tunc eruditio: & quasi puritas deformari atq; infici cœpta est. Sed cum nuper Iustiniani principis Augu. commentaria legeremus: quæ persatyram pene collecta sunt nos illud cũ primis tenuit: q̃ haud paucas voces: q̃ a nostris grãmaticis apud eum aliter explicari inuenio: cuiusmodi hoc est. Quonam significatũ parẽtes & liberi accipi debeant: dicunt enim relatione quadam referri filios ad patres: eosq; simili voce

& liberos:& parentes appellitari:sed apud ipsos iureconsultos parentes accipimus eos qui ad quintum vsq; cognationis gradũ deueniunt:sicuti etiam liberos:nam pater: a uus:proauus:atauus:tritauus:parentũ:nomine cẽsentur:libros vero dicimus filios ne pores:pronepotes:abnepotes:trinepotes.Ex quo Paulus iureconsultus in libro de cognationibus:parentes(inquit)vsq; ad tritauũ apud romanos proprio vocabulo nomi nantur:vlteriores qui non habent speciale nomen:maiores appellantur.Item libri vsq; ad trinepotem:vl tra hos:posteriores vocantur:vulgatũ vero quod a Cęlio Placido & A.Gellio de liberis traditur:hac videlicet voce & vnicũ significati etiam filium: quoniam in singulari valeat & si in plurali proferatur:quod Asellio in Rom.historia & Ser. Honoratus in Vergiliano commẽtario affertũt.

Quanta calamitas rei latinæ accesserit ex interitu Hermolai veneti:Pici Mirandulæ:& Ang.Politiani:tum de liberalitate Laurentii medicis erga Hermolaũ ac de iniquitate sui temporis.

Ca put.IX.

NEscio quo fato superiore anno euenerit:quo Francorũ rex Carolus Italiam cũ infesto exercitu:& instructis copiis inuasit:vt principes viri in litteris atq; in summis disciplinis clarissimi perierit:hoc est Hermolaus Barbarus:Io. Picus Mirandula & Ang.Politianus:qui omnes in ipso statim Francorũ aduentu & conatibus immaturo obitu ad superos concesserunt.Sed enim litterę ipsę:ac studia bonatũ artium simul cũ Italiæ libertate cœperũt paulatim extingui barbaris ingruentibus:cum deessent hi homines qui illis suo patrocinio:assiduisq; studiis mirifice fouerent: qualis iter alios vir summa sapientia:& egregio animo Lau.Medices:quod ego libentius refe ro:vt agnosci possit:vel hoc vno exemplo: q̃felicissime tunc ageretur:cũ litteris atq; lit teratis.Nam cũ Hermolaus Barbarus reipublicæ venetę nomine legatiões forte p Ita liam obiret:& ad vrbem Florentiam obiter accederet: Laurẽtius Medices(qui Floren tinam rempublicã non minore tũ consilio q̃ fortuna gubernabat)statim tãto viro cũ amicis pluribus(vt fit)obuiam procedit:nihil veritus:q; egros pedes haberet:ac sum mis doloribus vexaretur.Tum in Caiana villa(quam infinitis prope sumptibus ædifi cabat)honorificentissime illum accepit: simulq; tanti hominis ingenio:& doctrina singulari prouocatus :eam quoq; liberalissime studiorũ nomie illi obtulit:cum insigni atq; instructissima bibliotheca:quam ad exemplum Philadelphi mira tum industria parauerat:vt in eo quasi musarũ secessu:simul cum Pico Mirandula honestioribus disciplinis:ac philosophiæ sacris pro arbitrio incumberet: in quo Hermolaus Barbarus (vt homo maxime humanus)libẽter se dixit:& studiorum causa :& Laurentii merito talem animum agnoscere:villamq; ipsam:si per publicas curas liceret excipere. Quæ res monere interdum me solet:q̃ breui tempore fortunæ ratio cõmutetur: q̃q; inique nunc agatur cum bonis studiis:siquidẽ pro melioribus disciplinis vitia:pro humanita te & officiis bella & cędes succreuerũt:vt illud arbitri iure optimo probari possit.

Qui pugnas & castra petit:præcingitur auro.
Vilis adulator picto iacet ebrius ostro:
Et qui sollicitãt nuptas:ad prędia peccat:
Sola pruinosis horret facundia pannis.
Aciopi lingua desertas inuocat artes.

De diis ipis:eorumq; mominibus in Romanis sacris,qui segetibus:ac frumentis præsiderent:ex Varronis & Augustini libris.

Caput.X:

SCripta sunt ab Augustino complura de Romanis diis: quæ magna ex parte accepit ex libris.M.Varronis:quo autem loco de minoribus diis ac plębeis (vt vocat)agitur:in hunc modum differit:Proserpinã(inquit) veteres fru mentis germinantibus præposuerunt:geniculis:vero:nodisq; culmorum deum No dinum:inuolucris autem illis foliculorum deam Volutinam: cum folliculi pateſcũt quo spica exeat deã Patelenam:cum segetes nouis aristis æquantur Hostilinam deã quoniam hostire & hostimentum apud priscos pro exæquatione accipitur.sed &Flo ram mox adiicit:Lacticinamq;:& Maturam:q; hæc olim numina frumentis florenti bus:lactentibus:ac maturescentibus præsiderent. Hæc Augustinus ex.M.Varrone In libro autem de agricultura sic apud eundem Varronem legitur de spica:& eius par tibus in spica(Inquit)ordei & tritici tria fere continentur: granum: gluma & Arista tum vagina etiam cum exoritur e spica granum:quod intimum solidum est vocatur: gluma vero foliculis eius:vnde & glubere verbum:q; eo foliculo granũ:(vt inquit) deglubatur:arista quæ velut acus tenuis longa prominet ex gluma:sed hæc apud authores copiose explicata sunt.

Qz molli animo Artemon Petiphoretus fuerit:& historia perlepida de mirifi ca eius formidine.

Caput.Xi.

QVam molli animo atq; effœminato Artemon fuerit:in grecorum cõmenta riis abunde traditum est:in quibus inuenitur hunc ipsum consueuisse nũq; incedere suis pedibus:sed lectica vti:in qua fere circungestaretur: quocirca ridiculo cognomento Periphoretus est nuncupatus.Poeta autem Anacreon acerri mis versibus illius molliciem:atq; prodigiosum luxum est insectatus:neq; secus qui dem:atq; apud nos Menam Libertum Flacus Horatius:aut Strumam Nonium Ca tullius:q; vterq; corruptis moribus:atq; incredibili fastu vixerit:in ea præsertim ciui tate:quæ cęteris omnibus vitę integritate præclarisq; exemplis proculdubio præsti tit.Sed & Plutarchus Cheronæus ex historia pontici Heraclidæ Artemonem fuisse scribit supra cæteros homines mollem:atq; in tota vita voluptarium:animo etiam pra pauido:& ad omnia vitæ momẽta inconstantiæ singularis:duos nanq; seruulos semper apud se continere solit9 est:qui scutum æneum supra suum caput sublatum gestarẽt:ne quid forte in eum desuper posset excidere:q; si quãdo proprios lares egre deretur versatili lectica circunferri consueuit:Neq; nos præterit eundem pro fabro a quibusdam habitum:ac loripedẽ creditum:quæ omnia(vt est author Plutarchus) abunde refelluntur ab Heraclide.Huius Artemonis imaginem Phidias marmore ab soluit.quæ a.C.Plinio magnopere commendatur:quo loco Astragalizontes Diadu menum:& Doriphorum eiusdem magnis laudibus extollit.

Sequitur Liber.XVI.

Petri Criniti de honesta disciplina

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER SEXTVS DECIMVS.

Quæ fuerit origo hetruscæ disciplinæ: a c de Tagete vate: qui glebis extitit eiusq; libris diligenter obseruatum. Caput.I.

QVæ fuerit apud po,ro,disciplina hetrusca: & quænam eius origo: in quibusq; maxime censeretur: visum mihi est breuiter adnotare: quoniam.S.p.q.r.nihil prope magnum: aut memorandum faceret quin illud ipsum hetruscis antea monitiõibus atq; decretis ꝓbaretur: sed prius de origine .sicuti.M.Cicero :aliiq; permulti tradiderunt. In agro igitur Tarquiniensi cum terra ipsa paulo altius ararentur.sulciq; altiores imprimerentur.Tages quidam repente existit.qui aratorem ipm affatus dicitur.Is autem Tages puerili effigie(vt Cicero ex commentariis hetruscorum tradit)apparuit:et si prudentia quidem senili fuit.verum cum ad eius speciem bubulcus ostupesceret:edita voce(vt fit)maxime inclamauit.quo euenit.vt breui tempore magno quidem concursu permulti ex hetruria ibidem conuenerint.tum Tages idem multis audientibus complura loquutus est .quæ diligenti cura excepta sunt ac litteris commendata .Neq; aliud.Tagetis verba continebant .q̃ aruspicinæ disciplinam .quæ multis subinde obseruationibus aucta:atq; amplior facta est Sic vt ea fulminum fulgurumq;.& ostentorum scientiia traderetur. quod & Plutarchus alicubi.& alii plures explicant:sed & Marcellinus Ammian⁹ Tagetis)libros citat quib⁹ prodigia quædam ac portenta possent interpretari.qua in re suum officium hetrusci vates:atq; sacerdotes præstabant .quod & poetæ latini.& ipsæ decem uirales tabulę testantur:in quibus illud de hetruscis.

Prodigia: & portenta ad hetruscos & aruspices
Si senatus iussit:deferunto.
Hetruriæ principes disciplinam docento
Quibus diuis creauerint procuranto.

Liuius ꝑterea author est:nõ minore studio consueuisse Romanos litteras hetruscas discere:q̃ postea græcis icubuerũt:quod alibi rettulim⁹.Qui & Labeo Antisti⁹(qui in iure pontificio & omnium veterũ doctrina doctus est habitus)libros Tagetis exposuit eiusq; disciplinã hetruscã quindecĩ voluminib⁹ explanauit :quod & Fulgentius ad grãmaticum Calcydium refert :quo loco de manali lapide disserit.

De serpentum natura & ingenio i Aegyptia theologia: & qua ratione accipitris caput illis addatur:aliaq; de accipitre memoranda.

Caput.II.

MIrum profecto est:quod ab Aegyptiis de natura & viribus quorundam animantium traditum sit:quod vt magis illi posteris cõprobarent: inter notas hieroglyphas siue sacerdotales(vt quidam vocant)rettulerũt sicuti de serpẽte:& accipitre nũc subit.Nã fuisse diuinũ animal:ac diuinã serpentis naturam nõ Taut⁹ mõ:qui & Thoth ab Aegyptiis dicit:i Phœnicũ theologia testat⁹ est:sed etiam:Phœnices atq; Aegyptii:quodi eo supra cætera qdẽ animantia spirit⁹ acrior atq; amplius ignis existat.Quæ res cum ex illo celeri gressu ostenditur:sine vllis pedibus: manibusq:vel aliis instrumentis: tũ ꝓ ætatem subinde cũ exuuiis renouant ac iuueneſcunt. Itaq; Phœnices populi dæmonem hunc fœlicem: Aegyptii Enethappellarunt:cui caput accipitris adiicientes:celeritatem illius præcipuam indicabãt quod & Philon Biblius scribit:qui Sachoniati historiam ex Phœnicũ lingua in græcũ sermonem conuertit :Epies vero(qui apud Aegyptios deorũ maximus interpres est habitus)cum naturam accipitris:& anguis referret:diuinissimum inquit animal serpens:& accipitris habens caput perq̃ mirificũ est:nam sicubi sublatis palpebris effingebant:tum omnem Aegyptii regionem suo lumine cõplebat:sin clausis oculis fuisset:tenebras circũfundi notabatur:vt nihil dubiũ sit:naturam eius maxime igneam existimasse.Idem pręterea Aegyptii totius orbis molem demonstrantes:inter circulum aereum & igneũ serpentis effigiem cũ capite accipitris circũducunt:vt instar sit græcę huius littere.θ.quæ theta dicitur.per circulũ.n. magnitudinem ac formam totius orbis intelligunt:per anguem vero(qui medium intersecat)bonũ dæmonem:cuius merito ac beneficio omnia alantur:vigeant:atq; contineantur.qui & Zoroastres ille Oromasi filius(qui apud Persas maxime sapiẽtia præstitit (in sacra historia de rebus persicis in hunc modũ de re hac meminit:Deus inqt accipitris caput habet: Is.n. inter omnia:quæ labem nullam:aut corruptionem sentiãt:Primus ingenitus:nec interiturus vnq̃:partiũ expers:sibiq; ipsi simillim⁹:bonorũ omnium auriga & author: rerum pater omnium optimus ac prudentissimus:sacrum iustitiæ lumen:absolutissima naturæ perfectio:eiusq; inuentor :& sapiẽtia:quæ omnia copiose prosequitur Pãphilus Eusebius ad episcopum Theodorum.

De fœdere inter Gabios & Romanos:quod in corio bouis instar Clypei exaratum fuerit:& vnde Clypeis nomen:& qd item clypeare verbum designet

Caput.III.

EActa est mentio in veterũ scriptis: de eo fœdere: quod inter Gabios & Romanos actum est: Tarquinio Rom.in periũ regente. Sed illud imprimis notandũ ꝓ in corio qdem bubulo eius capita & conditionem exararũt priscis litteris(vt refert Dionysius)cũq; instar clypei foret:in templo Iouis locarũt.Qua in re Pompeius Sextus Dionysio accedit:vt in eius cõmentariis:probatur:quos a Verrio Flacco collegit:et si iuramentũ Dionysius vocat:in quo sanciendo eximiũ bouem immolarunt.Clypeum inqt Pompeius ob rotunditatem veteres coriũ bouis appellarunt:in quo romanorũ fœd⁹ cum Gabiis foret descriptum:subit aũt ex his clypei formam fuisse prope rotundam.vnde & clipeodes gemma apud ptiscos nobilis:et si de forma quidam dissentiunt.Dictum vero a cluendo clypeum:multis video persuasum:ꝓ apud veteres pugnare significat:alii a celatura ipsa affirmant:i:ἀπὸ τοῦ γλυφειν qd in clypeis imagines forent.C:certe Plinius vir in bonis disciplinis acri iudicio:ab ipis imaginibus dictũ refert:qualibus in troiano bello pugnatũ sit non aũt a cluendo:vt peruersa grãmaticorũ subtilitas voluit:a clypeis vero deductum est verbum clypeare:pro eo quod est clypeo se protegere vt apud poetam Pacuuiũ lectum est.De quo & Var.Terentius .ad.M.Ciceronem rettulit Pacuuianum esse verbum clypeare:qua figura & a Cinna dictum est galeare ita enim: Pacuuius in Hermione fabula.

Chlamyde contorta astu clypeat brachium

Qd ipsum etiam Nonius obseruauit:etsi apud hũc parum integra verborum fides fuerit

De viribus & ægritudine amoris:ac de eius remediis copiose relatum ex Ara b commentariis.

Caput.III.

QVi de morbis hominũ scribunt eorũq; remediis: inter alia morborũ genera amoris etiam tabem atq; ægritudinem referunt: sicuti Græcorũ fere: atq; Arabũ commentarii testantur: nã i his multo maior atq; copiosior eius disciplinę cognitio reperitur. Quod eqdem satis probaui: cũ ea nuper legerem: quæ de morbo ipsius amoris: ac de remediis apud Arabes tradita sunt. Ad hanc enim prope sentẽtiam de amoris morbo edisserũt. Nichil est aliud amoris ægritudo q̃ nimius animi affectus atræ bili affinis atq; cõsimilis: qui mẽtem assidue agitans perurit: ex imagine & forma alicuius pulchritudinis: quæ oculis & animo amantis insidẽs incumbit Is aũt magis subinde inardescit insiti desiderii fomentis accensus: donec votũ consequi valeat: Huius vero morbi hæc signa: sicubi profunditas oculorũ adsit: & immodica siccitas. Desũt: n. lachrymæ nisi forte superuenit fletus. Iam & palpebræ ipe motu pene assiduo veluti cõniuentes subsultaut: sic vt aliquando gestire: & subridere eiusdem vultus appareat: ceu illud ipm: quod animo agitat libens aspicere vel audire videatur. Est & eius spiritus veluti interfectus: & subsultans: variẽq; aut depressus: aut clarior. Quod ipm pro animi æstuãtis fortuna & conditione cõrigit: siqdem affect9 ille mitis modis permutatur vt qui lætitiam: fletũ: hylaritatem: tristitiam. spem: metum. audaciam: pauorem: præ se ferat. nec i aliquo possit cõsistere: tũ id maxime temporis: quo de amore: eiusq; viribus: disserẽtem audiat: laboresq; & insidiæ: iniuriæ: incõmoda: atq; repudia refetãtur: membra vero ipius admodũ arescũt: mirisq; modis mipallẽt: nã & oculi altius resident: & palpebræ nimiis vigiliis. ac fletu tabidæ: obliuescunt: venæ aũt & arteriæ ipius nullum fere ordinem seruãtes susq; deq; se habent illarum. n. pulsus maxime permutatur vt ea ratione mentis diuersitas atq; æstus abũ de intelligatur. Magis ægritudo apparet: sicubi de re amata mentio incidat: aut hoc ipm repẽte oculis amantis occurrat: quo fit: vt cognosci etiam possit qd ametur: et si callide dissimuletur: aut obstinate pernegetur: Ita. n. facile deprehẽditur: n ecubi medicorum solertia desiderari possit. Primo igitur complura nomina proferat medicus eaq; subinde repetẽdo ægroti pulsum obseruet: qui (vbi amatę rei nomen ęditũ est) mirifice immutatur: q; intersectus ac subsiliens est: dein etiam similia q̃dam dissimulanter medicus repetat: ingeniũq; & mores eius: quæ amãtis effectũ excitant: ad memoriam reuocet: ac tũ ex ipsis venarũ pulsibus satis pernoscet & vim & causam ægritudinis: qbus diligenter cosideratis: videndum erit: Si qua ratione congredi atq; coniungi possint: id. n. potissimum sæuientis morbi remediũ cẽseri debet: quo & animo & corpore facilius cõualescat: qb̃ si fieri vllo modo id nequit: vt cõiungantur alia: quoq; remedia excogitanda sunt: quibus illa tabes & animi affectus tollatur: permulta vero sunt. quæ in arabum monumentis tradũtur: sed nullum certius: aut: præsentius: q̃ in aliam grauiorem curam magisq; anxiam distrahi: quousq; insidens illa mentis cogitatio & feruor intepescat: aut etiam i multis passim variisq; congressibus veneri incumbere: quod &. T. Lucretius apud nos præcipit his versibus.

Sed fugitare decet simulacra & pabula amoris
Abstertere sibi: atq; alio conuertere mentem
Et iacere humorem collectum in corpora quæq;
Nec retinere semel conceptum vnius amore
Et seruare sibi curam: certumq; dolorem
Vlcus enim viuescit: & inueterascit alendo
Inq; dies gliscit furor: atq; erumna grauescit
Si non prima nouis conturbes vulnera plagis

Volgiuagaq; vagus venere ante recenti a cures
Vt alio possis animi traducere motus.
Nec veneris fructu caret his qui vitat amorem
Sed potius quæ sunt sine pœna commoda sumit.

M. Varronis oraculum de Rom. Imperio: quod ex augurio. xii. vulturum per. M. CC. Annos futurum esset.

Caput. V.

COpiose in epistolicis nostris: de veterũ auspiciis: ac portentis scripsim9: nunc aũt minime indignum existimaui. eam partem repetere: in qua de vrbe ipsa: eiusq; imperio Romani augures præiudicium fecerint: q̃diu videlicet tam excelsa reipub. dignitas seruanda esset.

Augusto augurio postq̃ inclyta condita Roma est.

Scripsit. n. Varro Terentius in libris antiquitatũ: fuisse Romæ Vectium in augurãdi disciplina nobilem: eũq; affirmasse futurũ Rom. Imperii terminũ: post. M. & CC. annos: si modo inquit vetũ foret: quod in historiis annalibus q; romanis tradatur de. xii vulturibus: quas poeta Ennius corpora sancta appelat: sic autem Varro (si verum est) quod de Romuli augurio traditũ in cõdenda vrbe deq;. xii. vulturibus: ad. M. &. CC. annos Romanus po. peruenieret: cũ. c. xx. annos incolumis præteriisset: qua in re factum est quidem iudiciũ ex numero alitum: vt singulæ vultures centenos annos portenderent. Censorinus vero in perquirendis veterum monumentis vir diligẽs: & qui. M. annos ab vrbe condita vixit: minime ad suum iudiciũ pertinere asseruit: hoc ipsum diiudicare: ne in re parum comperta minus prudenter posteritati faceret imposturam: qd his fere hominibus accidit: qui maiore studio q̃ consilio fortunæ aleam pensant: tẽporumq; varietatem considerãt. Cæterum tali sententiæ Vectii videtur annorum numerus conuenire: siqdem. cc. annis post authorem Censorinum adiectis: imperantib9 Cæsaribus Constantiis. Romana illa dignitas cõsumpta est: quæ italiæ fines egressa Bizantium vrbem se recepit. Nam ingruentibus in italiam Vnnis. Vãdalisq; & Gothis: tum maxime Rom. imperiũ cladibus multis affectum est atq; deletum. Q d autem. xii. vultures auspicii fœliciatem Romulo prenorassent: cum historiæ multorum testantur. Tum. Q. Ennius in annalibus: qui Romulũ (ingt) ipm in auẽtino mõte secessisse: ad auspicium capiendũ de vrbe cõdenda: & nomine imponendo: itaq; studiis summis de hoc inter eos peractum refert.

Certabant vrbem Romam ne. Remam ne vocarent.
Omnibus cura viris: vter esset induperator.

Qui fuerint apud veteres adamiani: & Nyctages hæretici: ac de lychnobiis etiã hominibus: & Horatii locus exposit9: tũ de his: qui himerobaptistæ dicerentur.

Caput. VI.

IN christiana philosophia cum variæ primo ac multiplices authorũ de ipa religione forent opiniones: permulti quidem extiterũt: qui a Christianis hęretici sunt appellati: quoniam videlicet ab optimo religionis cultu: & veritatis ratione detorsissent: hi. n. (ceu pessimũ virus sensim per arterias illapsum i præcordia) mox non minore impetu: q̃ damno sæuiebant. Inter cætera vero quorundam p̃cepta atq; disciplinas nobiles aliquando fuerũt illorũ factiones: qui Adamiani: atq; Nyctages appelati sunt: de qbus cum in veterum cõmentariis mentio fit: eorum ridiculam et per inde insanam superstitionem libitũ est paucis referre. Nam Adamiani ob id nomen hoc acceperunt: quoniã exemplo Adam: nudi ac sine vllis vestibus degerẽt: eoq;

modo cum fœminis versari: atq; etiã orare consueuerũt: asserentes illud ipm in vita melius extimandum: quod ad naturam magis accederet: cum in ea re nullã prorsus modestiæ: aut verecundiæ rationem haberẽt: quæ mortaliũ vitam (vt inquit Plato) pari iure instruit: atq; exornat. Nyctages vero quoniam vniuersam noctem somno: & quieti concederent: neq; ipso noctis tempore vigilandum esse putarent: naturæ geniũ violari: atq; corrupi opinantes. Qui aũt noctes euigilant: dies integros dormiunt a Pedone Albinouano græca voce λυχνοβιοι ab Anneo Seneca lucifugæ appellati sunt: ex quo illud Horatii ad Mecœnatem.

Huic parco paucis contento: quinq; diebus
Nil erat in loculis. noctes vigilabat ad ipsum
Mane: diem totum stertebat. nil fuit vnq̃
Sic impar sibi.

Quo loco ad istos certe lychnobios poeta Horatius respexit. cuiusmodi a veteribus quidam imperatores notãtur: qui peruerso naturæ ordine: noctes totas peruigilarent. Sed & Butas Acilius: atq; Spu. Pãsa (vt apud eundem Anneũ est) inter lucifugas reponuntur: vnde elegans dictũ Tib. Imperatoris de Acilio Buta celebratur: nam cum patrimonium ingens consumpsisset: & paupertatem suam apud imperatorem fateretur: sero inquit Tiberius o Buta expertrectus es. Hi em̃ homines (vt refert Seneca) qui se tenebris dicarunt velut antipodes sunt: quibus contraria qdem non regio: sed vita: qui solem nunq̃ orientem: aut occidentem aspiciunt. Sed em̃ defunctorũ loco habẽdi sunt: neq; a funere absunt. qui ad faces: atq; cæreos viuunt: quorũ videlicet contrarius vsus atq; præposterus. Varro equiti Rom. occasionem perelegantis dicterii præbuit. Himerobapistæ aũt apud iudæos hi vocati sunt hæretici: qui quotidie se ipsos: ac sua etiam vestimenta abluere cõsueuerũt. Verum de re hac secre: o opere complura attulimus.

Quibus rationibus Agesilaus princeps: & Plotinus philosophus suas imagines effigi noluerunt: ac de Alexandro item macedone nonnihil.

Caput. VII.

SCriptum est in veterum historiis de Agesilao lacedæmonũ principe: q̃ is quidem perpetuo edicto cauit: nequis eius imaginem vllo modo exprimeret: q̃ existimaret a nullo prorsus opifice: singularem eius formã posse absolui. Alexander aũt macedo (qui fortunæ aleam pro voto rexit) imperasse omnibus traditur: ne illius imago a plurib9 effingeretur: q̃ ab Apelle. Pyrgotele: & Polycleto: qui in sua quisq; arte q̃ absolutissimi forent ne tanti regis effigies (vt ingt Apuleius) a multis passim artificibus contaminaretur: itaq; tãtum permisit: vt eã Polycletus ere duceret. Appelles colorib9 deliniaret. Pyrgoteles celamine exculperet: quod. &. C. Plinius et alii complures referunt. Vnde illud Horatii Elacci ad Augu. Octauium de rege Alexandro:

Edicto cauit nequis se præter Apellem
Pingeret: aut ali9. Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.

In quo tamen Lysippum Horatius pro Polycleto adiecit. Plotinus aũt philosophus cum eius imaginem qdam cuperet a pictoribus perfici: acerrime restitit: ininime passus (vt dicebat) effigiem corporis exprimi animum non videri. Amelius certe (qui & Gentilianus est dictus) nulla ratione ab eo id potuit exorare: q̃q̃ Plotino ipsi studiorum & beniuolẽtiæ causa maxime insedisset: vt qui annos supra. xx. familiariter cum

illo versatus foret: quod & Porphirius testatur. Primus aũt Asinius Pollio apd Rom. in bibliotheca ipa imagines collocauit: cum eam dedicaret: & ingenia hominum (vt est author Plinius) rempub. fecit.

Qui abecedarii: syllabarii: ac nominarii sint apud Hieronymum: ac de abecedario ex verbis Hieronymi: & Augustini.

Caput. VIII.

DE Hieronymi doctrina & ingenio: sæpe alias diximus: in tanto. n. vtro nõ minus laudari debet vitæ morũq; integritas: q̃ veterum omnium disciplinarũ egregia eruditio: nam & idem voces aliquot apud latinos tam fœciliter ad inuenit: q̃ aperte & cõmode composuit: sicuti hæc sunt qbus discentium profectus in ipa litteratura seu litteratione designatur abecedarii: syllabarii: & nominarii: ita eos appellat qui per suos disciplinæ gradus promoueãt: Abecedarios qui litterarũ seriem atq; ordinem prosequãtur. Syllabarios vero: qui syllabas ipas colligere: & syllabatim legere incipiant. Nominarios eiusmodi homines: qui integra nomina proferant Siqdem ita discentium classes a veteribus institui consueuerũt: qd etiã num in litterariis ludis apparet. Sed hoc totũ per q̃ eleganti descriptione a Hieronymo traditum est: in commentario Mosaycæ philosophiæ: quo Adamantiũ Origenem interpratur. Dabimus ingt in nostra etiam lingua similitudinem: qua consequentiæ huius ratio patescat: in litterario ludo: vbi pueri prima elementa suscipiunt Abecedarii dicuntur quidam: alii syllabarii: alii nominarii: alii iam calculatores appellantur: & cum audierim9 hæc nomina ex ipsis qui sint in pueris profectus agnoscimus: similiter & in liberalib9 studiis cum aut locum recitare aut allocutionem: vel laudem: aliasq; per ordinem materias audierimus: ex materiæ nomine profectum adolescẽtis aduertimus: hactenus Hieronymus: Sed Augustinus item abecedarium vocat ordinem illum litterarum: quem pueruli condiscũt: quod & Fab. itidem Fulgentius in mithologicis sequitur: ordinẽ aũt hũc litterarum: syllabarum: & nominum diligenter ac docte Mallius expressit his versibus.

Vt rudibus pueris monstratur littera primum
Per faciem: nomenq; suum componitur vsus:
Tunc coniuncta suis formatur syllaba nodis:
Hinc verbis structura venit: per verba ligandi
Tuncterum vires atq; artis traditur vsus.
Perq; pedes proprios nascentia carmina surgunt
Singulaq; in summa prodest didicisse priora:

De Romanis vatibus antiquissimis: eorũq; hymnis & canticis: tum qui dicerentur Mineruii: Ianales: & Iunonii versus.

Caput. IX.

PRimos fuisse apud Rom. po. vates Publium. Calenum. Martium: & Liuium Andronicum veterum commẽtarii tradunt: Hi. n. eiusmodi vaticinia ac versus effuderunt (vt est author Cicero) quos Fauni: vatesq; canebant: sed. n. illorum carmẽ fere: aut ad laudem deorum referebatur: aut ad ciuitatis lustrationem et prodigia expiãda. Liuius autẽ Andronicus eos versus cõposuit: quia a ter nouenis virginibus per vrbem celebrati sunt in Iunonem reginam: data resti per manus: vt copiose relatum est a Liuio: in rebus gestis Rom. po. qui carmen illud veluti abhorrens: et inconditum prætereundum putauit. Sed & mox. P. Licinius Tegula ad expianda prodigia carmen itidem cõsimile effecit: idq; ex responso decemuirali traditur abso-

lutum. Zosimus quoq; diligẽter obseruauit: quibus hymnis: & pæanis in templo palatini Apollinis Rom. po. vteretur. Tum quo ritu ter nouem pueri nobiles patrimi & matrimi cum totidem virginibus illos decantarent. Nec illud omittendũ Iunonios quidem versus. Mineruiosq;: & Ianales propterea dictos a priscis: q; eorum numini ac maiestati dicarentur de quibus Var. Terentius: aliiq; authores mentionem faciunt.

De. M. Antonio: qui leonibus ad curtum iunctis vehi consueuit: ac de Heliogabali portentoso ingenio: qui leones: tigresq;: & mulieres ad currum iunxerit.

Caput. X.

M. Antonius primus (vt inquit Plinius) iugatos leones ad currum iũxit ciuili bello post pugnam pharsalicam: & ab illis vectus est cum Mima Citharęda. De Antonio aũt Heliogabalo: qui orbis terrarũ (ita diis placuit) imperator fuit. sic a Lamprídio scriptum est: quaternos inquit canes ad currũ iũxit. eoq; modo vectatus est. Idem quoq; iunctis quattuor ceruis in publicum processit: sed & leones coniunxit Cybelem se apellans. iunxit & tygres Liberum patrem se vocans: habuit gemmata vehicula & aurata. atq; vt insaniam libidini adderet: iunxit etiam quaternas mulieres: nudusq; a nudis peruectus est. Firmo impe. qui robustissimus est habitus: & illud ab Aurelio liberto scriptum est: eum fuisse vectum ingentib⁹ structionib⁹: adeo vt magis volare: q̃ gestari videretur: quæ res a Vopisco etiã refertur.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER SEPTIMVS DECIMVS.

Quot apud veteres ideomata celebrarentur. ac de illorum inuẽtoribus: tum per elegantes senarii appositi: & de Gordiani impe. sepulcro

Caput. I.

Quoniam sæpe in quæstionem venit. Quot apud veteres idiomatũ genera fuerint quoq; maxime celebrata: putaui nõ indignũ fore si senariolos quosdam de. vii. linguis subiiciam: quos eqdem in peruetusto codice legi ex bibliotheca septimana. In eo. n. libro multiplex linguarum varietas demonstratur: tum q; . vii. litterarum genera pcellant. vt Hebraicæ. Atticæ. Latinæ: Syriæ. Chaldeæ. Aegyptiacæ ac Geticæ. Sed audiamus veteres versiculos: ne impendio longius euagemur.

Moyses primus hebręicas exarauit litteras.
Mente phœnices sagaci condiderunt atticas.
Quas latini scriptitamus: edidit Nicostrata
Abraham Syras: & idem repperit chaldaicas
Isis arte non minore protulit Aegyptias.
Gulfila prompsit getarum quas videmus vltimas.

Notum vero & illd q; Augu. Gordiana sepulcrum apud circeum castrum titulũ diu seruarit variis linguis decoratũ: litteris qdem & græcis & latinis: & persicis: & iudaicis & Aegyptiacis: Epitaphion aũt id est. DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM: VICTORI GOTTORVM: VICTORI SARMATARVM. DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM: VICTORI GERMANORVM: SED NON VICTORI PHILIPPI. de qua re alibi commodius dictum est.

De maximini Impe. sæuitia & versiculis contra eum vulgo prolatis.

Caput. II.

Doloclitiani imperatoris dictum celebre est nihil prope in tota vita esse difficilius: q̃ imperatorem bene imperare: quod ab eo tamẽ dictũ creditur ante q̃ fact⁹ esset imperator: & sane ex annalibus antiquorum facillime quiuis intelligit q̃ pauci omnino fuerint: ex tanto principum numero: qui optime imperiũ administrarint: siue enim licẽtia & libido: siue rerum omnium copia eorum animos immutaret: mirũ certe q̃ bteuí ad scelestissima quæq; prouerent: quod ipm ex Claudiis: Vitelliis: Caligulis & Neronibus apertissime cõstat: num quid ego de Heliogabalis nunc & Maximinis atq; commodis dicam. quorum scelera ac monstrosa prodigia in ipsius naturę conuitium excreuerunt: sed libitum mihi est versus aliquot cõtra. Imp. Maximini seniorís crudelitatem apponere. Is em tã feri ingenii: tãq; immanis fuit: vt illũ Cyclopem: & alibi. Busiridem: Typhonem alii: aut Gigem appellitarent: versus hi sunt: quibus thracensi sæuitiæ illusum est.

Et qui ab vno non potest occidi: a multis occiditur.
Elephas quidem grandis est & occiditur.
Leo fortis est & tamen occiditur.
Tygris acerrimus est & occiditur
Caue multos si singulos non times.

Id autem carmen ex gręco versum: ob eam præcipue causam apposui: vt si quando in gręcum incidamus. illud æque adiiciatur: Habes hoc apud Iulium quoq; Capitolinum ad Imper. Constantinum.

Horatii carmen expositum de Cyclope in scæna saltante: & de Cyclopeis ludis ex veterum authoritate: ac Lucilii versus de Polyphemo.

Caput. III.

Non defuerunt apud gręcos: qui de ludis: & eorum varietate permulta scriberent: sicuti ex nostris Anneus Seneca. & Suetoni⁹ Tranquillus: inter cæteras autem voluptates scænicas celebrari video: Cyclopea sic enim vocarunt: cum ipsum Cyclopem in scæna saltãtem proferrent: habitu: & ornamentis: q̃bus Polyphem⁹ apud ipsos maxime poetas decoratur. Quod ego duxi obseruãdũ vt apud Flaccum Horatium locum interpretemur: paulo indiligẽtius ab aliis expositum Itaq; sic allusit: cum de Sarmento scurra: & Messio osco: eorumq; litibus dissertit: ac Messium ore fœdo: & facie turpi similemq; laruæ reddit.

Campanum (inquit) in morbum in faciem permulta iocatus
Pastorem saltaret vti Cyclopa rogabat:
Nil illi larua: aut tragicis opus esse cothurnis:

Quo loco saltare Cyclopa nihil puto aliud ab Horatio itelligi: q̃ & fronte & habitu talem fuisse Messium: vt Polyphemum in scæna saltantem posset exprimere: acrisum de se spectantibus facile commouere. Quorum nomina referam qui hoc i scæna spectaculum exhibuerunt: Carinus quidem imperator (vt Flauius Vopiscus in tertio ad Bassum libro tradit) ludos fecit apparatissimos: ac mimos vndiq; aduocauit: exhibuit etiã ludũ sarmaticum: quo dulcius nihil est: exhibuit & Cyclopem adornatum: Tremellius itẽ Pollio (cũ Galienis imp. decẽnia variis ludis celebraret) Cyclopem ingt etiã luserũt õnes arenarii: ita vt mirãda q̃dam & stupenda mõstrarẽt Lucili⁹ aũt poeta (qui primus condidit stili nasũ) Homerica imitatione ita i satyris

De polyphemo locatus est
Multa hominum portenta in Homero verificata
Monstra putant:quorum inprimis Polyphemus ducentos
Cyclops longus pedes:huic porro maius bacillum
Malus maximus sit q̃ in naui:& corbita in vlla.

Quo habitu ac figura stilus esset apud veteres:ac de parte eius deletili:& qd item sit stilum vertere ex Augustino Hieronymo & aliis.

Caput.IIII.

IN libro Sermonum primo sic apud Horatium legitur quo loco poetæ Lucilii carmen:vt minus cultum & incompositum reprehenditur.

Sæpe stilum vertas:iterum quæ digna legi sunt
Scripturus:neq; te vt miretur turba labores
Contentus paucis lectoribus.

Id ego solitus sum ad hunc fere modum interpretari:vertere vt stilum quis dicatur cum scripta ipsa inducuntur ac delentur:quoniã qua parte aculeatus is esset atq; subulatus:ea potissimum exararent:qua vero parte latiuscula acies foret. hac delere aliquid (sicubi vsus peteret) consuerunt:tales autẽ stilos etiam nũ graphiarii nostri habent:sed quoniam priores partes agit scriptio q̃ litura:propterea cũ delebãt: hoc est latiorem ac deletilem stili partem conuertebant:vertisse stilum dicebantur Quod etiam a diuo Hieronymo notatum est:qui meliorem stili partẽ nominat quæ peiora de authoribus expugnat:sicuti & Ruffinus in eundem Hieronymum recenset. Stultus ego inquit:qui me putarim hoc absq; philosophis scire non posse qui meliorem stili partem elegeram eã:quæ deleret:q̃ quæ scriberet:frustra Alexandri commentarios verti:& Porphirii Isagogen expendi. Sed hocidẽ ex verbis Augustini multo copiosius elicitur:quæ sunt in libro de quantitate animæ:quo loco rem minimã sed admirabilem tamen.tam presse:tam significanter descripsit homo ille:nõ fãcilitate minus q̃ doctrina sũmus:vt ob id etiam indicasse mihi videatur:quantum i romana eloquentia potuisset:nisi se nimis interdum ad audiẽtium aures & mensurã submisisset:sed ascribam verba ipa Augustini:Idq; paulo prolixius quoniã cæteris quidem credo vsu euenturum:quod & mihi accidit:vt cum voluptate mirifica plegantur:Ab hoc inqt me reuocat qd hisce hausi oculis pene serius:q̃ credi potest:sed certe non serius quã deberet Cum.n.nuper in agro essemus liguriẹ:nostri illi adolescentes (qui tunc mecum erant studiorum suorum gratia) animaduertunt humi iacentes in opaco loco reptantem bestiolam multipedem:longum dico quendam vermiculum vulgo notus est:hoc tamen quod dicam:nunq̃ expertus eram:verso nanq; stilo (quem forte habebat vnus illorũ) animal medium pcussit:tum ambæ partes corporis ab illo vulnere in contraria discesserunt:tanta pedum celeritate ac nihilo imbeciliore nisu q̃ si duo huiusmodi animalia forent quo miraculo extetiti causæq; curiosi:ad nos vbi simul ego & Alipius considebamus alacriter viuẽtia frustra illa detulerunt:neq; nos parum commoti eo currere in abula quaquauersum poterant cernebamus:atq; vnum ipsorum stilo tactum cõtorquebat sese ac dolorts locũ:nihil sentiente alio:ac suos alibi motus peragente Quid plura Tentauimꝰ quatenus id valeret:atq; vermiculum imo iam vermiculos in multas ptes concidimꝰ, ita omnes mouebantur:vt nisi a nobis illud factũ esset.& cõparerent vulnera recentia:totidem illos separatim natos:ac sibi quẽq; vixisse credeteremus hæc Augustinꝰ:

vides aũt verso stilo dissectum fuisse animal.hoc est parte eius deletili:qua scriptorũ quoq; emendatio perficitur:Hinc illud Fabii ad Marcellũ:stilum ipm non minꝰ agere cum delet.qua in re vel Ang.politiani manibus habenda est gratia:a quo similia his aliquando audiuimus.

Quæ sint serperastra in geniculis puerorum alligata:& Aristotelis verba i politicis:ex Varronis sententia exposita.

Caput.V.

SCribit Aristoteles copiose in politicis:qua ratione pspiciẽdum sit his hominibus:qui in teneta adhuc ætate versentur:qbusq; cibis maxime nutriendi quo magis coalescere possit:eorũq; vires reddi auctiores atq; solidiores.tũ explicat etiã adhibendam diligentiam:vt ambulare infantes doceantur:exẽplo videlicet quorundã populorum:ne membra (vt idem inquit Aristoteles) in teneta ætate deprauata ac distorta reddantur:itaq; instrumentis ac machinis qbusdam vtũt quo puerorum corpus & validius & rectius seruetur.Quod ego ob id putaui referẽdum:quoniam.M.Varro latina voce serperastra appellat ea instrumenta:quibus ad huc infantes anniculi ad gressum subriguntur:& ambulando facilius pergunt:ne i torta crura sint:vel inequali gradu inambulent:nam genu alligare illa.Romani consuerunt.ne vaciæ (vt inquit Varro) aut compernes fierent. Verba eius hæc sunt in libris de latina lingua ad.M.Ciceronem.Si quis in consuetudine ambulandi factꝰ sit vacia:aut compernis:si eum corrigi nõ concedat:non sequitur:vt stultum faciãt: qui pueris geniculis alligant serperastra.vt eorum deprauata non corrigant crura: cũ deculpandus nõ sit medicus.qui e longinqua mala consuetudine ægrũ i meliorẽ traduxit.M.quoq; Cice.cum de suis cohortibus agit:in epistola ad Pomponium ludens:Serperastra suæ cohortis nominat:nisi forte nomen hoc foret cohortis vt legio quæ alauda:& quæ rapax dicerẽtur:de Serperastris inquit cohortis meæ nõ est quod doleas:ipsi enim se collegerunt admiratione vitæ integritatis meæ.Sed hoc ex Cicerone considerandum melius est.Dicta sunt autem serperastra (vt puto) ab iserpẽdo quoniam infantes ipsi reptare potius & inserpere:q̃ ambulare primũ videtur:qua figura & seliquastrũ dicimus:quod a sedẽdo.M.Varro paulo incõmodiꝰ detorquet.

Quid sit Proprie Lychnuchos:& emendata vox in Suetonii historia: tũ Lucretii poetæ carmen additum.

Caput.VI.

DEprauata vox est in.C.Suetonii codicibus:quã facile agnoscent hi omnes: qui & græcę litteraturæ haud imperiti omnino sunt:& vetustatis nõ incuriosi:nam verbum quod est lychnuchos tam exemptum est e vita Iulii Cæs, q̃ e Flauii Domitiani:proq; eo lychnos ineruditę:ac perperam subscripserunt: cum codices fere omnes vetustiores lychnuchos retineant:qua in re nõ minus antiquitati concedendum putamus: q̃ authoritati. Ad hunc igitur modum. Tranquillus C.inquit Cæsarem dictatorem capitolium ascendisse ad lumina elephantis dextra ac sinistra lychuchos gestantibus. Et in Domitiano item venationes inquit: & gladiatores noctibus ac lychnuchos exhibuit:ita enim veteres & probati codices in vaticana etiam bibliotheca habent:neq; est aliud lychnuchos: q̃ laterna:quæ græce φαγοσ aut λυκη & si facem vel lucem quidam interpretantur. De quibꝰ permulta sunt in Suidæ collectaneis: sed & Pollux ad cõmodũ: & Athenæꝰ i diphnosophistis meminit: tum multos ad id authores aduocat:vt Alexim & Aristophanem veteres

poetas apud quos pro laterna videatur lichnuchus accipiendus: & Alexis quidem perlepide sic iocatus est de lichnucho in fabulis

Qui primus excogitauit: vt noctu cum lichnucho deambularet:
Is profecto amator aliquis digitorum fuit.

Dictum vero id verbũ eadem figura: qua Cheruchon: Septruchõ: Ophiuchõ & alia eiusdem generis: sed & poeta Lucretius nihil aliud nobis insinuat: q̃ istos lychnuchos qui in ædibus nobiliorum viserentur: vnde lumen ad nocturna conuiuia suppeditari posset.

Sinon aurea sunt (inquit) iuuenum simulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris
Lumina nocturnis: epulis: vt suppeditentur.
Nec domus argento fulgens: auroq̃ renidet:
Nec citharis reboant laqueata: aurataq̃ templa

Nam & C. Plinius lychnuchos pensiles nominat: vbi lychnos falso legebatur quod Hermolaus fatetur: ex quo etiamnum romæ lapis hoc titulo insculptus .PANTHEI CVM SVIS PARERGEIS: ET CVPIDINES DVO CVM SVIS LYCHNVCHEIS: locũ vero Suetonii & Politianꝰ agnouit: vir & ingenio acri: & ctione multiplici excellẽs: de xilolychnio aũt obeliscolychnio alias dictũ a nobis est:

Quid i veterum nummis sit. A. A. A. F. F. ac de tribunitia potestate ad nũmos signandos: tum locus ex decemuiralibus tabulis.

Caput. VII.

IN veterum nummis litteras quandoq̃ eiusmodi comperias: vix vt sensũ satis possis colligere ex illis: qualis hæc inscriptio alicubi inuenitur: quæ ad imperii Rom. amplitudinem atq̃ dignitatem pertinet. A. A. A. F. F. In his autem litteris (nisi forte decipior) id significatur Aere: argento: auro: flãdo: ferũdo quod i quotũdam cõmentariis etiam depræhenditur: in quibus de potestate ac viribus notarũ agitur: quem ego librum haud equidem Probo Valerio ascribendum existimo: qui de notis Cæsarianis præter alia multa commentariũ fecit: quod a Gellio in atticis refertur: libuit hanc rem: ob eam præcipue rationem adnotare: quoniã istiusmodi inscriptio aliter fere a multis exponitur. Illud autem diu seruatũ est a. S. P. q. r. vt argentum deuictis gentibus duntaxat imperarent: quod & Plinius nouocomensis testatur Signandi vero nummi potestas ad ipsos tribunos relata est. sicuti & leges decemuirales probant: in quibus verba ipsa ita se habent: ne quis maiorem in hoc diligentiam desideret.

Tribuni sunto: domi pecuniam publicam custodiunto:
Vincula sontium seruanto: capitalia vindicanto:
Aes: argentum: aurum: ve publice signanto.

Quod ipsum a. M. Tullio &. C. Plinio in metallicis approbatur.

Qui sint apud iureconsultos directarii & dirigere: ac restituta in pandectis verior lectio: tum quid apud græcos tichobates intelligatur.

Caput. VIII

DIrectarii qui sint apud iureconsultos ipsi nobis digestorum libri indicant nã & in Vulpianis verbis positũ id est: quo loco de saccularíis & directariis mẽtio habetur: quãq̃ in vulgatis codicibus pro directariis detrectari os fere inuenias: quin & hoc idem docet alibi Vulpianus: & si falso dictarii scriptũ est: quẽ locũ

viri paulo diligentiores nõ improbabũt: quando & pandectarum libri ipi antiquissimi: qui Florentiæ sunt in Marciana bibliotheca: huic sententiæ astipulãtur: verba autem pauli hæc sunt. Cũ de criminibus extraordinariis agitur: sacculariì qui vetitas artes exercentes: in sacculos partem subducũt: partem subtrahunt. item qui directarii appellantur: hoc est hi homines: qui in aliena se cœnacula direxerint: furandi animo: plusq̃ fures puniẽdi sũt: Vtrobiq̃ aũt ridiculꝰ ẽ Accursius (nisi veniã dare homini malis) quoniam rudi sæculo: ac profꝰ illiterato natus est: sed retineri tamen eius nugas: & hac ætate a nostris iureconsultis defẽdi: qua litterę omnes: ac honestiores disciplinæ: permultum incrementi acceperunt: id ego vix ferendum existimo: ab his præsertim: qui bonarum litterarum sacris initiati & exculti sunt: sed hocipm (diis iuuantibꝰ) commodius asseremus: multa enim i iure ciuili accepta perperam: & inepte expositas sententias persæpe afferunt violentas & falsas: quas defendere nemo ipsorum possit: cum sint adeo nostri leguleì a romanis studiis & melioribus disciplinis abhorrentes. Qui aũt directarios fures istos nominarint: a dirigẽdo arbitror vocẽ hanc inflexerunt: q̃ in alienam domũ se dirigere perinde sit: atq̃ ingredi: eosdem vero esse directarios quidam dixerunt qui τειβαταια græcis vocantur: apud quos frequens hoc verbum comperies: tametsi flauius etiam Vopiscus hac voce vsus est in libro historiarum tertio ad Bassum. De Charino inquit: & Numeriano: a. a. memorãdum id est q̃ ludos po. Romano spectaculis ornatos dederunt: Inter alia. n. exhibitꝰ est τειχοβατηϛ qui per parietem vrso eluso cucurrit:

De Tertulliani eruditione ac eius verba contra Marcionem hæreticum relata et quomodo Hieronymus ea transtulerit

Caput. IX.

LIbros aliquot erudite atq̃ acriter scripsit Septimius Tertullianꝰ cõtra Marcionem hæreticũ: qui Stoicorum disciplinam secutus: bina principia: binosq̃ deos ponebat: bonũ & malum: sed in his quidem libris Tertullianꝰ elegãter interdum & copiosæ leuitatis: incõstantiæ: atq̃ improbitatis Marcionẽ accusat cuiusmodi sunt hæc: quæ ob ipsam gratiã orationis καὶ Δυναμιν volui subscribere noster (inqt) Marcio Scytha tetrior: a Maxobio istabilior Messageta ihũanior. Amazonia andacior: Nubilo obscurior: Hyeme frigidior: Istro fallacior Caucaso abruptior Quẽ locũ diuus Hieronymus (vt alia multa) secutꝰ est: trãsmutatis q̃busdã verbis atq̃ transpositis i libro cõtra vigilantiũ: quem per antiphrasim dormitantiũ vocat

Mos veterum de mittenda Impe. imagine ad vrbem: siquando in absẽtia creatẽtur: & q̃ ipsi iudei nullas imagines Cæsarum recipere voluerunt

Caput. X.

RElatum in litteris est quemadmodum Rom. Impe: cũ hoc nomen & Augustam dignitatem in absentia consequerentur: soliti sunt propriam effigiẽ ad vrbem mittere: quo se ipos senatui. p. q. r. facilꝰ insinuarẽt. Hoc ego putaui ob eã causã obseruandum: qnoniam ante Antoninorũ imperiũ neminí (vt opinor) legitur accidisse: permulti autem id effecerunt subsequentibus annis: q̃ suam imaginem ad vrbẽ miserũt: quod Amianus Marcellinus: & Zosimꝰ historiæ Rõ. authores testantur: nã & Cõstãtii imp. imago recepta i vrbe est: & itẽ Galerii: quin & Maxentius effigiẽ suã Carthagini destinauit: vt suo nõi atq̃ authoritati magis cõciliaret Carthaginẽsẽ ppl'm quod a copiis & militibus Galerianis ꝓhibitũ fuit: renuẽtibus dignitatẽ Maxẽtii fieri ampliorem. sicut a Zosimo traditũ ẽ: Illud aũt minime omittã quẽadmodũ. C. Cæsar cũ Iudæis ppl'is impalset: vt eiꝰ effigiẽ rẽplo reciperẽt

nullis rationibus adduci potuerunt:vt hoc perficerẽt:sed arma potius sumpserũt:q̃ vt illud animo Cæsaris concederent.Seruatũ est,n,a iudæis magna religione:vt nul lam prorsus imaginem:aut simulacrum ĩ templis haberent:sed vnũ duntaxat deũ mente ipsa concipientes colere consuerunt:quod Aegyptii contemnentes varias ac multiplices animaliũ formas:pro diis habuerũt.Itaq; Tacitus Cornelius de iudæis Vnum ingt numen sola mente intelligunt:prophanos credunt: q deum imagines mortalibus materiis in species hominũ effingant:solum illud & æternum:neq; mutabile:neq; interituru.Nulla igitur simulacra suis vrbibus:nedum templis sunt:nõ regibus hæc adulatio:nõ Cæsaribus honor.Neq; illud qdem ignoratur:morẽ fuisse Rom,imperatoribus:suas quoq; imagines in templis adorandas apponere: quod a Septimio Tertulliauo magnis conuiriis accusatur atq; exibilatur.

Qui sint apud Aelium Lampridium bene nasati homines:ac de Impe. Antonini.Heliogabali flagitiosa & infanda libidine.

Caput.XI.

NOn committam:quo minus apud Aelium Lampridium exponam⁹.q̃ nãsint homines bene nasati in vita Antonini Heliogabali Impe.q̃ bene nasatos homines frequenter appellare consueuit.cum mutoniatos,beneq; mẽtulatos significabant.quod eqdem propterea censui adnotãdum:vt eorum inscitiæ ac ineptiis occurratur:qui bene vasatos improbissime & legunt & exponũ .Flaui⁹ certe Blondus nasatos homines apud Lampridiũ pro his inscitissime accipit:q̃ admodum dites:& opulenti forent:nemini aũt non constat: Antoninũ qdem Heliogabalũ in tota vita fuisse tã extremi luxus:ac nefandæ libidinis:vt potius seipm naturæ portentum:q̃ Rom.Imperatorem probaret:Inter alia,n,vitæ scelera atq; flagitia:leones meretrices:exoletos:ac subactores:prope innumeros collegit:illisq; nasatos homines adiecit:hoc est(vt Lampridius etiã notauit)viriliores:quoniã illis Heliogabalus ad libidinem & flagitium scelestissime vtebatur:quocirca sic Lampridi⁹ ad Cõstantinum impe:de prodigiosa eius libidine.Quis posset ferre ingt principẽ per cuncta caua corporis libidinem recipientem:cum ne beluam qdem talem:q̃sq̃ ferat.Romæ deniq; nihil ægit aliud:nisi vt emissarios haberet:qui ei bene nasatos perquirerent:eosq; ad aulam producerẽt:vt eorum conditionibus frui posset.Sed hãc ipsam vocem sæpius apud eundem cõperies,facile vt appareat:quantũ hi homines incurrant: qui sunt in legendis pensandisq; authoribus oscitantes:atq; segniores nã & maioris peculii eosdem vocat:quoniam viriliores fere videtẽtur:vnde & prouerbium vulgo detritum de nasatorum peculio.

De architæ Columba volatili ex mœchanica ei⁹ disciplina:hac de Boethii philosophi pari ingenio & doctrina:ad mœchanica q̃dam miranda efficiẽda.ex Cassiodori Variis.

Caput.XII.

DEtrnultum laudatur in veterũ cõmentariis Architæ Tarẽtini eruditio & ingeniũ:Nam & Plato philosophus eidem Architæ plurimũ cõcessit:cui⁹ merito factũ existimatur:vti Plato idem a Tyranno Dionysio seruaretur:ĩ mœchanicis vero magnopere Architas ꝓstitit:sic vt eius quoq; columbã ligneã põdusculis quibusdam instructam:mirificoq; artificio fabrefactam volitasse scribant. Cum alii authores:tum Phauorinus:qui vt egregie vir doct⁹ eam celebrauit: sicuti legitur in atticis commentariis.Id ego cum diligentius considerarem:offendi consimile exemplum de Boethio philosopho:quod ab Aurelio Cassiodoro relatum est in Variarũ libris:Is,n, Cassiodorus cũ ad eundẽ Boethiũ scriberet:simulacra eiusmodi

atq; mœchanica opera libramẽtis adhibitis:summoq; ingenio excogitata ab eo & cõfecta affirmat:vt aues deuolantes,& angues exibilantes:& hercle tam magno ingenio fuit Boethi⁹:tãq; multiplici eruditione:vt facile ad id credendum animũ inducam: asserente hoc maxime Cassiodoro: qui fuisse traditur Regis Theoderici a secretis.Sed apponenda sunt eius verba ex Variis:quo facilius atq; cumulatius hoc totũ pernoscatur.Tibi(inquit)ardua cognosse:& miracula mõstrare propositum est tuæ artis ingenio:metalla mugiũt:Diomedes in aere grauius Buccinatur: æneus anguis insibilat:aues simulatæ sunt:& quæ vocem propriam nesciunt habere:dulcedinẽ cãtilenæ probantur emittere:parua de illo referimus :cui cœlum imitari fas ẽ.Hæc in Variis Cassiodorus.

Mirandum & adynaton videri:quod a Iosepho traditur:de Alexãdro Macedone:vt huic perinde ac Mosi mare Pamphilicum patuerit:cum transfretaret in Persas cum exercitu.

Caput.XIII.

DE Alexandro Macedone:eiusq; maximis & felicissimis gestis:permulta & varia apud veteres scribuntur:sed quod in Iosephi historia cõpertum est:id omnino videtur maxime mirum:peneq; incredendum:cum nemo alter ex antiquis(quod equidem legerim)talia de Alexandro rettulerit.Ioseph⁹ vero (quẽ iudęorum vernaculũ appellat Tertullianus)cum omnium iudæorum historiam libris,xx,complex⁹ sit:de Mose:eiusq; vita & gestis eadem propemodum refert: quæ & in sacra historia habentur:& apud Philonem magna ex parte repetũtur.Quo aũt loco(inquit)cœlesti consilio:ac diuina potestate permissum: vt Moses virga accepta mare ægyptium diuiserit:quo hebręorũ copiis atq; militi peruium iter fieret:& expeditio facilior:tantundẽ inquit Iosephus de Alexandri Macedonis militibus scriptum fuisse:regem Pamphilico mari imperasse:cũq; vniuerso exercitu transfretasse disiuncto ac diuiso mari;vt inuadens Persiã victoria potiretur:deuictis atq; subactis populis:Quod equidem considerandũ diligentius existimo;ac maturo iudicio expẽdendum.Siquidem miracula illa Mosis;& insignia facinora minime debent Alexandri gestis cõparari:ab his præsertim viris:qui in præsidio christianæ militiæ a nostris collocẽtur.Neq; mirari admodum oportet;si pro loquacissimo homine Tacit⁹ Cornelius tantopere a nostris incessitur:quando iudæos ipsos dixerit superstitioni obnoxios:religioni aduersos:atq; ad omnẽ libidinem proiectissimos:cũ & illi sua insignia & admiranda facinora:græculorum cõmentis:atq; mendaciis comparent:quorũ ingeniosa improbitas(vt authores conueniunt)nihil non audet in historia;sic vt mendaciorum parentes veteri prouerbio græci censeantur.

Aureliani Imperatoris epistola ad Zenobiam Palmyrenorum Reginam:& eius responsum q̃ alto & generoso animo ad eundem sit redditum.

Caput.XIIII.

TEnent me commentaria quædam græca:in quibus de Amalasiunta:de Zenobia & mãmea agitur:quæ omnes & egregio quidẽ animo;& cõsilio non vulgari præstiterunt.Itaq; magna voluptate:sicubi incidit ea adnotamus in his cõmentariis:quæ memoria digna sũt:quale hoc ẽ de Zenobia Palmyrenorum Regina quæ tam generosi spiritus fuerit:vt Aureliani Augu.Imper.minas & dignitatem prorsus cõtemneret:sed apponam vtriusq; epistolam:nequid hac in parte possit desiderari:Aurelianus Augu.Imper.Rom.orbis:& receptor orientis Zenobiæ.S. Sponte facere debuisti id quod meis litteris nunc iubetur,deditionem præcipio tibi

Imperatoris epistola

impunitate vitæ proposita: ita vt illic Zenobia cum tuis agas vitã: vbi te ex senat⁹ amplissimi sententia collocauero: gemmas: argentum: aurum: sericum: equos: camelos: in ærarium romanum conferas: Palmytenis ius suũ seruabitur. Ad hæc autem ita responsum est Zenobia Regina oriẽtis Aureliano Augu. S. Nemo adhuc ꝑter te quod poscis litteris petiit: virtute faciendum est: quicquid in rebus bellicis geredũ: deditionem meam petis: quasi nescias. Cleopatram Reginã perire maluisse: q̃ in qualibet viuere dignitate Nobis Persarum auxilia non desunt: quæ iam speram⁹: Pro nobis sunt Sarraceni. Pro nobis Armenii: Latrones Syrii exercitum tuum Aureliane vicerunt: ꝙ si illa venerit manus: quæ vndiq; speratur: pones profecto supercilium: quo mihi nunc deditionem quasi omisariam victor imperas. Has autem epistolas qui legere apud authores velit: is Flauium Vopiscum adeat: in libro ad Bassum primo de imperatorum gestis.

Vnde rerum principia atq; effectus i vita existant: & quomodo Astrologi: Phisici: atq; Theologi inter se dissentiuut. Caput. XV.

NOtandum & illud existimo: quod ab Aurelio Augustino scribit de his cõmodis atq; incõmodis: quæ in vita ipsa mortalium eueniunt: quo pacto in tam varia: multipliciq; retũ fortuna pro disciplinarũ decretis: principia atq; effect⁹ habeantur. Astrologi (inquit) & hi qui Caldæi vocantur, omnes morbos atq; calamitates sideribus ac cælo ascribunt. Philosophi autem phisici & medici hæc eadẽ: aliaq; similia ad naturæ vires & maiestatẽq; referũt Theologi vero vni deo eiusq; potestati: quam imperare omnib⁹: & regere omnia merito existimam⁹. Hæc Augustinus In quo tamen imprudentiæ ac mendacii omnes illos accusat: q̃ nõ omnia ad vnius dei potestatem: atq; numen referunt: quod ipsum & Origenes copiose persequitur i libris: quos de rerum principiis composuit.

Qui sit morbus tonsillarum: & in qua maxime parte corporis: qualiq; origine dicantur tonsillæ. Caput. XVI.

IN cõmentariis medicorum inuenio & illa remedia esse relata: quæ ad tõsillas pertinẽt: quo loco nõ minus partem faucium debemus accipere: q̃ morbum ipsum: qui fauces occupat: Itaq; Cor. Celsus de tonsillarũ curatiõe in hunc modum scribit. Si tonsillæ sine exulceratione sunt: ac per inflãmationem intumuerunt: caput velandum est extrinsecus: isq; locus vapore calido fouendus: multa ambulatione vtendum: caput in lecto sublime habendum: gargarizandumq; ex reprimentibus: radix quoq; ea (quam dulcem appellãt) contusa: & in passo: mulsoue decocta idem præstat. Tum medicamina alia subiicit: quæ breuitati studentes omittimus: cũ plura a Claudio Galeno: aliisq; medicis de eodẽ morbo referantur. Est autẽ hoc verbum per diminutionem dictum: sicuti a Pompeio grammatico seruatum ẽ ex Ver. Flacci cõmentariis. Tolles (inquit) pro tumore faucium accipitur: quem per diminutionem tonsillas vocamus. Aristoteles vero: & alii cõplures apud græcos Paristhmia & Antiades vocarunt. Infiãmantur enim partes secundũ fauces abcessibus vlcerosis. Sed &. M. Cicero palatũ ac tõsillas noiat. cũ de hois partib⁹ disputat. C. Plinius tõsillas in hoie cõstituit: in sue glãdulas: quo loco disciplinã antomicẽ explicat Quod a nobis ob id repetitũ ẽ: vt quorundã imperitiã deuitem⁹: q̃ de hoc morbo inscire atq; iepte verba habuerũt: Neq; illud ignorat ꝙ & tõsas: tõsillasq; p̃ premis veteres acceperũt: vt Acci⁹ poeta: Enni⁹: atq; alii: ex quo illud vulgatũ ex Ennianis ãnalibus. Pone petunt exin referunt ad pectora tonsas. Et item

Tonsillas rapiunt configunt litus aduncas.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER OCTAVVS DECIMVS.

De Hromisda Persarum principe: & quo astu atq; cõmento e custodia sit liberatus ab vxore. Caput. I.

LIbet exemplum de Hormisdæ fortuna viri summi referre: qui ex familia persarum regia fuit. sicuti & Zosimus: & Marcellin⁹ aliiq; commemorant: Hic igitur Hormisda i colle qu odã relegat⁹ magno studio custodiebatur a Persis: qui fratrem illius minorẽ natu contra regem in regno maluerũt. Euenit aũt vt Hormisdæ vxor tale cõmentum excogitaret: quo virũ suum facilius posset ex viculis eximere Itaq; piscem eximia magnitudine ad illum mittit: inq; eius alueo limã ferream recondit: ac simul fidissimo eunucho mandat: ne quo præsente piscem illũ comedat: tum eo vtatur: quod in ventre inuenerit: camelos quoq; vino & cibis onustos custodibus mittit: ille rei compos strennue hoc facinus peragit ac sũpta ibidem eunuchi veste per medios custodes euasit incolumis Neq; me aũt latet: alios quoq; similia quædam effecisse: sed hoc ipsum de rege Hormisda non putaui omittendũ de quo alibi tamen complura rettulimus

Vergilii carmen emendatum contra quorundam inscitiam: furit intus aquai ex Quintiliano & aliis authoribus. Caput. II.

HAbius Quintilianus lib. ro institutionum primo ad Marcellũ Victoriũ vnde pictai vestis (inquit) & aquai: Vergilius doctissimus vetustatis iseruit. sed illud aqnai tulerunt e nouis codicibus indiligentes: inprudẽtesq; librarii: proq; eo subdiderunt: aulai: cum veteres oio codices: & ille imprimis: quẽ ex Gallia Poggius in Italiam aduexit: aquai retineat Fuit. aũt causa librariis adulterinam vocem pro vera subiiciendi: ꝙ nusq̃ apud Vergilium legerant aquai: cum aulai: & pictai legissent.

Aulai in medio libabant pocula bacchi. Et alibi:

Diues opum: diues pictai vestis & auri

Sed ego cogitans: non ab re factum esse: vt in eandem lectionem meliusculæ fidei codices conspirarent: cœpi curiosi⁹ indagare an vsq̃ apud Vergilium potuerit esse aliquando hæc vox. Nec cũ pauca quorundam inscitia: vel immutata hactenus: vel detracta adnotauimus. Inuenisse autem mihi videor: vel in Seruianis quidẽ commẽtariis id ipsum: vt nihil præterea dubitari debeat. Versus igitur Vergiliani sic in libro æneidos septimo leguntur

Sæuit amor ferri: & scelerata insania belli
Ira super: magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni.
Exultantq; æstu latices: furit intus aquæ vis:
Fumidus atq; alte spumis exuberat amnis.

Quo autem loco legimus aquæ vis: legendum est aquai: ad hunc modum.

Furit intus aquai
Fumidus atq; alte spumis exuberat amnis:

Cuius me lectionis Honoratus Seruius admonuit: qui diæresim esse hic factã dicit.

ꝙ siquis codices Seruianos paulo meliores nactus fuerit: facile in his aquai cōperiet Nam & in peruulgatis fere sic habet. Hanc diæresim Tucca & varus fecerunt: nam Vergilius aliter scripsit. Quæ enim sit hoc loco diæresis: nisi illud aquai restituatur Quin & hoc ipsum in Persião interpte (qui cornutus dicitur) inuenias, cū Ennianum hoc exponit.

Lunai portum precium est cognoscere ciues.

Lunai (inquit) dictum est: ſm antiquā declinationē sicuti Vergiliꝰ: Furit itꝰ aquai Quod etiam Benedictꝰ Philologus (cū de Vergiliana emendatione ad eū scribe rem) comprobauit: vir vnus ætate nostra: qui de omi antiquitate sit optime meritꝰ, cum i ea illustranda atq; excolenda assiduo studio, ac mirifica diligentia incumbat

Dictum demosthenis de sua fuga: ac verba Tertulliani exposita: & quo pacto Cicero & Demosthenes in propriis causis maxime degeneres, ac timidi fuerint

Caput. III.

Notum ē: & in cōmentariis celebratum Demosthenis oratoris dictū de sua ipsius desidia: nam cum is passim pro ignauo & ierti accusaretur: vt q apud Cheroneam i bello segniorem se essit: & fuga salutem sibi quæsiuit: pere: leganti hoc versiculo respondit: suisq; accusatoribus illusit.

ἀνὴρ ὁ (inquit) φεύγων καὶ πάλιν μαχέσεται.

Quod a me seruatū est: vt Florentis Tertulliani verba exponeremus: qui sentētiam hanc erudite (vt alia multa) mutuatus est: cum de Rutilio viro sāctissimo loqueret in libro quem de persecutione ad Scapulam cōposuit. Verba eiꝰ hæc sunt: Sed omissis quidem diuinis excersitationibus illum magis græcū versiculum sæcularis scientiæ sibi adhibent: qui fugiebat: rursꝰ ibi præliabitur vt & rursꝰ forsitā fugiat. In quo facile apparet: quid ipse Tertullianus vir egregie doctus insinuet. Re autē vera Demosthenes pro ignauo & maxime timido accusatus est: siquidem vel in propria causa dicturus prius traditur auffugisse: ꝗ in iudicium deuenerit: quod etiam i. M. Cicerone turpius & indignius visum est: qui cum in aliorum causis nemini prorsus cōcederet: in sua tamen mirum ꝗ timidum se ac pauidum præstiterit: sicuti cū a Clodio in iudicium vocatus est: ꝙ is Lentulum: & Cethegum ante sentētiam a senatu prolatam supplicio affecisset Tūc em̄ nō vili modo & sordida veste idutꝰ: sed squallidꝰ, & plorabūdꝰ: familiares amicos: atq; ignotos supplex adiit: obsecrās atq; obtestās omnes: vt risum magis: ꝗ cōmiserationem de se concitauerit. Quod Appianus Alexandrinus in Romana historia refert

Horatii poetæ versus expositi contra aliorum sententiā de Attæ fabulis: cū ig t
Recte nec ne crocum: floresq; perambulēt Attæ.
Fabula, ac de croco in scænis copiose expositum

Caput. IIII.

Oratii Flacci versus hi sunt in epistola ad Octauium Augustum: quo loco de Romanis poetis iudicium facit

Recte nec ne crocum: floresq; perambulet Attæ
Fabula: si dubitem: clament periisse pudorem
Cuncti pene patres: ea cum repræhendere coner:
Quæ grauis Aesopus: quæ doctus Roscius ægit:

in his ego versibꝰ cum aliquando interpretum cōmentarios desiderarem: legi apud

eos deridicula quædā & plane nugas: siquidem fabulam dicunt ab Atta scriptam: in qua de floribus ageretur: ceu officium poetæ comici de floribus scribere. Neq; hæc vllo quidem authore traduntur: quo nihil potest esse in bonis disciplinis iniquiꝰ aut pestilentius. Quin illud magis fuerat explicandum: quisnā hic Atta aut quid in scæna crocus & flores: quæ cū paulo diligentius pensitatem: haud ab re futurū putaui: si Horatianum sensum exponerem, constat igitur Attam ipsum comœdiarū authorē fuisse aud incelebrem: vt in poetis diximus: ex quo inquit Horatius: Si velim nūc Attæ fabulas (vt critici solent) repræhendere: ꝙ in scænam vix afferri debeant: omnes me inscitiæ: atq; imprudentiæ arguent. Videbor enim addubitare haud satis in scæna suas partis absoluere: hoc est crocum & flores perambulare, quoniam consuetudo apud veteres fuit: vti cum fabulæ agerentur: flores ibidem aliaq; odoramēta inspergerentur. Hinc. Lucretianum illud in libro ad Mēmium secundo.

Et cum scæna croco cilici perfusa recens est
Araq; panchæos exhalat propter odores.

Nam & P. quoq; Vergilius idem intellexit: cum in Georgicis dixerit: ex tmolo croceos mitti odores: quo loco Seruiana expositio vt ineptior atq; indoctior iure incessitur. Iam & Hadrianus Imper. in Traiani Augu. honorem balsama & crocū per gradꝰ theatri fluere iussit: quod Aelius Spartianus: ad Cæsarem Dioclitianum commemorat. Neq; scænam ipsam dumtaxat (quæ in theatro erat) variis floribꝰ ornabāt: sed & mensas etiam. Antoninꝰ quidem Heliogabalus (qui naturę portentū dici pōt) cum viros summos inuitasset ad prandium: mensam croco struebat: se fœnū dicens pro eorum dignitate exhibere: Sed nolo hac in re impendio longius vagari: ne ambitioni potius: ꝗ authoritati videamur concessisse Nā de re hac & Plinius Nouocomēsis: & Suetoniꝰ Tranquillus egerunt: vt poetas mittamꝰ. Hinc illud etiā puulgatū

Pulpita solennes non oluere crocos.

Quid apud veteres muginari significet: & quomodo ea voce vtatur Cicero: & quid item sit apud Varronem ex prouerbio min facere.

Caput. V.

Reprehendi video a quibusdam verbū hoc: quod est muginari: quasi asperū & minus latinū velut (vt alii dixerunt) obscurum nimis & insolens: quod ego ferendum non puto: ne illa omnia pro absurdis: ac plebeis statim reiiciamus: quæ cum veterum vsus concedit: tum authoritas doctiorū defēdit. Nec em̄ Lucilius tantum in satyris hac voce vsus est: Sed etiam: M. Cicero. Poeta vero Lucilius sic ad Attam.

Muginamur (inquit): molimur: subducimur Atta

Quod ipsum alibi apud eundem seruatum est: vt Marcellus grammaticus notauit in commentario de proprietate sermonis Sed & M. Cicero (qui vnus omnium romane loquutus est) minime ab hoc verbo abstinuit: quando in epistola ad Pomponiū Atticum sic scribat: de Ocella: dū tu muginaris: neq; mihi rescribis: cœpi consilium domesticum. Neq; prætere a defuerunt: qui in Plinii præfatione ad Impe. Vespa. Ita legant. Dum ista (vt ait. M. Varro) muginamur pluribus certe horis viuimꝰ. Festꝰ quoq; Pompeius in hoc inquit verbo accipiendum cum quod molimur: & quasi tardiꝰ conamur: Est em̄ prope ac mussitare. & min facere sicuti a Varrone relatum est Qui mi facere inquit illos: q vix ꝓloqui audeāt: sed sūmussando hæsitātes i aliquo apparent. ex quo prouerbiū contra subuertētes. Quocirca sic poeta Ennius in Rom. annalibus. Quod minimum est: neq; (vt aiunt) min facere audent

quod ita. Publius. Vergilius imitando emolliuit
Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussat.

Qui sint proprie milites ærediruti apud poetam Ausonium: ac eiusdem verba in epistola explicata. Caput. VI:

AVsonius Gali⁹ verbo vtitur: quod est æredirutus: in epistola ad Paulinum super ludicro opere: quod ab eo Centonis noĩe inscribitur. Et quia (inquit) sub imperante metu metui procedere: mihi inter frequentes stipẽdium iu bebis. finaliter æredirutum facies: vt cumulo Carminis. i fiscũ suum redacto: tedeãt versus vnde venerũt: Hactenus Ausonius: Sciendum vero: q̃ ęrediruti milites eiusmodi appellati sunt: quibus propter ignominiam stipendiũ subtrahatur: locatur eĩ Ausonius de versibus Vergilianis: q̃ sparsos laceratosq̃ passim collegerit: & i vnũ veluti opus contexuerit: vt ex alieno suum poema factum sit. Nã si carmen (inquit) redeat vñ venerit haud quaq̃ strenuus: & frequens in militia haberi potero: proindeq̃ me potius inertem & æredirutum dixeris: neq̃ mihi stipendium aliquod velut assiduo poterit assignari. Varro autem in libris de vita patrum. Stipendrũ (inquit) appellatum est: quod æs militi semestre: aut annuũ dabatur: cui vero datũ nõ sit: is propter ingnominiam æredirutus erat: quod & Nonius Marcellus in libro de doctũ indagine notauit: Nã & Verrius Flaccus est author æs militum: qob ignominiam missionem habuissent: nõ in militiæ sacculum: sed in fiscũ mitti solitum.

Quo pacto Varronis verba in libro de agricultura emendari oporteat & quo sensu accipienda sit Caput. VII.

ETmulti olim quæsierunt quænam in dicendo figura illa sit: qua Terenti⁹ Varro in principio libri de re rustica ad vxorem Fundaniam est vsꝰ. Potius essem consequutus Fundania & cõmodius si tibi hæc scriberem: qnæ nũc (vt potero) exponam. Ex his autem verbis nulla quidem sentẽtia elici potest: digna M. Varronis eruditione quẽ Terentianus vndecunq̃ doctissimum vocat. Sed ego ãtiquissimũ e marciana bibliotheca codicem nactus (quæ Florentiæ admodum nobilis est) iuenio fere ad hunc modum: Otius essem cõsequutus Fundania cõmodius hæc tibi scriberem: quæ tamẽ nõnihil etiã sunt interpolata quod si liceat in his tenebris: quæ fẽtiam respõdere: haud aliter a Varrone credideriim scriptum q̃ in hunc modum Otium si essem cõsequutus Fũdania: commodi⁹ hæc tibi scribere quæ nũc vt potero exponã. Nã illud. quod aliquot habent codices otius essem: deprauatum violatumq̃ improbitate scriptorum est: quorũ & velocitas pleruncq̃: & inscitia permultum obfuit bonis authorib⁹. Q̃q̃ & hoc apud veteres quoq̃ vsitatum: veluti ĩ Plautinis adhuc: Terentianisq̃ fabulis cõspicitur: vt vocales adeo litteras abiicerent quo fit credendum facili⁹: lectionem illam (quam restituimus) genuinam ac propriã esse: nam & consonantis interdũ litteras pari licentia in prolatione omittebãt quod &. M. Tulli⁹ asserit: & grãmatici passim factitatum affirmãt. Lectio vero hæc: quã & fidei & vetustatis merito intromittimus. quantopere sit a studiosis approbanda testis erit mihi & Mainard⁹ Ioannes vir diligẽs: & in bonis litteris admodum doct⁹ qni eam pro verissima tuetur: & asserit. Q̃z autem otium & negotium per. t. litteram malim scribere: q̃ p. c: mouent me veterum elogia: & inscriptiones: in æeris & marmoeis monumentis: vt illud Romæ vulgatum & peruetustum ARGENTARII ET NEGOTIANTES BOARII HVIVS LOCI

Accii poetæ versus apud Apuleiũ recogniti: & quo pacto mutuatus sit illos ex Acciana tragœdia. Caput. III.

Apuleius in oratione ad Seuerianum proconsulem aphricæ versus Acciano mutuatus est: quo loco de Hippia: eiusq̃ multiplici igenio ac doctrina agit: sed eos tamen versus: non cuiusq̃ est agnoscere: quoniam nulla ibi mẽtio fit: vel carmen id esse: vel ad aliquem saltem poetarum referendum. Sic enim inquit Apuleius: vno solatio freta est vrbs exempli tui: q̃ qui legatus mittitur procõsul ad nos: cito reuersus est: Sol qui micantem candido curru atq̃ equis flammam citatis feruido ardore explicas: itemq̃ luminis eius Luna discipula: in his autem inter positi sunt versiculi senarii: qui diligentia nostra facile authorem suum recognoscẽt cum ex Accii tragœdiis ab Apuleio assumpti sint. Nam & Priscianus non contẽnendus author: pro Acciaris eos affert in libro de metris comicis: tũ in phœnissis ab Accio ita scriptum tradit.

Sol qui micantem candido curru: atq̃ equis
Flammam citatis feruido ardore explicas:
Quiq̃ natum aduerso augurio & inimico omine
Thebis radiatum lumen ostendis tuum:

Apuleius autem non modo ad ipsum solem se conuertit: sed ad cæteros errones (vt verbo vtar Nigidiano) Sol (inquit) & luna: necnon quinq̃ cæteræ vagantium potestates. Iouis benefica: Veneris voluptifica: pernix Mercurii: perniciosa Saturni: Martis ignita:

Egregie factum a rege Alfonso in legenda Liuii historia contra imperium medicorum: & de simultate inter eum: & cosmam medicem.

Caput. IX.

MInus indignum fore putamus: neq̃ improbandum ab his: qui paulo humaniores sunt: si & eorum exempla in litteras referamus quib⁹ maiores nostri etiam viuentibus plurimum concesserunt: Solent enim quidam sic in oĩbus antiquitatem admirari: vt ingenium: resq̃ gestas iuniorum prorsus despiciant: sed ætate quidem superiori existerunt viri aliquot: magno animo & egregia prudentia: cuiusmodi habiti sũt: Alfonsus rex Neapolitanus: Franciscus Sfortia: Othomãnus Turcharum princeps: & Cosmas Medices de quibus (siquando incidit) nõnulla a nobis relata sunt sed illud celebre Alfõsi regis de Liuiana historia visum est quod hoc loco legeretur: nam cum inter Cosmam Medicem maximę authoritatis virum & Alfonsum regem suborta simultas crederetur: misit muneri Alfonso Cosmas. T. Liuii cõmentarios: librum quidem (vt par est) q̃ ornatissimum. Quoniam rex idem liuianæ historiæ maxime fuit studiosus: Id autem cum medici regis (qui aderant) intelligerent: statim Alfonso imperant: vt cautim agat cum Florentino ingenio: neq̃ vllo modo Liuium attingat: librum illum ab hoste missum: in eoq̃ venenum occultari posse: atq̃ interlegẽdum contrahi Quibus auditis Alfonsus attentior factus est quasi assentiri monentibus videretur: Sed ecce interim Liuianum opus in medium affertur: quod vbi rex cœpit aspicere: nolentibus medicis aperuit: legit: euoluit: simulq̃ (vt homo summi spiritus) ineptire (inquit) definite: nam regis animus haud priuati cuiusq̃ regitur arbitrio. Nec enim de nihilo dicebat Homerus sub Iouis clypeo: ac patrocinio versari principes. Itaq̃ Ioannes Romanus Pontifex in epistola ad Imperatorem Iustinianum: vetus illud ex historia sacra mutuatus est: cor Regis in manu dei.

M.Ciceronis verba exposita de.L.Tubulo sacrilego:& Luciliani versᵒ additi de eodem: tum q̃ acri carmine Romanos ciues Lucilius exagitarit.

Caput:X.

M.Ciceronis verba sunt in.V.de finibus libro.Quis.P.Numitorē fregellanū proditorē(q̃q̃ reipublicæ nostræ profuit)nō odit? Quis vrbis cōseruatorem Codrū:Quis Erithei filias:nō maxime laudat? Cui Tubuli nomē odio non est? Quis Aristidem non mortuum diligit? In his autem verbis:a plerisq;(vt video)ignoratur quisnam fuerit hic Tubulᵒ:aut qua improbitate notatᵒ:vt eē odio apud omnes debeat:Sciendū igitur.L.Tubulum fuisse ī Luciliana ætate hominem multis facinoribus:ac flagitiis insignem:q; præter alia multa rapinator impius:atq; sacrilegus est appellatus.& a poeta Lucilio amaruleto carmine proscissus.Quod & Cicero idem in libris de natura deorum insinuat:quo loco de abderite Prothagora (qαθεοσ dictus)eiusq; libris publice conbustis:disserit:quid (inquit) de sacrilegis: quid de impiis periuris;q; dicemus: Tubulus:si Lucius vnq̃:
Si Lupus:aut Carbo:aut Neptuni filius
(Vt Lucius refert)putasse esse deos:tam periurus:aut impurus fuisset? quin & alibi accusatum(inquit) eundem ī causa peculatus:& q; in re iudicandi pecuniam dolo malo ceperit.Et in oratione pro:M.Scauro audacissimum hūc:atq; sceleratissimū vocauit:quocirca sic Pedianus Asconius.L.hic Tubulus prætorius fuit:ætate patrū Ciceronis.Is propter multa flagitia cum de exilio accersitus esset:ne in carcere necaretur:venenum bibit.Lucilius vero Satyrarum author:non Tubulū modo:sed Mutium:Lupum:Carbonem:ac Lapatum multis versibus ē acerrime insectatus.ex quo illud:
Secuit Lucilius vrbem.
Te Lupe:te Muti:& genuinum fregit in illis.
Quanta sæuitia fuerit Auidius Cassius:ac de supplicio illiᵒ ad necandos homines p fumum:tum de his etiam:qui fumos venderent:non ī elegans obseruatio

Caput.XI.

Nter cætera exempla sæuitiæ atq; crudelitatis Auidii Cassii nomē atq; ingenium relatum est:quando & hunc ipsum nonnulli cruoris cupidū & alterum Catilinam vocarunt:Sed hoc vnum supplicii genus ab eo excogitatum:libitum est mihi adnotare:ne tāta sæuientis animi feritas:atq; atrocitas:nō cōsideretur:Is igit Auidius trabem seu stipitem longitudine.lxxx.vel.c:pedum e materia curabat deligi:tum a summo vsq; ad infimas partis noxios alligabat:eosq; in altum erectos incendi:atq; concremari volebat:sic vt multos incendio:alios fumi cruciatu necaret:quod a vulcatio scriptum est ad Augu.Dioclitianum.Alexander aūt Seuerus fumo eos necari imperabat:qui fucum facerent: & in amicorum causis:atq; officiis fumum venderent.Itaq; Turinum familiaritate sibi coniūctum:& q; improbius Imperatorem venderet:in foro transitorio ad stipitem alligatum fumi cruciatu extinxit: addito per præconem elogio:fumo pereat qui fumū vendidit:Hic eñ homines fumum vendere dicūtur:qui in officiis auliciis ementientes:Imperatoris authoritate abutuntur eiusq; famam & dignitatem infami ambitu dehonestant:quales apud antonium Heliogabalum nobiles in in hoc genere habiti sunt:Cordus:& Herodes:qui eum ex stulto stultiorem faciebant.

Relatum ex lege Menia de comprimendis morientiū oculis:& q; minime filiis liceret parentum oculos occludere. Caput.XII.

De lege Menia scriptum sic est apud veteres fuisse cautum:ne filii parētibᵒ oculos in obitu sugillarent:quoniam pietatem ostendi:atq; probari existimarent: Verba legis hæc sunt:vt est author Terentius Varro.
Ne filii parentibus luci claro oculos sugillanto.
Quod ipsum & Marcellus Nonius obseruauit. C.autem Plynius refert:sacrū fuisse magno ritu quiritium:vt morientibus oculos operirent:ī rogo autem patefacerent quo magis indicari posset:neq; ab homine supremum eos spectari fas eē:& cœlo nō ostendi nefas. Hinc frequens locus apud poetas ad pathon maxime pmouendum: de operiendis comprimendisq; morientium oculis:quo nomine infœlices inquit Plutarchus eos vulgo solemus vocitare:quorum oculos propter absentiam non potuerint parentes obtegere:

Verbum quod est subulo hetruscū esse:ac pro tibicine accipi:& Macrobii verba de subulonibus ascripta.

Caput.XIII.

Seruatum ē a libi a nobis:fuisse apud veteres qui fabulas hetrusco sermone componerēt:ac in ipsa quoq; vrbe studiū fuisse Romanis ciuibus.vt hetruscam eruditionem perdiscerent:quocirca voces cōpluris adhuc afferunt a grāmaticis:quæ suam originē ī hetruria habuerunt:quod a Terentio Varrone:& Fabio Quintiliano scriptū est.Inter alia vero quæ traduntur vocabula: subulonem ī quit Festᵒ Pompeius tuscā esse dictionē:qua significatur tibicen:quod ipsum:&.Q. Ennius poeta hoc versu posuit.
Subulo quondam marinas propter astabat aquas.
Vt.M.Varro notauit in libro de verbis poeticis:huius(inquit)verbi radices haud quidem in latio:verum in hetruria petendę sunt.Sed illud in primis seruandum est hanc vocem & in cœnis Macrobianis haberi:quo loco de iocis ac dicteriis disserit. quæ in cœnis atq; comportationibus ad vrbanitatem & gratiam merito exiguntur. Neq; illa(inquit)proferenda sunt:quæ Planipedes:aut subulones solēt:quē locum facilius quidam contaminant q̃ exponunt.De subulis notum est omnibus acceptas esse pro mucronatis spiculis:quorum sit vsus in lanificiis ad pectenda vellera. Hinc illud ab Anneo Seneca dicitur:indignum esse pro diis hominibusq; in aciem susceptā subulā armatum descendere. Plinius in ceruorum cornibᵒ subulas nuncupat:q̃ a grecis ϖατταλιαι appellantur.

De animantibus:quæ in igne viuant:ac ibidem de Cameleontis facie:ingenio: & coloribus. Caput.XIIII.

Nter alia animantia:de quibus scribitur a veteribus:relatum de his ē:quorum vita ex ipso tantum igne constet:ob eam causam Pyraules bestiæ:vel Pyrausta vocantur a grecis:q; in flagrantibᵒ fornacibus medio igne peruolitant:quadrupedes sunt:ac pennulis instructæ:magnitudine maioris muscæ:vt ab Aristotele: &.C. Plinio notatum est.L.Apuleius flammida appellat latino verbo: quæ totum æuum in igne(vt inquit)consumuntvbi a flammis longiore paulo volatu absunt:protinus emoriuntur. De Cameleonte:vero vulgatum ē:eum animal ex elemento aeris dumtaxat constare: Sed hac in re libet verba.C.Plinii subiicere: qui in his prosequendis atq; explicandis summa diligentia: incredibiliq; doctrina præstiterit. Cameleontis figura(inquit)magnitudine Crocodili est:nisi crura essent recta & excelsiora:latera ventri iunguntur:vt piscibᵒ:& spina simili modo:prominet ei rostrum:vt in paruo animanti:haud absimile suillo sit:cauda illi prælonga

in tenuitatem desinẽs: & implicãs se viperinis orbibꝰ: vngues adunci: motus tardior vt testudini: corpꝰ asperũ: vt Crocodilo: oculi in recessu cauo: tenui discrimie prægrãdes: & corpi cõcolores: nũq̃ eos operit: nec pupillã mouet: sed totiꝰ oculi versatione circũ aspicit: ipe celsꝰ hianti semp ore: solꝰ aĩaliũ oĩm nec cibo: nec potu: neq; alio quidem q̃ aeris alimẽto nutrit: circa caprificos ferus: inoxius alioqui: de colore eius mirificum illud notat: eum nãq; subĩde mutat: & oculis: & cauda: & toto corpore: ac sẽper illũ reddit: quẽcunq; pxime attigerit: pter rubrũ tamẽ & cãdidũ: vt authores cõueniunt: ob idq; animãtiũ timidissimũ extimat. Hinc vetꝰ prouerbiũ tradit de his hoibꝰ qui ad omĩa cõmode atq; aptissime se habent: quod ĩ Atheniẽsẽ Alcibiadem relatũ est. Visitur hoc animal præcipue in india & hibernis mensibus latere solet vt lacerta. De viribus autem & potestate eius complura atq; admiranda referũtur ab authoribus: maximeq; a Democrito: qui librũ de potestate Cameleontis cõscripsit. Neq; autem ignoramus accusari a criticis: C. Plinium: q; in describendis Cameleontis viribus Democriti authoritate abutatur: in quo equidem minime sum iudiciũ nostrum interpositurus: præsertim cum idem Plinius fidem suam ad authores vetustissimos reuocet: inuestigandis atq; aperiendis naturæ arcanis.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER NONVS DECIMVS.

De remedio expergiscẽdi a somno: & quomodo inter se differant authores de Alexandro Macedone: & Aristotele philosopho enarrantes.

Caput. I.

DIgnum sane exemplum græcis ingeniis celebratur: in veterũ monumentis: quo se ipsum facile quis possit vrgẽte somno eximere. Relatum enim de Alexandro quidem Macedone q; is vt in gerẽdo imperio occupatior: remedium hoc contra somnum excogiuerat: primo vas æneum prope lectum adstituens: se ipsum ita ad quietem conponebat: vti pilam æneam: seu argenteam manu cõpressam: retineret: brachiumq; super vas prolatum haberet: quo ipa pila (sicubi somno concederet) e manu delapsa in subiectum æneum procideret: simulq; illo sonitu excitus exurgeret. Vnde hæc Alexãdri potius dormitatio: q̃ somnus videri poterat. Hanc rem & Ammianus Marcellinꝰ homo græcus ĩ Romana historia rettulit: quo loco similem facit Alexãdro Bizantium Iulianum: q; is in tres maxime partes noctem diuiserat: sic vt quieti: & reipublicæ & musis iustum pensum rependeret. Sed ẽ tamen in quo authores dissentiant: alii enim Aristoteli philosopho id ascribunt: vt Laertius Diogenes: qui ab eo factum asserit: quo posset experrectius in omnibus fere disciplinis aduigilare. Nos eiusmodi authorum differentiam iudicaturis liberam reliquimus.

De instrumentis militarium machinarum: & earum vocabulis: ac de Tellenone & de machina Demetrii ducis quæ poliorces dicebatur.

Caput. II.

VIsum mihi est in otio agenti tormentorum voces: & apta bellis instrumẽta percensere: q̃ græci vocãt poliorcitica: ne nihil agendo: male agere discamꝰ

sunt igit hæc (quæ pro vt memoria suppeditauerit minime duximꝰ supprimẽda) Testudines: Arietes: Fũdibalæ: Asseres: Balistæ: Arcubalistæ: Carrobalistæ: Harpagones: Exostræ: Falces: Musculi: Trifaces: q̃ ex balistis emittũt: Fustibuli: Cataphractæ: Plumbatæ: quas vocãt Martiobarbulos: Onagri: Heliopolis: Plutei: Sambucæ. Præla: Scorpiones: quos Manubalistas appellãt: Ambulatoriæ Turres: Tribuli: Sarissæ: Poliorches: Vineæ: Tellenones: Phalæ. ex qbus intorquẽt Phalaricæ: nominãtur etiam Tragulæ: Bipennes: & Crates metallæ. Est autem Tellenon machinæ genus: cum vna trabes præalta humo defigitur: & summo vertice alia trausuersa: eademq; longior annectitur: eo videlicet libramẽto: vt si vnum caput deprimat: alterum statim subrigatur: in vno autem capite machina cũ tabulatis cratibꝰ cõtexit: in qua armati aliquot collocantur: tuncq; altero capite funibꝰ depresso: eleuati milites in muro facile superponuntur. De hac machina & Plautus poeta mentionem fecit in fabula Astraba: cum lapide inquit.

Quasi Tellenon, aut pilum græcum reciproces plana via.

De Poliorche: quoniam & hoc minus frequens ad huuc propemodum Plutharchꝰ. Erat hæc machina a Demetrio principe his rationibꝰ & habitu cõstructa: prio quadratam sedẽ habebat: cuiꝰ singula quidem latera æqualia in latitudinẽ. lx. cubitorũ protendebãtur: a postrema vero basi vsq; ad verticẽ sic gradatim videbat extenuari vt sedes infima multo latior suprema parte foret: ac mirifica quædã & egregia videbatur figura: ex quacunq; parte resultare. Intus præterea latebræ erant: & cauernæ cõplures ad excipiendos milites accõmodatæ: qua vero hostes ipsos spectabat: patefactam frontem habebat: & vndiq; fenestellas obtectas: quibus citra vllum discrimẽ facile poterant milites tæla in hostes iacere: & quod supra omnia maxime mirum videbatur: tanta quidem facilitate in quamlibet partem mouebatur: vt etsi strepitũ maximum ederet: minime tamen conseruari aut conspici poterat in vtram partẽ inclinaret: Hac vero machina Demetrius ille Antigoni filius (q Poliorcites est appellatus) ita cupide ac strenue vtebatur: vt ex vrbium ruinis: nomen illi inditũ sit. Plura autem huius generis bellica instrumenta reperiuntur apud grecos ĩ Athenæi & Philonis commentariis. Apud Romanos vero authores nõ Flauiꝰ modo Vegetiꝰ de his: sed Ammianus Marcellinꝰ: & Pollio Victruuius ad Octauium Augustum scripserunt.

Ennii poetæ distichum de. P. Scipione allatum: & Annei Senecæ verba in epistolis emendata: atq; recognita

Caput. III.

NIhil inuenio in Romanis litteris magis deprauatum: aut corruptum: q̃ ea omnia: in quibus veterum poetarum carmen allatum sit: vt Accii: Neuii: Lucilii: & eiusmodi aliorum. Mirum enim q̃ peruersæ voces: q̃ præfracti numeri: & intorta lectio extat: vt magnopere laborandum sit: vel sensum aliquem posse a ucupari: quod ego nuper expertus sum in Annei Senecæ epistolis: in quibus siquando citantur veterum carmina: nullam prope imaginem veræ lectionis: aut effigiem dignoscas. Libro autem vt vulgo nunc creditur vndeuigesimo: carmen hoc Ennianum affertur: de Publio Scipione: quod ille idem de se: vt animo fuit maximo: sic refert.

Si fas cædendo celestia scandere cuiq̃:
Mi soli cœli maxima porta paret.

At in epistola Annei q̃ corruptum hoc est: q̃ violatum: q̃ peruersum! vt nec verba

ipsa satis cohęreant: neq; sēsꝰ in aliquo appareat: quam rem satis habui pro tempore bonis ingeniis indicare: ꝙ si quis Ennianos versꝰ: pinde vt apposui: ex ītegro apud authorē desideret: Cœliū is Firmianū legat: in libro ad Impe. Cōstantinū primo de diuinis institutionibus: quo loco: & hoc ipm carmē de Scipio ne magnis cōuitiis īcessitur. quādo & M. Cicero in libris de repub. posuerit: sicuti a Firmiano demōstratur Vnde illud etiam Vergiliauum: Quē super ingens porta tonat cœli.

Cassii Seueri dictum pelegans in Labienum historicum: ac de improba eiusdē Labieni dicacitate. Caput. IIII.

DIctum hercle lepidū & perinde elegans fertur Cassii Seueri: ī Labienū historiæ authorē: cuiꝰ forte libri cū fuissent exusti: belle secū agi Cassiꝰ putauit si quid in hoīem (cui credebatur admodū inuisꝰ) scōmatice iocaret: itaq; dū illiꝰ (vt dixi) cōmentarii ex Sen. Cons. essent cōcremandi: me īquit Cassiꝰ viuū vri oportet: qui illos didici: festiue nimis atq; mordaciter. Huiꝰ aūt rei meminit Annæus Seneca ī epistola ad Nouatū. Nā cū Labienꝰ idē Pompei partibꝰ studeret: ac historiā rerū eius gestarū scripsisset: Senat. Cōs. actū est: vt eius cōmentarii cremarētur: Fuit aūt in Labieno libertas tāta: vt libertatis nomē excederet: & quoniā passim ordines: honoresq; oēs laniabat: Rabienus vulgo vocatus est: quod in oratoribus nostris copiosius explicauimus.

Quid sit repandirostrum: & incuruiceruicum pecus ex Pacuuio apud. M. Varronē: & emendata ibidē verba & exposita cōtra imperitorū sententiā. Caput. V.

COmplura quidem vocabula reperiūtur: quæ poetæ veteres nō minore studio innouādi: ꝗ cōsilio delectādi adiuenerūt: existimātes fore (quod ait Cicero) vt Romanꝰ sermo fieret in dies aptior & locupletior: ꝙ si in qbusdam cōpositio ipa paulo durior: atq; īprobior videri potest: apud Comicos psertī authores: pleraq; tamē longo vsu atq; cōsuetudine mitiora efficiunt: eoq; gratiora forēt si minus deprauata: & corrupta haberent: cuiusmōi hæc sunt repandirostrū pecus: & incuruiceruicū: & arietes etiā reciprocicornes: de quibꝰ breuiter nūc agemꝰ. Nā delphinos quidā repandirostrū animal & īcuruiceruicū vocarūt sumpto ex habitu animantis vocabulo: ꝙ rostrū habeat repandū: & ceruicē quasi incuruam: Quod. & M. Varro ad Ciceronē: & Fabiꝰ Quintilianꝰ in Pacuuianis fabulis obseruarūt. Sic em̄ Varro: secundꝰ gradus: a quo grāmatica descendit antiqua: quæ ostendit quemadmodum quodq; poeta verbū confinxerit: quod etiam declinarit. Hic Pacuuiꝰ rudētisibilus: hinc incuruiceruicum pecꝰ: hic chlamide clypeat brachium: quæ verba in gratiam studiosorum apponere nolui: quoniam in vulgatis fere exemplaribus præfracta. & fœde inuersa sunt. Qꝫ autem incuruiceruicum pecus in Pacuuiana fabula dictum sit: demonstrat hoc ipsum & Fabiꝰ ad Marcellum Victorinum: referens Pacuuianum hoc versiculum.

Nerei repandirostrum: incuruiceruicum pecus.

Sed & Lucilius quoq; (qui apud nostros stili nasum primus condidit) repādirostros appellat delphinos in satyris.

Lasciuire pecus iussit: rostriq; repandum:

Quod in cōmentariis Nonianis inuenitur. Arietes vero primus Laberius (vt existimo) reciprocicornes appellauit ꝙ haberēt reciproca & obtorta cornua: id & cōmentaria quorundam veterū probāt: & Septimiꝰ Florens in libro quem de Pallio inscripsit

arietem inquit non vt Laberius reciprocicornem & lanicutem appellauit: sed trabitextum.

De imagine Nemesis: eiusq; potestate & nominibus: & epigramma Ausonii expositum.

Capnt. VI.

QVæ dea sit Nemesis & quo maxīe honore habeat: exponunt fere complures: tam apud græcos ꝗ apud latinos: sed libuit adnotare hoc loco epigramma illud Ausonii Galli: quod ex græco poeta īgeniosꝰ (sicuti pleraq; alia) in latinum conuertit: carmen id est.

Me lapidem quondam Pęrsæ aduexere tropæum
Vt fierem bello: nunc ego sum Nemesis.
Ac sicut græcis victoribus asto tropæum:
Punio sic Persas vaniloquos Nemesis.

Quod apud gręcos tamen nescio quo pacto pressius multo: atq; limatius habetur.

και με λιθον περσαι δευρηγαγον οφρα τροπαιου
στησωνται νικας ειμι δε νυν νεμεσισ
αμφοτεροισ δεστηκα και ελληνεσσι τροπαιον
νικασ και περσαι του πολεμου νεμεσισ

Historiam vero ex qua vtrumq; declaretur epigramma Pausanias ponit: Ad hāc ꝑpemodū sententiam. A Marathone inqt stadiis supra lx. Rhamnꝰ abest vicina mari qua Oropum itur: paulo aūt supra mare templum Nemeseos ē: quæ contumeliosis maxime hōībus ineuitabilis dea. Videtur aūt barbaros quoq; illos indignatio huiꝰ numinis compræhendisse: qui in Marathonem descenderūt: nam cū Athenas ipas despicerent: easq; impedimento sibi fore arbitrarētur: lapidem pariū attulerūt. tāq̄ victoria iam forent potiti: quē lapidem Phidias opifex in ipam Nemesis statuā formauit. Inest aūt capiti eius deæ corona: in qua cerui sunt: & victoriarū exiguæ visuntur imagūculæ: in dextra phialam retinet: in qua cælati sūt Aethiopes: propter ipm fortasse Oceanū qui pater Nemesis traditur. Hæc Pausanias: q tamen idem in hoc ipo libro haud Oceanū Nemesis parentem dicit: sed Iouem: sicuti Helenam matrē: nutricem Ledam. Neq; aūt me latet aliter de Nemesi ac Rhamnusia Plinium Secūdum scribere: sed cognitionem epigrammatis: nō Plinii verba: sed adhibēdus Pausanias fuit. Nam & Ammianꝰ qdem Marcellinꝰ de gestis Galli Imperatoris ad hūc modum. Hæc inqt: & huiusmodi aliquoties operatur Adrastia: quā duplici vocabulo Nemesim appellamus: ius quoddam sublime numinis efficacis humanarū mentium opinione: lunari circulo superpositum: veluti definiunt alii: substātialis tutela: generali potētia partilibus præsidens fatis: quā Theologi veteres fingentes Iustitiæ filiam ex abdita quadam æternitate tradūt omnia despectare terrena: Hæc vt regina causarum: & arbitra rerū: hac disceptatrice vrna sortium temperat accidentiū vices alternas: voluntatumq; nostrarum exorsa interdum ꝗ quo contendebant exitu terminans: multiplices actus permutando conuoluit: eademq; necessitas insolubili retinaculo mortalitatis vinciens fastus tumentis: in casum & īcrementorum & detrimentorū momenta versabilis: & nunc erectas mētiū ceruices opprimit & eneruat: nunc bonos ab imo suscitans: ad bene viuendū extollit: pīnas aūt ideo fabulosa vetustas aptauit: vt volucri velocitate cunctis adesse existimetur: & prætēdere gubernaculum dedit: eiq; rotam subdidit vt regere vniuersitatem per elemēta. discurrens omnia nō ignoret: & hæc demū inqt mutabilis & īconstans: fecit Agathoclem

Siculum ex figulo regem: & Dyonisium gentiũ quondam terrorem corinthi litterario ludo præfecit: & Andriscum Adramitenũ ĩ sullonia natũ ad Pseudophilippi nomen euexit: ac legitimum Persei filium artem ferrariam ob victum quærendũ edocuit: verum de hoc dictum a me alibi copiosius.

De prudenti responso Cecilii Metelli ad amicum: qui eius animi consilium scire cupiebat: neq; esse cuiusq̃ ingenio facile confidendum in rebus grauioribus.

Caput. VII.

NEmini vnq̃ dubiũ fuit: quin prudentiores illi homines atq; cõsultiores habiti sint: quorum consilia & in repub. seruãda: & in vita instruenda maxie præstiterint: qna ĩ re obseruatum hoc est: cautissimũ quenq; haud temere animi consultationes: vel intimis etiã amicis committere: nihil enim dicebat Democrit⁹ maiorem arguere imprudentiam: atq; vecordiam: q̃ ea credere homini: quæ parum æquo animo patiaris disseminari. Itaq; responsũ Metelli Cecilii eiusmodi visũ est: quod his quoq; cõmentariis legeretur. Nam hic ipse Metellus: qui deuicta Macedonia dictus est Macedonic⁹ cum summæ vir prudentiæ & consilii haberetur: amico cuidam q̃d esset in re magni momenti acturus rogitanti: ad hũc modũ cordate respondit. Tunicam ingt hãc meam exscinderem: si eam meum scire consiliũ existimarem: quo dicto facile quiuis potest considerare: cuiusmodi sit viri prudentis officium cum sit homo ipe: vt ĩquit alicubi Cicero: acutum animal: sagax variũ & multiplex: vt nihil sit minus tutũ: q̃ hominis fidei confidere: iuxta sententiã Pauli Tarsensis. Id autem de Metello Nepos Cornelius. Et Val. Maximus in exemplis retulerunt. Poeta vero Ennius eum præcipue amicũ probat: qui verborũ vir paucorum sit: & qui nõ minus loqui. q̃ omnino tacere calleat: qualis ab eo Seruilius Gemin⁹ doctissimis versibus commendatur.

Ceruos pro ceruis & fugitiuis accipi apud veteres: ac Martialis poetæ carmẽ expositum contra aliorum sentẽtiam

Caput. VIII.

MArtialis poetæ versiculi sũt notissimi in hunc modũ quos ascribam: vt in libris antiquioribus inuenio.

Suppositam fama est quondam pro virgine Ceruam:
Ac nunc pro ceruo mentula supposita est.

Ita. n. adhuc veteres codices retinent: quæ lectio propria & genuina est: vt nõ puerũ sed ceruũ suppositum legamus. Nam qui lepor obsecro in carmine: quæ festiuitas in poeta vrbanissimo fuerit: si (vt qdam legunt) pro virgine ceruam fuisse suppositam nunc pro puero supponatur mentula. Hoc aũt loco ceruũ Martialis & eleganter & ã tiquorum more pro fugitiuo accipit: siquidem & supra.

Huic comes hęrebat domini fugitiuus Achillas
Insignis forma: nequitiaq; puer.

Ceruos vero apud antiquos vocati consueuisse a celeritate fugitiuos docet etiã Sex. Pompeius: cuius verba ex libro de verborũ significationibus. xix: subiecimus: & si in peruulgatis istis codicibus neutiq̃ cõperies: seruorũ ĩquit dies festus vulgo existimatur Idus Augu. q̃ eo die Seruius Tullius natus: idemq; Dianæ ædem ĩ auentino dedicauerit: cuius tutelæ sũt ceruĩ: a quorum celeritate fugitiuos vocant ceruos: quibus intellectis aperte sens⁹ elicitur: neq; illud alienũ videri debet: quod ĩ Terẽtiana fabula scriptũ est ab ælio Donato: quo em̃ loco Terentius qnadrupedem inquit constringito: quadrupes ingt Donatus ligaturæ genus ĩ cruribus: aut item: quadrupedem posuit pro ceruo & fugitiuo vnde illud Vergilianum.

Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

Quo circa apud comicos etiã autores ceruũ pro fugitiuo dici solitũ apparet: sicuti & lupæ item pro meretricibus passim accipiũtur: & canes pro amatoribus: vt qui lepores magno studio cosectent̃: q̃ ab eodem Donato asseruntur: hinc illud vulgatũ

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

& illud etiã Terentianum ex Liuio Andronico (si Iulio Capitolino credimus) p militari dicto: Tu te lepus es: & pulpamentum quæris:

M. Ciceronis verba emendata atq; exposita in libro de optimo dicendi genere Lucilianis versibus de Esernino oratore: ac de eo nonnihil.

Caput. IX.

M. Ciceronis liber est: cui titulum fecit de optimo genere oratorũ: quo aũt loco de Eschine oratore attico: & Esernino romano habet̃ mẽtio: verba q̃dã corrupta alicubi sũt: & obscure inuoluta: quod vt facili⁹ extimari: atq; iudicari possit ascripsimus: veluti etiamnum leguntur in omnibus fere exemplaribus A me ĩquit quo maximis minima conferam: gladiatorum par nobilissimũ ĩducitur Eschines: tanq̃ Esernius (vt ait Lucilius) non spurcus homo: sed acer & doctus: quomodo a Pacidiano hoc cõponitur optimus longe post homines natos: hacten⁹ Cicero: in quis tamẽ verbis nullus prope sensus elicitur: nulla carminis Luciliani effigies apparet. Nos aũt (qui bonis mẽtibus elaboramus) non indignũ prorsus operæ p̃ciũ fore arbitramur: si & Ciceronis verba exponamus: & ipm Lucilii carmen restituam⁹ Elegãter. n. & erudite. M. Cicero inter nobilissimos gladiatores: hoc est inter eos: q̃ in foro: velut in acie & arena certantes dimicent Eschinem cõnumerauit: collata cũ Esernino similitudine ex Luciana satyra: facile aũt Ciceronis verba intellexeris: si Lucilii versus ascribam⁹: sicuti adhuc integri seruant̃ in cõmentariis Nonianis ad filiũ

Esernius fuit. flacco ore: æqueq; sannis
Spurcus homo: vita fuit illa dignus: locoq;
Cum doctus tum acer componier optimus multo
Post homines natos: gladiator qui fuit vnus.

Ex his plane constat: quo pacto Ciceronis locus & interp̃tandus sit: & emendandus Q̃q̃ hoc idem de Esernino in epistolis ad Pomponiũ atticum: & in Tusculanis etiã relatum est. Neq; illud præterea ignorandum: q̃ idem P. Lentulus Esernius vocatus est: & promptus in dicendo. Cuius pater Marcellus Esernius in oratorũ quoq; numero a M. Tullio intromissus: sed filius (de quo supra) longe doctior: actior: & exercitatior habitus est: quã rem & in nostris oratoribus perdiligenter explicauimus. Apud Senecam vero Anneũ: & alter Esernius Marcellus in declamationibus celebratur qui nepos Asinii pollionis fuit: a quo sic instructus atq; doctus tradit̃: vt eius eloquentiæ futurus hæres crederetur. Sed hæc alibi diximus copiosius.

Locus elegans Heliogabali impe. de suis conuiuiis in discumbẽdo: ac de sigmate etiã mensa. & qd ea voce apud Martialem poetam significetur.

Caput. X.

EPide factũ traditur a Vario Antonio Augu. qui Heliogabalus est appellatus in amicorum cõuiuiis. Nã cum his cœnam forte exhiberet: qbusdam simul discumbẽtibus: nõ accubitus qdem p cõsuetudine: sed reflatiles folles substerni curabat: idq; ipm mirifica arte & ingenio: sic vt conuiuæ reflatis paula-

tim follibus:infra cæteros sub ipsis mēsis ridicule subsiderent:quin & idem impera. (vt a Lampridio traditū ē)primꝰ adinuenit sigma humi consternere:sine lectulis: vt a pedibus vtres ad reflandū spiritum soluerēt.Quod autē sigma hoc loco Lāpridius dixerit.in ea voce accipiēdū est:mensæ genus:quæ lunæ similitudinem haberet: formāq; præferret σ litteræ grecæ:quod & Val.Martialis insinuat.

Accipe lunatam scriptum testudine sigma. & alibi.

Septem sigma capit: Tā&si dictio hæc a nostris grāmaticis fere deprauari cōsueuit Sed.n.Lampridius id totū apertissime explicat.Habuit hanc inqt cōsuetudinem vt octo caluos rogaret ad cœnam:Item octo luscos:Item octo podagrosos: octo surdos octo nigros:octo longos:octo pingues:cum capi nō possent vno eodemq; sigmate: vt ea ratione maior subinde risus spectatoribus moueretur.

De cymbio vase:& Carchesio & quo pacto Macrobiꝰ fœde errauerit:cū de his differit in saturnalium commentariis.

Caput.XI.

NOtādum Macrobii Aurelii erratum:& qdem fœdum de vasculo:quod sit cymbium:Asserit.n.in Romana qdem eruditione primū de hoc factam eē mentionem a poeta Vergilio:cū alii ante illū de eo meminerint. Vulgatū aūt complures apud grecos de eo disseruisse:nam præter Philemonem comœdiarum authorem:& Anaxandridem.Eratosthenes quoq;:& Demosthenes de cymbio egerunt:quod apud eundem Macrobiū Eustathius affirmat:sed eius verba subiicicēda sunt:quo facilius cognosci veritas:ac iudicari syncerius possit:de Carchesiis īquit & cymbiis apud latinos haud scio:an vnq̄ mētionem reperias:ac paulomox:nec cymbia inqt in latino sermone reperies:nam sic vnus apud nos,P.Vergilius.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.

Quod aūt incognitū id latinis ingeniis dicat:neq; ab aliquo prorsus vsurpatū ante Maronem:perfalsum esse aptissimis rationibus cōuincitur:quandoqdem Varro ipse Terentius(qui ante Vergiliū scripsit)cymbium vas nominauit.In eo maxime commentario:quem de vita patrū inscripsit:erant inqt vasa vinaria:sicuti cymbia: aqlinæ:pateræ:gutti:sextarii:hæc hactenus Varro:quæ Nonius etiā Marcellus in libris ad filiū cognoscit:quo loco de vasculis agit:de figura aūt cymbii nō est agendū nūc pluribus:Cōstat.n.ab effigie cymbæ denominatū:nam cymbiū (vt idem ait Macrobiꝰ)per cōn inutionem a cymba deducitur: qui & alia traduntur poculorū genera quæ ab ipsis nauigiis formam & nomen acceperūt:sicuti Carchesiū:neq; mirari qsq̄ debet Macrobium hac in re excidisse:cū in Carchesio etiā pari ferme errore deliqrit. quando & hoc ipm verbum a Liuio qdem Andronico positū est:q latinorū poetarū vetustissimus merito habetur:sic enim Liuius de Carchesio.

Florem anclabant liberi ex Carchesiis.

Quod & Pompeius Festus obseruauit:cuius doctrinā atq; eruditionem idem Macrobius magnopere commendat.

Quibus causis Romanus populus atros dies ac luctuosos haberet:ac de minuendo luctu:& publice:& priuatim.

Caput.XII.

IN collectaneis Sex.Pompei(quæ contraxit ex Verri Flacci cōmētariis)rationes afferūt:de minuendo luctu tam publice.q̄ priuatim:quoniā pro rerū fortuna atq; calamitate:luctus in ciuitate habebatur:veluti cum Vestalis ob noxam iussu pontificum confoderetur:Cum cœlesti igne capitoliū tāgeretur

aut cum clades aliqua insignis foret denūciata Tolli aūt luctum ī populo his maxie tribus causis relatū est:in dicatione ædis:ī condendo lustro:quod ad censorū officia pertinebat:tertio cum votū publice susceptum rite solueretur.Et hæc qdem cōtra publicum mœrorem cōstituta sunt:Priuatim vero cōplura in vnum congruebant: quæ omnem familiis luctū abolerent:hoc est cum liberi nascerentur:cum nouis honoribus:familiam honestarent:Item cum pater:aut filius: aut vir:aut frater ab hoste captus domū rediret:cū puella desponsaretur: cū ꝓpiore cognatione aliquis nasceretur:q̄ ille cuius nomine luctus fuisset.Poeta autem Ouidius per decem mēses tradit post vxoris obitū superesse in cōiugibus luctū:quod ex legibꝰ Numæ assumptū est:vt copiose exponitur a Plutarcho:putaui hæc adnotanda:vt intelligatur facilius quæ potissimū rationes forent:qbus Romanus populꝰ ad luctū:aut ad lætitiam adduceretur:qn̄ & in veterū annalibus frequēs mentio fit de luctu publice cōminuēdo

De Necepso Rege & philosopho:eiusq; magice:& Paulini poetæ versus expositi ex Firmico Materno & aliis.

Caput.XIII.

CArmē est in poemate Ausonii Galli:quod a Paulino cōditū scribit:cū Trāquilli historiam de regibus in epitomen referret.

Quiq; magos docuit mysteria vana Necepsi:

Et qui regnauit sine nomine mox Sesoostris.

Quis aūt accipiendus sit hoc loco Necepsus:aut qd etiam scripserit dubitari video a doctioribus:qua in re legendi sunt veterū annales:in quibus reperiemus regē fuisse Aegyptiorū Necepsum:qui annos plures imperauit:quod & Manethus author āntiquissimus:& Eusebius tradunt:quin & a Iulio Firmico plurimū celebratur:nō ꝓ viro tantum ī astrorū cognitione peritissimo.sed etiam pro rege iustissimo:quo eñ loco de apotelesmatibꝰ & decanis differit:plura de Necepso adiicit:sunt decani īquit magni numinis & potestatis:q; omnia prospera per ipos:& omnia infortunia decernuntur:sic & Necepsus imperator iustissimus ægypti.& astrologꝰ valde bonus:per ipos decanos omnia vitia:valitudinesq; collegit:ostendens quā valitudinem qs decanus afferret:& quia natura aliam naturā:& quia deū frequēter alius deus vincit: ex cōtrariis naturis:& contrariis potestatibus omniū ægritudinū medelas diuinæ rationis magisteriis inuenit.Idem alibi eundem Necepsū:ac Petosyrim diuinos:viros: ac sanctissimæ religionis antistites appellat:quod & .C.Plinius sensit:qui in tradenda ratione humanæ ætatis Petosyrim ac Necepsum anthores nominat:quorū sētētia trimoria ipa in vita hominū redderēt.Quod aūt vana mysteria Necepsi dixerit ad eius magicen(vt puto)respexit:qua reges fere ægyptii præstiterunt:Quæq;.a C. Plinio nō semel inepta vanitas:merūq; præstigiū appellatur:hæc vna inqt omnium artium fraudulentissima:quæ in toto terrarū orbe plurimū semel valuit.Sed a Tibe. Imperatore vana falsaq; comperta est:Ea.n.(vt inqt Piniꝰ)quæ a spheris:ex aere & stellis & lucernis:peluibus:securibusq;:& multis aliis modis diuina promittunt: & vmbrarum præterea inferorumq; colloquia:falsa omnia:& improbe recepta sunt.

Sequitur.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER VIGESIMVS.

De Sybillarum diuinatione: quæ in Branchis: ac Delphis vaticinia redderent: ac ibidem non nihil de prophetis relatum ex doctrina Platonicorum.

Caput. I.

CAelius Firmianus: Hieronym9: & alii veteres permulta de Sybillis: earũq; diuinatione scripserunt: quod & si alias diligẽter obseruaui: libitum tamen est ea hoc loco repetere: quæ in Academicorum cõmentariis legimus: quo pacto: qb9 ꝙ rationibus: & in Delphis: atq; in Branchis eiusmodi vates deũ se concipere crederent nam prophetæ ipi: & vates (vt erudite a Platone: & Iãblico scribitur) per deos qdem: aut dæmones vaticinãdi spiritum capiũt: quo rerũ causas cernũt: & futura etiã præuident. Nihil .n. sine diis perficitur: quorũ tãta est potestas & bonitas in subiectis: vt dum ĩ seipis permanẽt: ad alia tamẽ subdita pro rerum genio & similitudine calor ille & potestas accedit: veluti & Solis radiis accidit: sicubi in alia corpora atq; elementa ĩfluunt: neq; aũt possunt homines suopte ingenio quicq̃ de diis cognosse: nisi vis q̃dam ab illis: & quasi ignis incidat: quo inspirante humana simul & diuina censeantur: quod a Porphirio & vniuersa Academia copiose asserit. Opera .n. diuina: quæ penitus absoluta sunt: dii qdem perficiunt: media Angeli: tertia dæmones. Verũ sic de Fatidicis Chalcideñ. Iamblicus ad Porphiriũ: Sybilla inqt in Delphis duplici ratione deum suscipere solita est: aut .n. per tenuẽ spiritũ & ignẽ qui alicubi ex ore quodam antri prorũpebat: aut ipa etiã in adyto sedens sup æneã sellã: quæ tripes: vel quadrupes foret: numiniq; dicata: & vtrobiq; diuino illo spiritu acta vaticinia fundebat: itaq; tũ plurimus ignis ex antro euolans Vati vndiq; circunfunditur: eamq; suo numine repletam agitat: aut item sacratæ sedi adhęret: per quam deo afflata protinus ad vaticinia erumpit. Sed & Vates Fatidica ĩ Branchis quæ in axe cõsidit: aut virgam manu gestat a numine aliquo sibi concessam: aut pedes interdum libumq; vndis proluit: vel ignis vaporem ex vndis haurit. simulq; his rationibus diuino splendore completur: deoq; plena (vt dicunt) rerũ pandit oracula Quin & ꝓphetæ ipi ac cæteri vates (vt inquit Iamblicus) cum dei numine afflãt nihil timent: nihil verentur. Nam & per inuia incedunt: perq; ignem intacti feruntur: & flumina transeũt. Quod etiã fieri scribit a sacerdotib9 in Cathaballis Quib9 manifesto apparet vates ipsos omnem prorsus humanitatem exuere: cum diuinum ignem & spiritũ hauriunt: quo agitati magis extimulãtur: vt a poeta Vergilio prudẽter traditum est de cumana Deiphœbe: Scripsimus alias de sybillarum numero & ætate: ex Varrone. Augustino: Firmiano: Capella: & aliis: cũ Var. Terentius a quibusdam temere ĩ hoc accusetur.

Mos veterũ relatus in comitiis dirimendis: Ioue tonante: fulgurante: & ꝙ Flaminica etiam feriata tunc esset.

Caput. II.

INter alias veterum obseruationes de comitiis dirimẽdis illud etiã ĩ augurum disciplina diligenti cura prouisum est: ne qd ageretur cum pplo sicubi fulgura aut tonitrua extitissent: ꝙ illa omnia diis superis imꝓbari vidẽtur: quæ Senatus. p. q. r: decerneret. Itaq; in iure veterũ põtificũ sic lege cautum est Ioue tonante: fulgurante ne comitia sunto:

Quod ob eam quoq; rationem referendum est: quoniã apud veteres poetas ĩsinuari hoc ipm alicubi videmus: sicuti Plautinum illud nunc subit in statuendo iudicio

Vt primum tonuit: cicatrix ruffula: sublurida:

Iacent rationes: silet iudicium: quid dicam nescio.

Et illud notum: Tonat augure surdo.

Haud enim fas putabatur: eo temporis cum populo agi: quæ res cũ locis multis apd M. Tulium: tum in orationibus contra Antoniũ notatur. Vnde vitiosi magistrat9 atq; dignitates dicebant: siquando Ioue tonante ac fulgurante crearentur: sed hoc idem Appianus Alexandrinus explicat (vt alia permulta omittamus) qui in celebri illa seditione inter Apuleium tribunum & Cecilium Metellum tam ingenti voce romanos ipsos refert in comitiis proclamasse: vt tonasse de celo videretur: quo tẽpore nihil quidem inquit ex lege cum populo agi conceditur. Illud autem sciendum ꝙ ipsa quoq; flaminica (quotiẽs tonitrua audisset) feriata erat: neq; agere quicq̃ fas erat quousq; deos rite placasset: vt a Vectio Pretextato refertur: ex pontificum commentariis apud Macrobium.

Qd in Tyberis vndatione draco maximus per vrbem visus sit Maurico Imperante: ac de alio item Augu. Cæsaris dracone: quẽ ꝓ comitio ostentauit: & alia ibidem consimilia ex historiis veterum allata.

Caput. III.

SCriptum est in Rom. annalibus: ac sæpius notatum: quo tẽpore dracones vel qua magnitudine in vrbem romam delati sint: nã inundante maxime Tyberis fluuio visi per vrbem traduntur: quod ipsum temporibus nostris contigit: Sed illud prope incredendum quibusdam videri solet: quod imperãte quidẽ Maurico Augu: Romæ accidit Qua videlicet tempestate exundationes aliquot maxime extiterunt: & Athesis. ac Tyberis fluminũ quando ob ingentem vim vndarum Veronæ vrbis mœnia dicuntur alicubi disiecta ac diruta. Tyberis aũt fluuius in tantam excreuisse magnitudinem traditur: vt eiusdẽ alluuiones supra muros vrbis influerent. ac regiones late occuparen: quo factum ẽ vt cum multa serpentum genera per alueum Tyberis æstuãte fluuio essent deuecta: ĩter hæc draco mira quadam & insigni magnitudĩe per vrbem transiens: vsq; ad ipm mare descendit: quod et mox horribili prodigio pestis maxima secuta est: Iamuero & Octauius Agu. draconem siue anguem quiquaginta cubitorum Romæ habuit: eumq; pro comitio Romano populo ostentare cõsueuit: Scuti etiã Rhinocerotem apud septa: & Tygrim in scæna: siquidẽ Augustus idem eiusmodi ludis ac spectaculis magnopere tenebatur Mittimus nunc historiam de illo nobili dracone: quem Attilius Regulus ĩ Aphrica ad Bragadam fluuium castris ibidem positis ac machinis admotis tãdem interfecit cuius etiam corium. c. xx. pedũ longitudine fuisse traditur: cũq; illud in vrbem mitteretur: diu a Romanis non sine miraculo spectatum est: sicuti & Tubero in historia & Gellius aliiq; ex græcis permulti scripserunt.

De symbolis Aegyptiæ theologiæ: ac de Lotho arbore: super qua de9 locaretur aliaq; obiter non iniocunda de Lotho capillata.

Caput. IIII.

INter alia symbola: siue notas Aegyptiæ theologiæ: Lothõ: persicũ: & eiusmodi alias arbores inuenio celebrari: quibus doctrina occultior: atq; ĩtellectus signaretur: vt multi ex veteribus testantur: nam & limum cum nominabant: symbolicos mundi molem: seu corpus intelligere soliti sunt: quo ipsa rerum materia exprimitur: cum vero deum Lotho insidẽtem dicerent: id quidem pro deo ipso atq; diuina ĩtellectus perfectione accipiunt: quod & Calcydensis Iamblicus ad Porphiryum scribit: quoniam inquit omnia in lotho & orbiculata & rotunda sũt: &

poma & folia:quæ figura omnium proculdubio absolutissima est:sed enim ex ea effigie inquit Iamblicus mentis actio denotatur.Deus autem super hanc actionem in se ipso totus consistens:ac reliquos principatus exuperans: sanctus & vbiq; venerãd9 penitus conquiescit:quod ex ipso etiam sedentis habitu pernoscitur.Nam hic idem cum generationis ac totius nature vitium omniũ: quæ insitæ elementis sunt: causa existat:immaterialis quidem ipse indiuis9;immobilis:ingenitus:totusq; ex seipso & in se ipse totus:omnia complexus:qua ratione super aquatilem lothũ eiusmodi numen Aegyptii prænotatur. Proclus autem (quo loco de magia differit) animantia quædam:lapidesq;:& arbores recenset:quæ suis dicata numinibus maxime præstãt Lothon etiam inquit Apollinis numini ascriptam:atq; dedicatam: q; ante solis emersum:sua folia implicat:Prosurgente autem sensim ac paulatim explicat: & quaten9 ad mediam cœli plagam ascendit: folia expandit:quo venerationem suo numini peculiarem ostendat. Notum vero q; in vrbe olim Roma & Lothos plurimũ celebrata est:nec illa tantum:quæ in Lucinæ area esset:& quæ item in Vulcanali.verũ quæ capillata diceret:quoniam Vestalium virginũ ad hãc capillus deferretur:quas omnis ævi longissimi fuisse testes sunt &:M.Varro &.C.Plinius De eadem arbore:eiusq; magnitudine:fructu:& viribus permulta apud Theophrastũ:& cæteros cõperiunt Neq; enim ignoramus & herbam esse Lothon & inter palustres etiam caules referri. Hæc in Aegypto similis fabæ traditur: arbor vero in Aphrica frequens piri magnitudine cenletur:quam celtym vocitant:vt a Plinio seruatum est.

Scita admodum ac elegans expositio a Plutarcho de origine verbi:quod ẽ spurius:ac non nihil etiam de latinis prænominibus.

Caput.V.

IN commentariis veterum grãmaticorum: illi homines fere a Latinis nominati sunt spurii:qui nõ ex legitimo genere. sed ex quadam colluuione orti sunt:q; eorum videlicet parentes ignorentur:nam & ipsi velut ignobiles notiti mo dicto terræ filii olim dicebantur:sed vnde originem duxerit hoc verbum: quanq; rationem habeat. Plutarchus homo in omni disciplinarum genere diligentissimus egregie exponit in romanis quæstionibus:cum veteres inquit romani complura nomina vnis litteris aut binis:ternis ve signarẽt.veluti.P.Gn.Ser.& Sex.hoc est Publios:Gneos:Seruios:& Sextos: quæ patrum forent prænomina:spuriũ itidẽ binis litteris ita notabant. Sp.quæ descriptio & orbatos parẽtibus idicabat: quoniã si quos sine parentib9 dicerent.S.p.tantum scriptitabant:quo factum est vt spurios etiam vocarent eos:qui incerto genere crederentur:q; autem viris honestissimis hoc prænomen inditum fuerit.Sp.Carbilius Ruga: Sp. Melius:aliiq; complures testantẽ tali prænomine insignes:neq; probandũ censeo eorũ opinionem:qui ethysmõ hui9 vocis ad ipsos Sabinos referant:tametsi prænomina etiam Romanorum (vt alibi diximus) magna ex parte a Sabinis accepta sunt.

De Vestalium capillis:qui ad arborem Lothon obruerentur: ac Plinii locus expositus:tum quæ arbores fœlices aut infœlices a veteribus habeantur.

Caput.VII.

IN libro.C.Plinii ad Vespasianum Augu.xvi.cum de arborũ ætate scribit: verba hæc sunt: Antiquior Lothos est:quæ capillata dicit:quoniã virginũ Vestalium ad eam capillus deferẽt:quo loco dubitari video a doctiorib9 qd Plinius designet de Vestalium crinibus:Nos vero morem virginum putamus insinuari:quo tenerentur omnes (quæ vestæ sacris forent initiatæ) capillum detõderi:

qui deinde ad arborem Lotho iter fœlices receptam deuectus humo obruereẽt: quod ipsum ex Flaminum ac Vestalium sacris elicitur:in quibus cautum fuit (sicut in veterum commentariis traditur) vt vnguium:& capilli præsegmina subter fœlicem arborem terra obtegerentur:quod A.Gellius in atticis noctibus refert:sic enim de Flaminum sacris notatum.

Capillum dialis nisi qui liber homo est:non detondento.

Vnguium dialis:& capilli segmina subter arborem fœlicem terra integunto.

Quam rem in Vestalibus etiã obseruatam existimo: itaq; ad capillatã Lothon earũ cries deponi mos fuit. Sex.aũt Pompeius in hoc videtur dissentire: cum capillarem arborem ea ratione dictam crediderit: q; ad eam (vt inquit) attonsus capillus suspẽderetur.Fœlices vero arbores sũt (quæ a Verannio tradũtur) quercus: æsculo9:ilex: fagus:corylus:sorbus :ficus alba:piro9: malus:vitis:prunos:& cornus. Infœlices vero dicit (quæ diis manibus & inferis dicatæ sint) vt sanguinem:filicem:ficũ atram:& q̃ nigrantis baccas: nigrosq; fructus ferunt:de quibus copiose Macrobio9 ad Eustathiũ scribit.C.quoq; Plynius eas dicit arbores religione damnatas:quæ neq; seruntur vnq̃: neq; fructum ferunt:quod ipse etiam Theophrastus non ignorauit.

Quid apud veteres sit prætextatus sermo:ac de verbis prætextatis: & quomodo in ea voce parum consentiant authores.

Caput.VII.

TRaditum est a.C.Suetonio Cæs. Vespasianũ plurimæ dicacitatis fuisse:& sic scurrilis ac sordidæ vt nec prætextatis quidẽ verbis abstinuerit: quo loco prætextata verba ac sermonem vocat subobscœnũ & impudentem cuiusmodi peculiaris est iunioribus ac pueris: qui prætexta vtantur:nec togam virilẽ induerint:sic enim ex ipsa vocabuli ratione videretur intelligẽdũ: Quod a me ob id imprimis notatum est:quoniam contraria his:ac penitus diuersa a Pompeio Sexto referuntur libro.xvi.de verbis priscis:Nefas inquit apud veteres habitũ est: vti prætextati pueri verbis obscœnis vterentur:ideoq; prætextatum sermonem appellarũt qui nihil obscœnitatis referret:quod ipm & Vectius prætextat9 apud Macrobium videtur probare. Nam togam inquit prætextam ea ratione pueris additam:vt ex colore purpuræ ingenuitatis pudor regeretur:diuq; negatum libertinis fuit:vt prætexta vterenẽt:itaq; iudicari facile potest: vel ex mutatione vitæ apud Romanos verbi significatum permutatum:aut ipsos quandoq; authores pugnantia:& cõtraria scribere:neq; illorum sententiæ accedimus:qui apud eundem Põpeium sermonem prætextatum accipiũt:pro impudico & lasciuo:cum nihil dixerit habere obscœnitatis: hinc prætextatæ fabulæ apud antiquos celebres:quibus præcepta & monitiones ad optimos mores traderentur:neq; autẽ ignoramus in eodem Macrobio prætextata verba pro impudicis esse accipienda: cũ dixerit admittendam in symposio venustã alacritatem:quæ lasciuia carear:neq; prætextata: & impudica verba adsit:cuiusmodi subulones :atq; planipedes faciũt.De ptexta vero: eiusq; initio & causis alibi scripsimus:ac multa in saturnalibus referũtur:quæ Macrobius e Gellianis noctibus maiore studio q̃ iudicio transtulit:cum sit obnoxiæ mentis:& ingenii maxime infœlicis nunq̃ fateri:per quos authores profeceris.

Aenigmata duo allata:vnum.S.ex Platone:alterum vero ex Fab. Plautinis: & vtrunq; lepidum:& perurbanum.

Caput.VIII.

QVærebatur nuper a viris doctioribus de studio veterum in his perquirẽdis ac referẽdis:quæ ꝓpter ipam obscuritatem a græcis griphi & ænigmata dicuntur:sed ex pluribus(quæ relata sunt)ibitum mihi ẽ Platonis philosophi ænigma apponere:quo legentiũ animus:in his quoꝫ pensitandis atqꝫ intelligẽdis excitetur:est aũt hoc(velut in Parthenicis satyris triplici senariolo expressim⁹) ludicrum sane:& ridiculum:sed quod a Platone tamen viro grauissimo notatum fit

Homo non homo:videns non videns alitem
Non alitem:lapide non lapide perculit:
Cum super arbore:non super,arbore degeret.

Quin & aliud de Arietini responso considerandum existimo: quod ĩ atticis lucubrationibus relatum scimus ex freto Plautina.Id autem in hunc modum se habet.

Hoc illud est:quod Arietini responsum magnis ludis dicitur.
Peribo si non fecero:si faxo vapulauero.

Quod & Gelius vir Romanus diligenti studio perquisiuit.

De licentia veterum poetarum in notandis hominibus:ac elegans parodia Metelli Cos.contra poetam Neuium:tum de lege a censoribus lata:qua poetarum maledicentia reprimeretur.

Caput.IX.

NOtum ẽ ex veterum historiis: quãta animi libertate ac licentia poetæ græci flagitia hominum:atqꝫ improbitatem insectarẽtur: tum hi præcipue:qui antiquas comœdias scripserunt:cuiusmodi fuerũt Susariõ:Machnes:Cratinus:Aristophanes:Eupolis:& alii complures:quorũ ingenium & licentiam apud nostros etiam qdam sunt imitati:in taxandis ac nominatim accusandis hominibus: Siquidem Lucilius:Gn.Neuius:&.C.Lucull⁹ acerrimi qdem:ac virulenti contra vitia extiterunt:Neuius certe poeta Metellos etiã ipos:ac Scipiones suis versibus proscidit:quod &.M.Cicero pereleganti parodia vsus contra.Q.Metellum in oratione aduersus Verrem significat :sicuti Pedianus quoꝫ Asconius agnoscit:licet ñ Cicero.Te non fato consulem:vt cæteros ex vestra familia:quoniam id ipsum poeta Neuius ita Satyrice dixerat.

Fato Metelli romæ fiunt consules.

Cui etiã dicto(vt est author Pedianus)cum esset consul Metellus ita respõdit: senario hyipercatalecto:quem Saturnium vocamus.

Dabunt malum Metelli Neuio poetæ.

De qua re & Maurus Terẽtianus ad Nouatemum meminit.Quin idem Neuius pari licentia atqꝫ moruacitate vsus est cõtra.P.Scipionem Aphricanum:nulla tanti hominis ratione habita:quo factum est:vt poeta Neuius ob nimiam in scribendo maledicentiam:ac probra in Romanos principes ab ipsis quidem triũuiris in vincula coniec⁹ sit:& in carcere aliquãdiu haberetur:vbi fabulas etiam aliquot composuit.Sed enim maledicendi licentia:& improbitas adeo processit:vt.lex Romæ per censores lata fuerit:qua eiusmodi probra ac maledicta reprimerentur:quod ab Horatio Flacco demonstratur:qui ĩ epistola ad Octauium Augu.refert veteres Romanos irato animo atqꝫ ægerrimo tulisse a poetis lacerari:vnde fuit illis hæc quoꝫ cura [illegible]

Conditione super communi:qnin etiam lex:
Poenaqꝫ lata malo quæ nollet carmine quendam
Describi:vertere modum formidine fustis:
Ad benedicendum delectandumqꝫ redacti.

De morbo elephantiasi:& vnde nomen acceperit:ac de lichenis ibidem.& gallica scabie contra quorundam inscitiam.

Caput.X.

RIsum nuper mihi mouerunt medici qdam ĩ Academia Florentina:qcum de lichenis & elephante morbo:seu elephantiasi loquerẽtur:imperitẽ simul & inepte de his eorũqꝫ nominib⁹ & potestate disseruerunt: inter alia enim lichenas pro eo morbo falso accipiebãt: quem vulgo gallicum vocitant:in quo cõtagio ipsa:doloresqꝫ:& alia pmulta maxime dissimilia sunt:Elephantiasis vero(quantum ex veterum cõmentariis colligitur)pro cancro accipi potest:quo vniuersum pene corpus occupetur: itaqꝫ nullis prope remediis sanari potest iuxta Pauli sententiã nam si cancer:quod vnum aliquod membrum vexat:pene insanabile ẽ:quãto min⁹ Elephas curari poterit:qui vniuersum corpus suo passim contagio depasci:ur:sed & Claudius Galenus: aliiqꝫ pmulti in medicina celebres inter pestilentissimos morbos & insanabiles Elephantiasim refertũt. Neqꝫ me aũt præterit:in arabum libris ea de lepra referri:quæ maxime ad Elephantesim videantur pertinere: quoniam ille morb⁹ ægyptios maxime afficiat: ꝫ ibi cœli calores æstuent cibiqꝫ crassiores: & pisculenta copiose suggerantur.Græci vero authores Elephantiasim a lepra distingũt:sic vt in lepra cutis impetiginem quãdam:& velut scabiem acceperint:quæ Galliæ populos incredibili contagio tenet:in elephantiasi autem non cutis duntaxat: sed nerui carnesqꝫ:& ossa maxime vitiantur:quod & Cor.Celsus aliiqꝫ permulti tradũt:Iam &.T Lucretius:quo loco de morborum contagione scribit:pedes maxime refert atqꝫ oculos Elephantiasi affici his versibus.

Est elephas morbus:qui propter flumina Nili
Gignitur ægypti in medio:neqꝫ præterea vsqꝫ
Hac lue tentantur gressus:oculiqꝫ micantes.

Nomen vero tam obnoxii tãqꝫ pestilẽtis morbi deductũ est ex ipsa similitudie cutis elephantis quoniã qui morbo vexantur:cutem suffuscam plenamqꝫ tuberibus:& papulis habent:qualis præcipue in elephãtis visitur:quod ipsum & Calenus probat Sed & Serenus in hunc modum de Elephantiasi.

Est elephas morbus: tristis quoqꝫ nomine dirus
Non solum turpans infandis ora papillis
Sed cito præcipitans funesto fata veneno.

Quod ego iccirco putaui obseruandũ: quoniam Laurentius Valla:vir alioqui accurate doctus:quorũdam ineptias secutus:ob id Elephantiasim dici existimauit:ꝫ inter alios omnes morbos ita præstaret:sicuti inter animãtia Elephas:quo nihil potest esse non dico magis absurdum:sed etiam ridiculum.

Sequitur.
PETRI CRINITI COMMENTARIORVM.
DE HONESTA DISCIPLINA
LIBER VIGESIMVS PRIMVS:

Qui maxime dicantur apud veteres nullo affectu perturbati ac de.M.Antonino Impe.& Philippo Augu.qui nullo vnq̃ cõmento ad risũ potuit excitari

Caput.I.

NObiles sunt in veterũ monumentis cõplures:qui ex ipsa animi cõstãtia & apathia(vt Stoici appellãt)eodem statu in omnib9 atq; tenore ita permãserint:vt nullis prope affectibus:aut pturbationib9 mouerentur:quales celebrantur viri sapiẽtes & ingenio præclari:Socrates:Heraclitus:Diogenes Cynicus:& Pyrrhõ: apd nostros vero.M.Crassus:qui semel in tota vita risit:ob id appellat9 ατελαστος:Sed & visum ad hæc de Romanis etiã imperatorib9 aliqd afferre: vt de M. Antonino Cæs(q philosophus est cognominat9)ac de Philippo iuniore Aug. M.em Antoninus tanta animi tranquilitate ac mentis cõstantia fuit: vt nullo vnq̃ affectu:nullis retũ fortunis vultum dicatur immutasse:quem vitæ rigorẽ ac seueritatem auxit etiã philosophiæ stoicæ professio:in qua se ipm continuit: preceptorib9 ad eam optimis siqdem inter alios cõplures Sextum Cheronẽsem Plutarchi neporẽ & Apollonium Chalcedoniũ magno studio coluit.Neq; obfuit eiusdem cõstantiæ aut filius gladiator:& scelestus:aut vxor infamis:vt a Iulio Capitolino relatum ẽ:ad Impe.Dioclitianũ.Philipp9 vero iunior:qui cum patre imperauit anno ab vrbe condita Millesimo tam seueri animi:tãq; inflexibilis fuit:vt nullo vnq̃ cõmẽto: nullisq; rationib9 ad risum solui:aut excitari potuerit:& quod est maximũ seueritatis exemplum:cum patrẽ forte aspiceret ludis sæcularibus petulanti9 cachinnãtem:eũ ipm auersato vultu notauit:vt ab Eutropio traditum est in Romana historia

De Mario Gratidiano viro prætorio:& quãta immanitate a Sergio Catilina dissectus atq; interẽptus fuerit in Syllanis tumultibus:ex Iulio Firmico:& alia de Catilina & Cicerone addita contra Fenestellam.

Caput.II.

GElebrati sunt apud veteres e Mariorum familia cõplures: qui & rebus gestis:& dignitate claruerunt:nã. M.Marii duo:ac totidem. Cẽcenserur:de quib9 commode ĩ Rom.familiis egimus:Hoc autem loco de.M.Mario dicendum est:Marii Gratidii filio:de quo sic.Q.Cicero ad.M. Tullium scribit:in libro de petitione consulatus:cum.L.inquit Catilina cõsulatum petis:qui hominem charissimum.s.p.q.r.M.Mariũ inspectante po.ro.virgis per totã vrbem ceciderit:ad bustum egerit:ibidem omni cruciatu lacerarit: viuo statim collũ gladio sua dextera secuerit:cum sinistra capillum ei9 a vertice teneret:caput sua manu tulerit: cum inter digitos ei9 riui sanguinis fluerent.Hunc igitur.M.Marium designat:quia .L.Catilina crudelissime interemptus est.M.vero Cicero in ea oratione quã habuit cõtra Antonium:& Catilinam competitores copiose rettulit de hocipso Mario:Is.n. (vt est author Pedianus)vir popularis fuit:atq; ob eam causam bis prætor: cui9 abcissum caput sua manu Sergi9 Catilina per vrbem circuntulit:quod illi a. M. Tullio sæpi9 obiectum est.Iuli9 autem Firmic9 sic de cæde mariana scribit:ad Mauortiũ Lollianũ Prætorio viro Iuniori Mario(q̃ iudicio omnium benemeritus de re pu.videbatur) Syllana iussione elisa sunt prius crura:deinde deiecta de statu corporis brachia: humeris tenus dissoluta ceciderunt: Tertio amputata lingua vocem reliquit in saucib9 ad postremũ omni parte corporis mutilata: oculi qui fuerant spectatores & superstites egerunt:& in tam angusto corpore a nephario patriæ carnifice tot sunt inuenta supplicia;& vix anima tantis vulneribus erogata ẽ. Quod idcirco adnotauimus:ne

tam imperite qdam a veteribus dissentiant.Nec illud prætetea concedi debet:quod a Fenestella proditũ fuit.L.Catilinam a.M.Cicerone fuisse ĩ causa defensum:Et si ad Atticum scripserit:se cogitasse de Catilinæ defensione.Hoc tempore inqt Catilinã cõpetitorẽ nostrũ defendere cogitam9:iudices habemus:quos volum9; summa ac cusatorum voluntate:spero si absolutus erit:coniunctiorem nobis fore in ratione petitionis:sin aliter acciderit:humaniter feremus.

De vaticiniis per aquã:& per vinum:& apud quos maxime populos clara esset: ex Plutarcho:& aliis authoribus.

Caput.III.

SCriptum nobis est superioti volumine de his vaticiniis:quæ in Branchis: Delphis:atq; Cathaballis apud veteres fieri consueuerint:nunc libitum ẽ ea addere:quæ apd Thracenses populos:& Clarios celebrentur: quo tã dissimilis quidem vaticinandi ratio:tanq; dispar consuetudo in oraculis edendis intelligatur.In Thraciæ igitur regione apud Lygureos adytus fuit libero sacer: ex quo cũ vaticinia:& oracula reddi solerent:eius templi antistites vino affatim epoto respondebant:apud Clarios aũt(vbi Clarii Apollinis templum foret)diuersa res tradit:nã quibus diuina effari pmissum esset:aqua prius assumpta rẽ peragebant:quod ipsum Vecti9 Prætextatus apud Macrobium refert:quo loco eundem esse deum Liberum atq; Apollinem copiose differit.Plutarchus autẽ Cheronæus & aqua & mero testat antistites quosdã apud diuersos populos sacra perficere:ac deinde vaticinari: vt em vinolenti dicuntur prædiuinare:sic etiam Lympholenti.

Iunonis Monetæ nomen & origo allata:tum de eiusdem templis:& inscriptiõe in nummis Cæsaris Domitiani Augusti.

Caput.IIII.

TRaditum ẽ a.M.Tullio:cum de diuinatione scribit: Iunonem ipsã iccirco a Romanis Monetam vocari solitam:q; ex arce tẽpli Rom.populũ cõmonuerit:vt propter terræmotũ(qui acciderat)sue plena rẽ pcurarent. Qua in re video ab antiquis plurimum dissentiri.Naxim9 Valerius & alii Iunonis tradũt Monetæ imaginem a Veiorum oppido Romã delatam:quo tempore Impe. Furius Camillus suis auspiciis Veios superauit:nam apud eos præcipua quidem religione Iuno Moneta colebatur.Captis autem Veiis:cum miles forte Rom.per iocum eam rogaret:an volens Romam concederet:annuisse ferũt: ac se velle respõdisse:quæ res in admirationem versa est:ac protin9 læti milites eiusdem simulachrũ in vrbem deuexerũt:atq; in Auentino mõte collocatum est. Neq; tamen desunt:qui Allocutio deo illa ascribant:quæ de Iunone Moneta referuntur: qno nihil dici potest absurdi9 cum deus Allocuti9:siue Aius(nam idem est)cauendum a gallis sua voce monuerit:ac infima via noua aram habuerit: quod apud veteres multi commemorant:sed eorum inscitiam alibi cõmodi9 repressimus.Templum vero Monetæ non in Auentino tantum video ab authoribus celebrari:sed in ipso etiam Capitolio:vt idem Maximus Valerius:ac Liui9 asserunt:quo loco Malli Capitolini domus fuisse traditur Pub.autem Victor ĩ regione vrbis tertia collocauit:vbi Thermæ Tatianæ:atq; Traianæ forent:sed & Macrobius Aureli9 ædem refert Iunonis Monetæ calendis Iuniis dicatam Cos.Claudio Martio Rutilio.iii.&.T.Martio Torquato.ii. Neq; dubiũ est in æde Monetæ solitos seruari libros linteos:in quib9 Rom. Impe.fata cõtinerentur Quin illud adnotandũ est:q; in peruetustis etiam nummis Domitiani Angu.talis

descriptio seruatur. DIVAE MONETAE: quod & Ber. Oricellarius obseruauit: vir & in gubernanda republica prudens: & in perquirendis veterum monumentis diligenter accuratus.

De viribꝰ dæmonum: & ꝙ eorum sex genera tradantur: diligens adnotatio: ex commentariis Pselli, & Augustini.

Caput. V.

Librum fecit Augustinꝰ de potestate dæmonum: ĩ quo erudite atq; copiose explicat quantis viribus polleant: quoq; habitu sint: & q̃bus maxime rebꝰ aduersari: aut oblectari soleant: qua ĩ re non tam Christianam videtur Academiam sequutꝰ: q̃ Platonicorum placita & cõmentarios: ĩ quibus multa de his cõperiuntur. Q̃ aurem. vi. eorum genera habeantur: id ego apud Michaelem Psellũ inuenio: qui ex Marci traditionibꝰ hoc totum egregie recensuit: Basiliumq; & Paulum viros doctrina & morum sanctitate clarissimos aduocauit ĩ historia dæmonum Ad hunc igitur modum diuersam eorum naturam atq; potestatem rettulit. Primũ (inquit) dæmonum genus igneum censetur: quod in sublimioti aere puagari solitum est (vt Marcus dicebat) qui illud voce barbara Leliureon appellabat. Secũdum genus: quod in proximo aere: ac nobis propiquo obuolitat: quod etiamnũ a plerisq; aereum nũcupatur. Tertium porro terreum est: quod in terræ ipsius regionibus versatur: ex quo multiplici ratione: atq; insidiis terrenis animantibꝰ aduersatur. Quartum aquatile & maritimum dicitur: quod humoribus se immergit vndiuagum. s. ac in palustribus habitans: vt multos in aquis male afficiat: æstusq; ac tẽpestates in mari excitet: ac nauigia ipsa cum hominibus prorsus demergat: atq; inobruat. His adiicitur quintum genus quod appellat subterraneum: quando & ipsis terre visceribus inclusos dæmones: atq; abditos tradit: vnde motus terræ: fundamẽtorum ruinæ: ac ventorum collisiones oriantur. Præcipue autem infestati hoc dæmonum genere scribit eos homines: q aut in puteis effodiẽdis versantur: aut in metallis perscrutandis. Sextum & vltimum: quod omnẽ quidem lucem refugit: tenebrosumq; iccirco vocitat: quoniam in tenebris assidue teneatur. Mitto nũc quibus potissimum insidiis: aut quo astu scripserit eos decipere: atq; allicere humanum genus. Constat enim (vt est author etiam Augustinus) omnis fere dæmones hoc ingenio & natura esse vt deos pariter oderint: & hominibus maxime aduersentur. Sed alibi hoc totum disseruimꝰ.

Quæ figura sit dicendi in veterum libris mediusfidius: quaq; origine censeri debeat: ac de Fidio deo non nihil.

Caput. VI.

MEhercle: & mecastor: figura est in veterũ libris admodum frequens: qua ĩtelligendum est diligat vel adiuuet: quod a Sex. Pompeio diligẽter est obseruatum. In hoc em̃ (inquit) iureiurãdo subaudiendum ẽ: me amet vl' adiuuet: quibus figuris multo sæpius græci authores vtuntur. Quo autem modo accipiendum sit mediusfidius pauci adhuc (vt video) probe intelligunt: aut originẽ capiunt. Ego vero ita expono vt eiusmodi quidẽ locutio perinde valeat: atq; meher cules: & Deusfidius: cuius sacra Romanis annalibus tradũtur: eiusq; templa ĩ vrbe a veteribus relata sunt: sicuti Plutarchus: Varro: & poetæ latini testantur: Sed & Sex. Pompeius in libro de priscis verbis. xii. pro Iouis filio accipit: quoniam. d. littera cũ. l. affinitatem retineat. Itaq; iusiurãdum hoc (inquit) per diui fidem quidam dixerũt. In fabulis autem Plautinis iusiurandum refertur per deum fidium. Hunc em̃ sactũ

sidiumq; appellãtes: in Quirinali iugo veteres coluerunt nonis Iuniis. Quocirca sic in fastis Ouidius.

Quærebam nonas Sancto Fidione referrem:
An tibi semipater: tunc mihi Sanctus ait.
Cuicunq; ex illis dederis: ego munus habebo:
Nomina trina fero: sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde sabini:
Inq; quirinali constituere iugo.

Quibus verbis in latino sermone vti debemus: & ꝙ verecunda esse debeat in componendis vocibus tralatio. Caput. VII:

IN sermone latino habẽda est præcipue ratio in verbis cõponendis atq; vtẽdis: cum ex infinita vocabulorum silua: alia quidem ad vsum ptineãt. alia ad eruditionem: alia vero ad gratiã. Itaq; verba desita: & parũ frequẽtia cognosse debemus: eorumq; vires & comparationem scrutari: antiqua vero & propria recipere: poeticis delectari: Qua ratione Terentius Varro cũ scriberet ad. M. Tulliũ prudentissime inquit. Poeticis multis verbis magis delector q̃ vtor: antiquis magis vtor q̃ delector: Tralatio autẽ in componendis vocibus (vt ẽ author Theophrastꝰ) non audax aut insolens debet esse: sed proba & verecũda: quod ipsum Pontanꝰ etiã Iouianus approbat: Vir vnꝰ ætate nostra: qui antiquitatem ipsam ac disciplinas honestiores pari facundia atq; ingenio exprimat.

De insigni atq; mirifico portento ĩfantis: qui duplici pectore atq; capite biẽniũ vixerit: historia non contemnenda: ac de causis portentorum.

Caput. VIII.

NOtum est q̃ multa sint relata prodigia in veterum annalibus atq; historiis quantumq; admirãda. Sed vnum præcipue hoc loco repetendũ existimauĩ præ cæteris (quæ vnq̃ scribant) insigne atq; monstrificum: si modo hac in re antiquitati fides habeatur. Traditum est igit̃ in oppido quidem Emaus Theodosio Cæs. imperante puerum natum fuisse: qui vmblico tenus integer extaret. Supnæ autem partes eiusdem gemina facie apparebant vt duo pectora torid emq; capita essent suis partibus ac sensibus prædita: nam & vna pars aliquando cibis & potione vtebatur: altera abstinebat: sic itidem in somno & quiete varie ac differenter se habebant: vt vicissim lusitarent: & risu & lachrymis tenerentur: mutuisq; plagis se cædebant: ac si diuersis animis: atq; ingenio forent: annis autem prope duobus vixerunt Factum deiceps est: vt cũ alter perierit: qui superfuit: quatriduo post ex agnata tabe computrescens interiit: quam rem Sigibertus in suis commẽtariis rettulit: homo q̃dem diligens: atq; vt illis temporibus studiosus magis q̃ eloquens. Quibus au: ẽ rationibus eiusmodi portenta criantur: Galenus: & Aristoteles copiose docent (vt aliorum sententias omittamus) & affirmat quidem Aristoteles iccirco fieri mõstra in animantibus: quoniam plura ac diuersa semina inter se cohęresciunt: atq; confundũtur: aut cum forte materies excessus vel defectus extiterit.

Traditum esse: ꝙ ex viris sapientibus plerunq; insani: ac dementes gignantur: exemplo addito de Aristarchi filiis viri doctissimi: & aliorum complurium ex Aelii Spartiani verbis.

Caput. IX.

DE Aristarcho grãmatico: qui Alexandrinus fuit: eiusq; multiplici ac singulari eruditione cõplura leguntur in græcorum commentariis. Cum is vnꝰ & censor maximꝰ omniũ poetarum sit habitus: & Philometoris regis filii præceptor extiterit: qui Philadelphi nepos fuit: Illud autem de libetis. Aristarchi considerandum est: nam cum duos forte habuisset: hoc est Aristagoram: & Aristarchũ: vterq; demens ac stolidus fuisse dicitur. Sicuti & Sudæ collectanea testãtur: quo nomine haud temere quæsitũ est a philosophis: cur ex viris sapientibus plerũq; ignaui ac dementes oriãt: Sed hac in re libitum mihi est verba Aelii Spartiani subiicere ad Imperatorem Dioclitianũ. Constat (inquit) Auguste neminem prope magnorũ virorum optimum & vtilem filium reliquisse: deniq; aut sine liberis viri interierunt aut tales habuerunt plerq; vt melius fuerit de rebꝰ humanis sine posteritate discedere: & vt ordiamur a Romulo: hic nihil liberorum reliquit: nihil Numa Pompilius quod vtile posset esse reipub. Quid Camillus: num sui similes liberos habuit? Quid Scipio? Quid Catones? qui magni fuerunt. Iã vero quid de Homero? Demosthene? Vergilio? Crispo? Terentio? Plauto? cæterisq; aliis loquar? Quid de Cæsare? Quid de Tullio? cui soli melius fuerat liberos nõ habere: Quid de Augusto? qui nec adoptiuũ bonũ filiũ habuit: cum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus. Falsus est etiam ipse Traianus i suo municipe ac nepote deligendo: Sed ad genitos veniamꝰ: Quid Marco fœlicius fuisset? si Cõmodum non reliquisset hæredem: quid Seuero Septimio: si Bassianum non genuisset?

Quomodo sit accipiendum stadium: & q̃ multiplex fuerit: ac non nihil etiam de aliis mensuris. Caput. X.

SCriptum est a veteribus diligenter de mensuris: earumq; variis ac diuersis rationibus: hoc ẽ de iugero: miliario: stadiis: & parasangis: nos hoc loco de ipso stadio breuiter agemus: quo inscitiam quorundam: atq; ineptias deuitemus: qui cum de re hac nuper sermonem haberẽt: imperite simul atq; perplexe disseruerunt. Itaq; sciendum est nomen ipsius stadii diuersum ac multiplex fuisse: tum spacio inter se dissimili: præcipue autẽ nominatur olympicum: pythicum: & Italicũ nam pythicum quidem pedibus millenis finitur: olympicũ pedibus. cccc. Italicum pedibus. cxxv. sic eñ Censorinꝰ refert: quid de natalicio ad Cerellium scripsit. Neq; me latet Herculis quoq; stadium ab antiquis celebratum: quo. cc. pedes haberentur quod ipsum stadii spacium Hercules suis pedibus metatus est: Pisis apud Iouẽ olympicum: de quo & Plutarchus: & in atticis Gellius meminerũt. Neq; desunt etiam authores: qui tradant octauã partem miliarii ipso stadio fere contineri: tũ Diaulon: & Dolichon addunt. Vt enim stadii mensura pedes. cccc habet in vniuersum: ita Diaulus. M. cc. Dolicus stadia. xii. & Schenus. xxx. vt ipse etiã Plinius refert: & si hoc totum in græcorum cõmentariis: cum a pluribus aliis: tum ab his relatum ẽ: qui Platonis leges interpretati sunt: quo loco de currẽdi ratione: & ludis olympicis disserit Pollio autem Victruuius stadiatas porticus appellauit: ex ipsa stadii (vt puto) mensura: sicuti etiam miliarias dicimus. Mensuram vero hi qui geometræ appellantur i hunc modum haberi scribunt: hoc est quicquid pondere: capacitate: longitudine: altitudine: latitudine: ac spiritu finiatur: vt Boethius: & Iunius Nypsus tradũt. Is eñ in libro de mensuris agrorum sic ad Celsum. Mensurarũ (inquit) appellationes: quibus in longitudine vtimur. xii. sunt. i: digitus: vncia: palmus sexta: pes: cubitus: gradus: passus: decempeda: actus: stadium: miliarium. Sed hæc suo loco sunt pluribus differenda.

Præclare factum: atq; ingenti animo ab Auidio Cassio Augu. in seditione exercitus: atq; eiusdem verba ibidem relata.

Caput. XI.

IGnum facinꝰ a Volcatio relatum est: de Cassio Auidio Augu. eiusq; egregio animo. nam cum in exercitu (quem Imperator regebat) magna seditio orta esset: ac milites ipsi velut ad conflictum æstuarent: tumultu compro: egressus prætorio Auidius: sagoq; tantũ castrensi tectus: Et me ipm (inquit) milites percutite: si hoc audetis: & corruptæ disciplinæ flagitium addite. Quo audito oĉs quidem quierunt: simulq; illum prosequuti sũt: nõ sine mirifica obseruatione. Itaq; dictum pereleganter ẽ a Volcatio de Auidio Imperatore timeri a milite metuit: qa ipse non timuit. Idem Augu. Syriacas legiones luxu ac delitiis defluentes: ad pristinam sæueritatem atq; disciplinam redegit. Tũ i Armenia: & Arabia: atq; Aegypto strenue ac præclare rem gessit.

Quibus liceret in vrbe sepeliri: ac de Posthumio Tuberto viro consulari: de quo. M. Cicero i legibus subobscure intellexit.

Caput. XII.

NOtatum alibi a nobis est: fuisse apud Romanos lege cautum: ne quis i vrbe sepeliri posset: præter eos tantũ: q egregia virtute rebusq; clarissime gestis meriti hoc essent: quod ipsum exẽplo atheniensis populi factũ ab illis existimamus: vt qui Solonis leges de sepulchris magna ex parte sequerentur. Plutarchus autem in Rom. quæstionibus: eis tradit ex Lyparei authoritate concessum in vrbe sepeliri: qui de hostibꝰ triumphassent: tum Val. &. C. Fabritium nominat: qui ob eoq; præclara facinora sepulchrum i foro habuerunt: sed &. M: Cicero cũ leges Romanorum exponit idem asserit: ac. Val. quoq; publicola: &. C. Fabritio Tubertum adiicit cuius summa virtus (vt inquit) hunc honorem promeruit. Nos autem de Tuberto ipso diu quæsiuimus: quando eius nomen latinis annalibꝰ atq; historiis minꝰ videatur compertum. Dionysius vero Alicarnasseus i Rom. antiquitatibꝰ: P. scribit Posthumium virum consularẽ ac maxime nobilem: qui Tubertus fuerit appellatus. Anno (inquit) post exactos reges quinto: quo tẽpore Iscomachus Crothoniates in stadio victor fuit: creati sunt Romæ Cos. M. Valeriꝰ publicolæ frater: &. P. Posthumiꝰ qui Tubertus est cognominatus: Itaq; dubitari amplius non potest Tubertum ipm apud. M. Ciceronem virum consularem fuisse: quem & Liuius & alii Posthumiũ vocant: referentes ab eo prospere pugnatum contra Sabinos: ac secundo eius cõsulatu deuictis Sabinis orationem celebrasse: ob præclara eius gesta Meneniumq; Agrippã eiꝰ collegam triumphasse: Quibus rationibus factum crediderim: vt ipsa etiã vrbe sepulchrum meruerit Posthumiꝰ Tubertꝰ: sicuti & Val. Publicola quod ab eodem Dionysio copiose explicatur.

De Rom. familiis Fabiorum atq; Curionum: & qua maxime dignitate in ciuitate præstarent: tum de Lepidis etiam breuiter adnotatum.

Caput. XIII.

RElatum est in veterum cõmentariis de Fabiis atq; Curionibus: q ipsa gens Curionum continua quidem serie tres optimos oratores habuit: atq; i agẽdis causis insignes. in Fabiorum vero familia tres in senatu fuisse cõtinuos principes: & egregiis facinoribus clarissimos: cuiusmõi censentur. M. Fabius Ambustus: Fabius Rutilianus filius & Quintus Fabius Gurges nepos: quod &. C. Plinius ad Ves. Augu. refert De Lepidis quoq; illud sciendum: q in eorum genere tres in-

termisso ordine abducto membrana oculo geniti tradunt: vt non minus naturę q̃ i geniorum quædam velut insignia in homine existant. Sed hæc in cõmẽtario de Romanis familiis commode notauimus.

Quantum sit ab amoris contagio abstinendum: ex Crathetis Philosophi sentẽtia: ac ibidem Panetii verba notata ex Anneo Seneca: ĩ quib9 par grauitas atq; doctrina existat. Caput. Xiiii.

INter alia multa quæ Crathes Theban9 prudenter ac sapienter de vita disseruit: illud etiam de amoris potestate ab eo relatum traditur. Amorem (inquit) fame sedari: sin minus tẽpore. ꝙ si duo hæc nõ suffecerint: ad laqueũ esse accedendum. Hæc Crathes de amore: ad quæ poeta Ausoni9 respexit: cum de insania ac dementia amantium loqueretur. Panetius autem philosophus iuter stoicos insignis: peregregie (vt constat) videtur respondisse: cum ab eiusmodi cõtagio longe abstinendum moneret: minime (inquit) cõmittendũ est: vt in rem cõmotam incidamus: vtpote alteri emãcipatã: vilem sibi: si eũ nos respicit qd̃ amatur: humanitate ei9 irritamur: sin cõtempsit superbia accendimur: æq; facilitas erroris: q̃ difficultas nocet: facilitate capimur: cũ difficultate certamus. Itaq; qui suæ ibecillitatis cõscius est: is moneo vt quiescat: quod & Seneca Annæ9 ex Panetio rettulit: & nos in vita obseruandum veluti optimã legem: ac fãctiora quædã oracula existimam9.

De studio veterum in auspiciis: ac de his auibus: quæ ominosæ: ac inauspicatę haberentur: quæq; oscines aut præpetes dicerentur. Caput. XV.

NOtum prope omnibus est: quantopere veterum sedulitas ĩ futuris vestigãdis: atq; prænoscendis elaborauerit: quantoq; studio ac diligentia auguria omnia: extispicia & reliqua diuinandi genera coluerit: vt in variis quidem animantibus: eorumq; voce: incessu: cibis: colore: volatu: auguria capere cõsuerit: Sed hoc loco ea tantum adnotare visum est: quæ ad alitum auspicia: & omen pertineant: quæq; diræ: & ominosæ aues: quæ rurs9 fœlices: & auspicatæ crederentur Inter diras igitur & ferales enumerant: noctuas: vlulas: tinunculos: miluos: ꝙ hi quidem rapacissimi & sẽper famelici sint. Bubonem quoq; inauspicatissimi ominis dixerunt: Idq; in publicis maxime auspiciis: ex quo funebrem etiam vocarunt. Hinc illud notum.

Fœdaq; sic volucris venturi nuntia luctus.
Ignauus Bubo: dirum mortalibus omen.

Quin & in coruis: dirum & ominosum est habitum sicubi glutiunt. & vocem velut strangulati emittũt. Q̃q̃ de coruis: & cornicibus varia traduntur: siquãdo ad leuã aut ad partem dextram cõuolitent. C. vero. Plinius has ipsas aues ĩauspicatę garrulitatis appellat: sed & Gallos probabãt ĩ tripudiis maxime solistimis: qd̃ ab ipsis pullariis ĩdicabatur. Quidã grammatici in hunc propemodum de auguriis scribunt: ea esse in gestu: motu: volatu: ac voce. veluti signa rerum constituta. Oscines aũt vocatæ sunt: quæ ore: cantuq; auspicium facerent: vt coruus: cornix: pic9: quæ futura volatu portendunt: vt buteones: sanquales: aquilæ: &: vultures: si fœlices fuissẽt & prosperæ appellantur præpetes: sin aduersa atq; ominosa prænuntiassẽt: inebras dixerunt: ꝙ aliquid fieri inhiberent: vt est author Sex. Pompeius: tum inebra etiam vocarunt: quæ tardare auspicium: atq; morari existimarent.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER VIGESIMVSSECVNDVS.

Copiose expositum de asaroticis pauimẽtis: ac lithostratis seu thessellatis: tum de opere vermiculato: ac de cerostratis nonnihil. Caput. I.

OCcurrẽdum ẽ quorundã quæstioni: quæ animos etiam doctiorũ diu anxios atq; incertos habuit: de hoc picturę genere: quæ musiua fere a nostris dicatur: tum de his pauimẽtis disserendum: quæ lithostrata veteres: seu tessellata vocarũt: tesserulis variis structa lapidumq; crustis ornata. Scire igit̃ debem9 ea opera quæ Plini9 musea vocari tradit: pro his accipiẽda esse: quæ posteriores musiua seu mulcacea dixerũt: in quib9 vitreis testulis: variisq; colorum picturis: mirifica quidẽ gratia atq; venustatis species exhibet̃: græci hoc op9 asaroton vocarũt: quale ĩ primis cũ ab aliis: tũ a Plinio cõmẽdat̃: qd̃ olim Pergami fuit a Zenodoro cõstructũ in eo genere peritissimo: dictũ vero sic existimatur: quoniã cœnæ purgamẽta in ipso quoq; pauimẽto cõuerti solẽt veluti relicta: vt est author. C. Plini9: q̃ analecta græci appellãt. De his asarotis mẽtionẽ fecit Papini9 in describẽda Mallii Vopisci Tiburtina villa: vbi pauimẽtũ refert asarotica elegãtia variaq; structura p̃stitisse his versibus

Dum vagor aspectu: visusq; per omnia duco:
Calcabam nec opinus opes: nam splendor ab alto
Defluus: & nitidum referentes aera testæ
Monstrauere solum: varias vbi picta per artes
Gaude humus superantq; nouas asarota figuras.

Apolinaris item sidonius lapillos asaroticos nominat: quibus musea ipsa construerentur: quæ velut erosi annis pumices ad reddendam specus imaginem forent depẽdentia: inuentum id Romæ Marci Agrippæ temporibus: quando in eius thermis singulinum opus ẽcausto pictum fuit. Neq; dubitauit Plinius quin vitreas cameras fecisset Agrippa: si id repertum antea fuisset. Notum vero est. omnibus: ꝙ ipsa musiua e vitreis tesserulis atq; sectilib9 crustis vario multiplicq; colore cõstructa sunt: cuiusmodi adhuc Romæ visitur locis multis: tũ in propileo basilicæ petri nobili illa & f.ustans nauis: quam Io. pictor cognomento Cimabous mirif co artificio atq; diligentia traditur perfecisse: quidam appellarunt id opus cymbam asaroticam ex effigie ipsi9 picturæ. Neq; idem est vermiculatum pauimentum: & asarotũ: vt quidam falso existimant: siquidẽ post Lucilium poetam asarota in vrbe cœpta sunt: vermiculatum opus vocamus: quod & si crustis variis cœmento illitis fiat: non tamen vitro consta[illegible] quæ res a Lucilio designatur: cum dixerit in Satyris.

[illegible]um bene cõpositam: vt tesserulas omnes
Arte: pauimento: atq; emblemate vermiculato.

Hoc est orationem variis figuris: atq; coloribus eleganter compositam. C. Plinius in perquirenda antiquitate diligens: vermiculatum opus iccirco dictum existimat: ꝙ esset variegatis crustis: atq; maculosis ad effigiem vermiculi. Vt minime sit improbanda Nonii sentẽtia: qui pro minuto vermiculatum exponit. Verbo autem quod est musiuum vsi sunt apud nos Augustinus: Spartianus & Trebelli9 (vt alios omitam) Iulius Firmicus: musiuarios artifices nominat in astronomicis: Sed agamus nunc de lithostratis: quæ a nostris fere tessellata dicuntur: id est variis crustis ac lapidum segmentis constructa: ceu visuntur Romæ locis compluribus: ac Florentiæ in

æde diui Ioannis:quæ baptisterii nomen retinet: quo loco miram gratiam atq; decorem præfert pauimentata structura:tesserulis lapidum multicoloribus: iinterpositis orbibus e lapide macedonico vel porphiretico. Ibidem visitur totius cœli ambitus: atq; signiferi species cum suis imaginibus:adeo vt sol ipse velut moderator & auriga in medio existat. Et ea fere debēt admitti in lithostratis(vt a veteribꝰ ꝓcipit)quæ apta varietate:ac multiformi picturæ gratia venustatē simul & elegātiā ferant. Quo minime mirari optet si. C.Cæsar in suis expeditionibꝰ tessellata ac sectilia pauimēta circūtulerit. Sūt ī præcio cerostrata:atq; xilostrata:illa ex cornibꝰ atq; ebore cōstāt:hæc ex materia cēsētur:maximeq; Ebeno:larice:tamarice:olea. De Cerostratis Victruuius:& Plinibꝰ meminerūt:proditūq; ē ex Vrorū cornibꝰ effici: quæ Romani ad suas delitias trāstulerūt:nūc ticta:nūc sublita. Nūc quæ Cerostrata picturæ gñe diceret: ad sellas pricipū atq; lecticas parātur:quales Aegyptii reges inter cætera ornamēta habuisse tradūtur: Xilostrata coloribus variis distinguntur:& multiformi materia cōstant:præcipueq; ad templorum sacraria & subsellia pertinent:quos appellāt choros:ceu spectantur Venetiis in æde Helenæ:in quibus nobiles Italiæ vrbes atq; clariores additæ sunt singulis subselliis:miro picturæ artificio: atq; elegantia singulari.

De pœna Romanorum ciuium per vites:ac Plinii verba exposita:ex historia de Scipione Aphricano:tum de vitæ Centuriali copiose.

Caput.II.

Verba sunt Caii Plinii(quo loco de arboribꝰ disserit)vitis ipsa:& in delictis etiam pœnam honorat:quæ meum aliquādo animum. suspensum tenuerunt. Haud emī videbam quibꝰ pœnis homines per vitem afficerētur:quādo nihil ad rem illud pertineret:qd insigne Centurionum id esset: vt quidam parum docte exponūt. Sed emī ꝓ ad pœnam vites pertinerent: deductum hoc existimabꝰ ex lege veteri de suppliciis militū:nam & Scipio Aphricanꝰ qui Numantiā obsedit sicubi extra ordinem milites Romanos deprehendisset:acribꝰ pœnis afficere solitꝰ est:vt qui ciues vitibꝰ:alios autem virgis cœdi iuberet :quocirca Plinius pœnæ honorem habitum scribit: cum ciues non virgis verberatos:sed vitibus refert. Quam rem Liuius in historia Romani populi notauit:vt ex Flori compendiis colligitur. De vite autem quam Centuriones præferrent:non poetæ tantum meminerūt:sed Aurelius Macrobius. Aelius Spartianus:ac Plinius:qui insertas(inquit) castris vites sūmam rerum imperiumq; continere. Centurionum in manu vitis:& optimo præmio tardos homies ad lētas perducit aquilas. De Hadriano item Augusto notatū ē ꝓ is quidem nulli vitem concessit nisi robusto & egregiæ famæ viro: neq; tribunum nisi plena barba effecit Hinc etiam heliopolitani Iouis oraculum de Cæsare Traiano:q cum scriptis codicillis deum consuluisset:an Romam peracto bello esset rediturus (nam contra parthos mouebat)vitem sibi Centurialem deus in ædem deferri iussit diuisamq; in partes sudario condi:ac perendie efferti:Sed & sub vitem præliari dicebantur milites:cum astantibus Centurionibus sudes eiicere cogerentur. Quod et Sextus Pompeius adnotauit.

De sortibus Prænestinis:earumq; origine apud Romanos:& quomodo ederentur in templis:ac Liuii locus expositus.

Caput.III.

Liuius inter cætera prodigia:quæ in historia de gestis Rom.populi refert: Sortes(inquit)extenuatas:sicuti bello punico:& vnam præterea excidisse ita scriptam Mauors sinum tælum cōcutit. Et nos igitur ad hæc intelligē-

da cōmodū fore existimamus ea de ratione:ac origine sortiū hoc loco repetere: qbus id rorum copiose aperiat:& Liuii verba intelligant:Nā & Prænestæ olim:& Antii tēpla magno cultu honoreq; habita sunt:vbi sortes ederent. Origo autē cōmentitia quidem(vt multi dixerūt)& futilis:sed a veteribus tradita est in hūc modū. Numeriꝰ Suffustiꝰ vir admodū clarꝰ:cū assiduis somniis etiāq; minacibꝰ iubereē certo ī loco silicē excidere:pertertitus dicitur: sic vt agere id occeperit ridētibus hoc ciuibus:sed perfracto saxo erupisse sortes:quæ in robore forēt insculptæ: priscarū litterarū notis. Quin eodem tempore mel ex olea fluxisse dicūt:& Aruspicū monitionibus factum vti ex eadem olea fieret arcula:& in ea recōditas sortes: ad quas præmonēte fortuna Rom.pontifices accedebant:& pueri manu cōmixtas educere solebant: ac talis quidem origo prænestinarum sortium traditur:quæ diuinatio vt vatiis passim templis atq; vrbibus exculta est:ita Iulii Cæs.tempore pene abolita:neq; alibi earū cultus seruatus q̄ Prænestæ:qua ratione dicebat elegāter Carneades:nusq̄ se vidisse fortunatiorem fortunā:q̄ Prænestæ. Hæ vero sortes Rom.popu.fata cōtinebant:tesseris quibusdam ligneis insculptæ. Vnde Liuius extenuatas sortes inter prodigia numerat: quoniā litteræ illæ fatales alicubi cōsumptæ videtenē:Imperāte autē Augu. Domitiano satis lætā fœlicemq; sortē prænestina fortuna per nouemniū dedit: in sequenti anno tristissimā reddidit:neq; sine sanguinis mentione:vt est author Tranquillus. Neq; me latet alium quoq; fuisse morem Rom.Imperatoribꝰ in aucupanda per sortes fortuna:versibꝰ ad eam rem compositis:vel ex aliquo poemate trāslatis. vt illud vulgatum de Cæsare Hadriano:cum Vergilianas sortes consuleret.

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens:nosco crines incanaq; menta
Regis Romani:primam qui legibus vrbem
Fundauit:curibus paruis:& paupere terra
Missus in imperium magnum.

De sortitione autem iudicum & sortilegiis suo loco scripsimus.

Quanta prudētia. M.Caro iudicauerit nō esse publice audiēdos in Romana ciuitate tres atheniēsiū oratores:i. Carneadē:Critholaū:& Diogenē:ac de illorū mirabili ingenio & facundia. Caput.IIII.

Qvanta prudentia & consilio in moderanda ciuitate: quantaq; doctrina fuerit:M.Cato qui censoriꝰ dicitur:veterum commentarii explicāt: Sed hoc inter cætera eius viri mirificum videri debet:his præsertim hominibꝰ: qui in obeundis reipub.officiis versantur:quod ab eo dictum atq; iudicatum est de athenienſium nobili illa ac celebri legatione ad Sen.p.q.r. in qua tres ingenio & eruditione clarissimi extiterunt:hoc est Carneades academicus: Critholaus peripateticus Diogenes stoicus: nam cum hi facundia in primis atq; oratione pollerent: facile Romano populo persuasissent quæcunq; peterent. Sed hanc rem cum.M.Cato mature consideraret:ex vsu esse Rom:reibublicæ asseruit:ne tales oratores tamq; valida eloquentia prædiri qui possent æqua pariter atq; iniqua persuadere: audirētur publice: quoniam Carneade ipso(vt inquit Plinius)argumentante quid veri esset:haud facile discerni poterat:quē vnum traditum est(cum pro iustitia publice multa eleganter ac sapienter disseruisset) postridie non minori doctrina atq; copia contra iustitiā peroraſſe. De his autem tribus philosophis illud a latinis criticis obseruatum est:eloquentia fuisse Carneadem rapida & violenta:tereti & elegāti Critholaum:modesta & sobria Diogenem. Quod etiā Macrobius(vt alia complura)e penu Gellianæ etu

ditiõis in suas cœnas deprõpsit:homo satis qdẽ eruditꝰ:sed igenio maxie igrato:ac
ꝑpe ipudenti:vt qui in tanto aeris alieni cumulo nusq̃ creditori s nomen profiteatur

Quæ differentia tradatur inter deportatos:& relegatos:& qui maxime autho=
res deportari homines ac portenta scribant.

Caput.V.

IN libris iureconsultorum scita satis atq; elegans differentia ponitur:inter
eos:qui relegati:& deportati dicũtur: nã relegatos fere illos vocari asserũt
qui cum in exilium mittantur:bonis tamẽ propriis vtuntur.Deportati ve
ro ea lege atq; conditione vocantur:vt nihil e suis bonis possideãt:quod a nostris ta=
men grãmaticis minime obseruatur:sed em.;C.Pliniꝰ ac Liuius in aliã magis signi=
ficationem acceperunt: vt qui portenta atq; prodigia deportanda ex vrbe asserant:
cum in alium locum trãsferenda significent.Cuiusmodi illud est a.C.Plinio relatum
inter mirifica prodigia de valeria fœmina:quæ regum temporibꝰ inauspicato quidẽ
exemplo cum dentibꝰ in vrbe nata est:ob eãq; causam responsum est aruspicum va
ticiniis exitio futuram ei ciuitati:in quam deferretur.Itaq; Sessapiam tum florentissi
mam deportata est:neq; citra illius vrbis exitium.Sed & Liuius item deportata non
nunq̃ monstra in aliam regionem tradit.Posteriores vero qui Antoninis & Constã
tiis Imperatoribus scripserunt: deportatos in exilium aut i insulas accipiunt pro his:
qui descripti ac relegati fuerint.Quod in Lampridio:Volcatio:Ammiano:ac Hiero
nymo frequens repetitur.Hinc illud in oratione.M.Antonini Cæs.cũ suam clemen
tiã atq; pietatẽ i Cassiana defectiõe Romanis ptibꝰ ꝓbaret.Nẽo(iqt)senatorꝝ puni
at:ꝓscripti bona rcipiãt:deportari in patriã redeant.Qui & Antoninus Caracalla re
legatis ac deportatis redditum in patriam restituit: vt ab Aelio Spartiano scriptũ ẽ

De q̃dragenario nũero:& eiꝰ potestate i puerpis & ifãtibus: tũ de festo die: quẽ
græci tessaracostõ appellarũt. Caput.VI.

QVi de numeris eorũq; potestate scribunt:diligenti cura videntur omnia
obseruasse:quæ ad quadratos perfectosq; numeros & imperfectos ptinent
vt cum septenarium humanæ vitæ vehiculum vocent: quaternariũ vim
iustitiæ:denarium & quinarium conubii: in qbꝰ academici ipsi maximum studium
impenderunt.De numero autem quadragenario illud hoc loco referendum existi=
maui:qd̃ ad ipsam partus rationem facit: nam tessaracoston tempus a græcis autho
ribus appellatur:ob eam causam celebratur: ꝙ illis maxime diebꝰ mirifica quædam
intelligantur. Itaq; prægnãtes etiam fœminæ quadraginta olim die ante fœturam
nefas habuerunt ad sacra accedere: ac totidem quoq; diebꝰ post partũ grauiori mor
bo solent conflictari:vt ægre possint sanguinem continere. Sed eodem præterea tẽ=
pore infantes morbidi sunt:ac risum cõtinent:magnoq; vitæ discrimie viuũt.Quo
circa(vt ad Cerellium tradit Censorinus)cum is dies quadragesimus præterit: con
sueuerunt veteres festum agitare:quod tessaracoston appellarent.

De clementia.M.Antonini Impe. & quibꝰ maxime verbis cõtra se ipm cõspirã
tibu s parcendum monuerit. Caput.VII.

VEtꝰ dictum celebratur:nullum esse certiꝰ testimonium probitatis atq; in
nocentiæ:q̃ ipsam vitæ cõscientiã:in qua sapientissimus quisq; virtutis bo
num collocauit:nam & academici ipsi hoc habũde fatẽt:quod etiã Anto=
nini Augu verba(qui stoicorũ disciplinis incubuit)verissima suffragatione probãt
In quibus nõ modo suam vitæ inocentiã:sed æquissimũ ingeniũ:ac maxime proban
dum asseruit.nã cum forte Auidius Cassiꝰ:aliiq; cõplures cõtra Antoninũ Impe.cõ

spirassẽt:ac detecta cõiuratio esset:parcendũ oĩbus cẽsuit Antoninꝰ: nec Auidiũ
qdẽ ipãdi auidissimũ iussit occidi: sed passus ẽ(vt a Volcatio tradit)cũq; tã egregiã
singularẽq; eiꝰ clemẽtiã ac lenitatẽ plures accusarẽt: eũdẽq;(vt sũt varia hoim ige=
nia:)passi arguerẽt:ꝙ tã mitis in suos etiã hostes foret:simulq; adderẽt:aliter se res ha
beret si Auidiꝰ vicisset.Grauissime responsũ ẽ ab Imper.Antonino:nõ sic deos coli=
mꝰ aut viuimꝰ:vt ille nos vinceret. Tãtũ adeo anteactę vitæ cõscientia:& innatæ
probitatis testimonium potest:vt nihil insidias hostium metuat:nihil alienas vires
reformidet:Idem quoq; Augu.sic in epistola ad vxorem Faustinã de se scribit:Hora
tianã sententiam mutuatus:quieto animo sis: dii me tuentur: & diis cordi mea pie
tas:Quam rem & Volcatius historiæ author ad Imperatorem Dioclitianũ retulit

Qꝫ constanti & alto animo fuerit.M.Cato:& eius dictum de se:cum bella inter
Cæsarem & Pompeium æstuarent.Caput.VIII.

MEmoria dignum est quantũ Catonis virtꝰ:atq; cõstantia veteres permo
uerit:præsertiq; philosophos stoicos:vt eiꝰ viri aĩm atq; disciplinã cũ So=
crate:Possidonio:& Chrysippo cõferãt. Sed iter alia hoc pcipue admirãt
ꝙ i ea Romanæ ciuitatis tẽpestate:cũ ciuilia bella iter Cæs.& Põpeiũ streperẽt:vari=
isq; fortunis respubli.ꝓmeret:eũ ipm de aĩ statu nihil eẽ imutatũ.Nã cũ vtrũq; Cato
iꝓbaret:atq; exarmare cuperet.vtri ꝓ etiã virtute sua & aĩmo igenti occurrit. Dixit
em̃ de Cæsare:si vicerit se moriturum:sin Pompeius exulaturum:quoniam Pompe
ius quidem(vt est author Tacitus)ocul ior fuit:non melior. Et hæ sunt illæ voces
(vt Picus noster dicebat)quas familiæ stoicorum lætis animis agnoscunt.quæ om=
nibus suffragiis probantur:& in porticu apathiam confirmant. Sed enim idẽ Cato
nullis vnq̃ casibus mutatus est:nullis affectibus concessit:aut calamitati succũbuit
sed eundem semper se in tã varia rerum fortuna præstiterit:in prætura: in accusatio
ne:in prouincia:i vrbe:excersitu:repulsa:atq; iteritu:sicuti ab Anneo Seneca rlatũ ẽ.

De prosa:& Postuerta Romanis diis ac ibidẽ de Anteuorta & qd inter se diffe=
rãt:quaq; ratione colerẽt a Romanis. Caput.IX.

SEruatum est ab his:qui de veterũ relligione scripserũt:Prosam & Postuer=
tam fuisse apud Romanos pro diis acceptas:atq; illis aras & sacra etiã con
stituta ob ipsas pariendi rationes atq; discrimina.nã Prosæ numen & pote
stas:ab his fœminis maxime colebatur:quæ rectum ac legitimũ partũ ederent. Po=
stuerta autem ab ægris atq; ifirmis: cuiusmodi habentur fere hi partus: cum in ipso
nixu non caput primum ex aluo:sed ipsi pedes existũt:proindeq; ab authoribus Ag
grippæ appellati sunt.Quam rem Caius Plinius:ac Gellius(vt alios mittam)dili=
genter prosequuntur.Sed & Postuertam deam atq; Anteuertam i aliam partem re
ceperunt:vt a Vectio Prætextato in cœnis Macrobii relatum est.Hac enim ratione
illas coluerunt:ac templa dicarunt:ꝙ ea oĩa intelligi oportere existimarent: q̃ præ
terita ac futura essẽt:ex quo diuinitatis comites aptissimas appellarũt: nõ secus atq;
cõsiliũ & prouidentiam:quibꝰ humana oĩa & diuina expẽdi: ac præuideri possũt
Quod a nobis alibi cõmodius expositum est.

Quæ sint samiata ferramenta:in Aureliani Augusti epistola:& samiatę ar=
ma:ac de samiis vasis:& Numæ capedunculis in Romanis sacris.

Caput.X.

QVæsitum nuper ab eruditis:quid esset i Aureliani Augu.epistola:quã de=
officio Trib.militũ scribit:ferramẽta samiata.Sic em̃ refert de ipsis militibꝰ
Arma oĩa tersa sint:ferramẽta samiata:calceamẽta fortia: quo loco cũ do

ctiores etiã dubitare soleant: eorũ q̃stioni occurrendũ a nobis est. Samiata igit̃ tela ꝑ his acceperũt veteres: quæ in spiculũ mucronata atq; acuminata forẽt. Q̃d & Noniꝰ Marceliꝰ ꝓbauit: Samiũ enĩ ꝓ acuto acceptũ est: ac samiare pro acuere: quoniã in Samo (vt est author Nonius) hoc artis genꝰ pcipue claruit: qua voce & Luciliꝰ poeta est vsus in satyris. Sed & samia vasa a multis celebrantur: q̃bus Rom. pontifices pro Numæ regis istituto in sacris vterẽt. Itaq; sic M. Cicero in libris de repub. Quæ sunt (inquit) imperia põtificũ diis imortalibꝰ grata sine samiis? Quæ vasa capedies etiã & capedũculos vocarũt: vt apud authores frequẽter habet̃. Vnde & illud Persianũ

Aurum vasa Numæ: Saturniaq; impulit æra.
Vestalesq; vrnas: & thuscum fictile mutat.

De oratore Isocrate: eiusq; isigni facundia: & quomõ tria imprimis notãda præstiterit ex historia Pausaniæ. Caput. XI.

TRia dicũtur in oratore Isocrate memoratu digna inter alia accidisse: eũq; his præstãdis nõ minore iudicio q̃ fortuna valuisse. Primũ vt vegeto ac solido corporis robore: modestia singulari. & summa aĩ libertate pstaret. Nã & ad nonagesimũ octauũq; annũ cũ peruenisset: nũq̃ adeo defecisse: aut elãguisse scribitur: qui suos quoq; discipulos ꝑ veteri instituto instrueret atq; edoceret. In altero tã modestꝰ & ꝓbꝰ: vt ab õi ciuitatis admĩstratiõe prsꝰ abstieret. Neq; de rbꝰ irẽ publicis curã vllã suscepit: i quo liberũ ab õi cupiditate animũ maxieq; sycerũ ꝓbauit: quã rẽ (vt alios mittã) & Pausanias historiæ author in atticis cõmemorat. Hic aũt Isocrates ille est: cuius elegantiam atq; iocunditatem. M. Cicero in dicendo egregie expressit: cum vim Demosthenis: ac Platonis magnitudinem adiecisset.

De eruditione Crispi Passieni: & eius eleganti sẽtentia: in habendis probandisq; amicis. Caput. XII.

LAudatum est Passieni igeniũ ac eruditio a multis: præcipueq; ab Annæo Seneca: qui locis aliquot asseruit: nihil se Crispo Passieno subtiliꝰ atq; insignius cognosse: in distĩguendis maxime vitiis atq; curandis: Sed iter alia multa dictum eiusdem perelegans quidem & egregium est adnotandum. Nam cũ habere amicos velimꝰ: & prudentia pariter & gratia liberalitateq; ornatos: habẽda ratio est in vtroq; genere. Sic enim Passienꝰ dicebat: quorundam se malle iudicium: q̃ beneficium: & quorundam beneficium: q̃ iudicium. Cui sententiæ tantum concedit noster Oricellarius: vt is vnus in legendis colendis atq; seruandis amicis: nonminus prudentiam & iudicium: q̃ constantiã & probitatẽ obseruet: ad exemplũ credo pricipis Augu. qui solitus est: iudiciũ in eligendis: constantiã in seruandis adhibere.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA DISCIPLINA LIBER VIGESIMVS TERTIVS

Q. Octauius Augu. tria potissimũ in votis habuerit: ac de fortunę viribꝰ honore: & nominibus apud Romanos. Caput. I.

LIbrum fecit Plutarchus Cheroneꝰ de Romanorũ fortuna: in qua accurate (vt solet) atq; egregie permulta de illꝰ cultu: potestate: ac templis disseruit. Tum præcipue illorum exempla refert: q cũ meliorem aliquãdo fortunam: atq; fœliciorem habuerit: maximo illam honore ac veneratione prosecuti sunt. Vt Ancus: Camillus & alii. Q̃d aũt de Octauio Augu. tradit hoc eq̃dem nõ putaui alienũ: aut indignũ vt adnotarem. Octauius inq̃t Cæsaris filius (qui primus Augusti nomen habuit) cum quartũ & quinquagesimum annũ ageret: pcatus a diis est Sci-

pionis fortitudinem: beniuolentiam Pompeii: Cæsaris fortunam: quã q̃dem inquit fortunam rerum esse omium maximarũ victricem. Hæc enim. M. Ciceroni Lepido Pansæ: Hircio: atq; Antonio plurimũ aliquãdo idulxit: cũq; hos omnes ad summũ decus & gloriam extulisset demũ deseruit: atq; vni tãtum Cæsari seipsam seruauit vt aperte cognosci posset: quibꝰ ludis: atq; blandimentis humana omnia versare & cõmiscere consueuerit: sed hæc apud authorem copiose referuntur: cũ Romani ipsi (vt constat) variis q̃dem nominibus illam & colendam & appellãdam duxerint: vt Fortem: Viscatam: Muliebrem: Reducem: Victricem: Primigeniam: Obsequẽtem & Mammosam: de quibus in epistolicis scripsimus.

De imodico luxu Antonini Heliogabali ipe. ac de eiꝰ culcitris cũ leporinis pilis: & pdicũ plumis: ibidẽq; expositũ de accubitis. Caput. II.

DE Vario Antonino Imperatore (qui Heliogabalꝰ dictꝰ ẽ) ꝓmulta a græcis & latinis authoribꝰ scribuntur: quo luxu: q̃busq; libidinibus: atq; flagitiis imperium gesserit: vt naturæ magis ꝓdigiũ ad omnem vitæ improbitatẽ haberi posset: q̃ Romæ vrbis imperator. Is igitur eo studio atq; ingenio fuit: vt nihil auidius: q̃ de luxu variisq; voluptatibus cogitaret: sicuti copiose ab Aelio Lãpridio traditum ẽ ad Constantinum imperatorem: nam vt de prodigiosa illꝰ mollicie breuiter agamus: primus triclinia: lectos: ac porticus omni florum genere strauit: Liliis: Violis Hiacynthis: & Narcissis. ac per eos ambulauit: neq; in culcitris: seu accubitis (vt appellant) facile cubuit: nisi quæ leporinum pilum haberent: aut perdicum plumas subalares: tãta inerat animo eius mollicies: quod idem Lampridius rettullit: vt ex his mirandum nõ sit si deinceps vrgẽte fato: & a tali monstro scelerum pœnas reposcẽte i latrina occisꝰ fuerit: Q̃d aũt accubitas diximꝰ: id q̃dẽ verbũ ab accubãdo deductũ ẽ. Neq; in Lãpridio tm̃ legit̃: sed apd̃ ipos etiã iurisperitos. qui hac voce pro culcitris & toralibꝰ vtũt̃: vt Var. appellat. Hic & accubitalia: pro ipis stratis seu stragulis accepta sũt: Vt in epistola Valeriani impe: habet̃ ad Zosymionẽ Syriæ ꝓcuratorem. Nam cũ Claudio legionis martiæ præfecto cõplura forent pro militiæ instituto tribuenda: misit illi Valerianus impe. accubitalium Cypriorum (vt vocat) paria duo. interulas puras. togam: & laticlauum: sagochlamydes: & subsericam albam

Quæ diuinationis species habẽda sit capnomãtia: & Statii poetæ versus allati atq; expositi: super hac vaticinandi ratione. Caput. III.

INter alia diuinandi genera: de q̃bus veteres scribunt: illud etiã i ãtiquorũ monumentis notatur: quod græci capnomãtiam: nostri pfumũ diuinationem dicunt: cum ipe videlicet fumꝰ: vel in orbem voluitur: vel in obliquũ flectitur: aut i rectum protenditur: quocirca meliorem sibi fortunam quis pollicetur vel aduersam præsagit: vt est animus mortaliũ omnium ad futura prænoscẽda magno ambitu intentꝰ. Itaq; capnomantia græce appellata est. Et capnomantes qui diuinationũ eiusmodi forẽt interpretes. Statiꝰ autem Papinius perelegãti carmine id expressit in Thebaide. cum de Menecei cæde ageret.

Vincatur pietas inquit: pone eia altaria virgo
Quæramus superos: facit illa: acieq; sagaci
Sanguineos flammarum apices: geminumq; per auras
Ignem: & clara tamen mediæ fastigia lucis
Orta docet: tunc in speciem serpentis inanem
Ancipiti gyro volui: frangiq; rubore
Demonstrat dubio: patriasq; illuminat vmbras.

In his.n.versibus & per ignem diuinatio:ac per fumũ describitur:nã sicubi ex flãma gemin9 apex extit:esset:diffidiũ idicari existimabãt: vt.M. Cicero tradit:de capnite aũt vino & gẽma cõmode dixim9: quæ iteriectis veluti spiris fumidũ quiddã refert.

Qd imperante Ti.vitrum flexile ac ductile redditum sit:& qua pœna tantæ iuẽtionis author dãnat9 fuerit. Caput.IIII.

TRaditũ ẽ a.C.Plinio iter alia mlta & hoc maxime mirãdũ:ac memoria dignũ de viro.quẽadmodũ videlidet.flexile atq; ductile redditũ sit ipe.Tiberio Augu.adeo nihil i retũ nata itẽtatũ: aut iexptũ fligt ãtiquorũ solertia qd egdẽ nõ aliis verbis asserẽdũ ẽ:q̃ eiusdẽ authoris. C.Plinii.n.quo loco de viti inuẽtione atq; origie scribit:Excogitatũ igt ẽ Tibe.principe vitri tẽpamẽtũ: quo flexibile eẽt:sed ei9 officina abolita ẽ:ne aeris:argẽti auri ve metallis p̃cia detraherẽt:hoc idẽ & Isidor9 r̃cẽset:tũ adiicit :huic iuẽtioni Pricipẽ Tiberiũ maxime iratũ: sic vt opificẽ ipsum necandum iperaret:ne aurum vilesceret:ac pro luto(vt inquit)haberet Cæteriscq; metallis preciũ demeretur.Id aũt verũ ne an falsum existimari debeat: malim hercle pro suo quisq; arbitrio iudicet:in tãta præsertim rerũ atq; ingeniorũ varietate

Quibus maxime cibis venenata q̃dam animantia viuãt:vt viperæ: scorpiones stellionesq;:ac de amphiuiis etiã & aliis. Caput.V.

RElatum est cum ab aliis multis:tum ab his authoribus:qui animãtiũ historiam descripserunt:qnib9 maxime cibis vesci:& q̃ diu viuere cõsueuerint: nos eam partem breuiter nũc exeq̃mur:qua naturæ ipi9 vires:ac maiestas in capiendis cibis probari possit:Sic igitur obseruatũ: anates i ponto venenis viuere: item capreas :atq; coturnices aues venenis pinguescere:animalia(vt inquit Plini9) placidissima. Mures vero auiditate maxima salem lambũt:eoq;(vt creditum ẽ)reddũt p̃gnãtes:quod ex Aristotele Plini9(vt alia multa)refert. Scorpiones terrã fere exedẽtes viuũt:ascalabotes aũt seu stelliones & aranei minimo suctu:hæc em aimãtia(vt adnotatum a nobis est)vitreis inclusa poculis:nullo qdẽ cibo supra semestre spatiũ vitã protrahũt: et si eorũ oculi extumescũt. Sed & lupi cũ maiori fame vexãt terrã etiã depascũt.Serpẽtes vero(ficubi adest facultas)cupiditate sũma vinũ appetunt.Itaq; minime notandum est:si viperas a Claudio Galleno scribit repertas quãdoq; in amphoris vinariis.Quin & pletaq; animãtia:quæ græci amphiuia vocãt nõ minus venenis:q̃ aliis cibis viuunt:ea.M.Cicero vitæ ancipitis latina voce appellat

Deos eẽ accipiẽdos tã fœminino gñe:q̃ masculino: ac de Luno etiã deo p Luna & quo cultu atq; institutis apud Carras coleretur. Caput. VI.

SCripsetã paulo ãte(vt inter amicos fit) epistolã ad Cosmicũ:i qua positũ hoc fuit:venerẽ qdẽ:ac Ceterẽ iter Romanos deos locauim9:id aũt(vt relatũ mihi ẽ)veluti min9 latinũ & ipite dictũ r̃phẽdit: q̃ i gñe aberrauerit: nõ.n.deos assertũt scribi optere sed deas:q̃ in re mirat9 sũ quorũdã ipitiã:q dũ cæteris se p̃ferũt & q̃si cẽsores publicos i litteris cõstituũt:tã iprudẽter atq; iepte decipiũtur. Nã quis est obsecro tã alien9 a veterũ lectione : aut ita demum iperit9 qui nesciat ipsos deos pro fœminis interdum accipi:etiã si αποσυικωσ pronũciemus:quod & Macrobius Aureli9:aliiq; copiose probãt: vt nihil sit istis hominibus impudentius qui se criticos:atq; Airistarchos in disciplinis nominant. Sane vero qd hoc permulti asserunt:vt Vergilius:Atherianus:Caluus:& Leuinius:vt Aristophanem mittam:qui Venerem aphroditon appellauit quorũ suffragatio & quidẽ honestissima nostræ sẽtentiæ abunde patrocinatur.Nam Varro Terenti9 Palem deũ scripsit:sed & Lunũ deum pro Luna qdã dixerũt:cuius templũ Carris viseretur; vt ab Aelio Spartiano

flatum est.qui Cæs.ingt Antoninum Caracallam templũ dei Luni accessisse: quem mirifica veneratione Carren9 populus coluit: adeo vt mulieres virili veste:viri aũt muliebri sacra illi perficerent:quod & Philochorus:& Spartianus tradunt:quaratione Græci quoq;:& Aegyptii(et si Lunam fœminino genere habẽt) deũ tũ appellãt sed nolo esse i re apta lõgior ne videar magis habuisse rationem alienæ inscitiæ:q̃ nostræ in studiis diligentiæ:cum pmulti quidẽ sint: qui vt maiore audacia q̃ iudicio iudicant:ita inuident potius alienis laboribus:q̃ ipsi aliquid in cõmunẽ vsũ moliantur

Iudicium a poeta Marullo factum de latinis poetis:& quo vitio notati sũt: aut quo ordine habendi. Caput.VII.

EActum est iudiciũ nuper a nostro Marullo de poetis latinis egregie pfecto & prudenter.Nam cum forte incidisset mẽtio de veterũ disciplinis: Ac de poetis maxime latinis.Poetice ingt apud romanos plures habuit versificatores q̃ poetas: si paulo diligenti9 id expẽdat:quod exigendum sit in illis qui iure debãt poetæ appellari.In.P.ingt Ouidio reprahẽdi potest lasciuiẽs:ac nimiũ sibi idulgẽs igeniũ. quod & Fabi9 in omi ãtiquitate Roman9 Aristarchus asseruit.In Statio durũ nimis carmẽ & ãxiũ:propterea q̃ supra modum tumidũ: Siliũ vero italicum inquit forũ redolere:ac vulgarẽ pfluentẽq; venã carminis:q̃ elegantẽ & probã. Flaccũ Valeriũ:& Lucanum concitatos esse:Sed audaciores interdum q̃ grauiores. Itaq; legendi qdem sunt õnes inquit:Sed hi maxime probandi pro suo quisq; genere: Tibullus.Horatius:Catullus:& in comœdia Terentius: Vergilium vero & Lucretiũ edissendos asserebat:quod ipsum:vt posteris etiam probaret: Hisce versiculis expressit.

Amor Tibullo:Mars tibi Maro debet.
Terentio soccus leuis.
Cothurnus olim memini satis multum.
Horatio Satyra:& Chelis.
Natura magnis versibus Lucretii:
Lepore Musæo illitis.
Epigtamma cultum teste Rhallo adhuc nulli.
Docto Catullo syllabæ.
Nos si quis inter cæteros locat vates:
Onerat:q̃ honorat verius.

De Iuliorũ:& Antoninorũ familiis: & q̃ in hominibus improbissimis atq; monstrosis defecerint. Caput.VIII.

NEc illud omittendum ẽ quod a probis authoribus notatur de Iuliorũ:atq; Antoninorũ familiis:quæ vt viros maximos atq; insignes cõpluris habuerunt:ita in eiusmodi hominibus defierũt:qui ob nimia scelera atq; flagitia impurissimi habiti sũt.Nam Iuliorũ qdem vltimus fuit Domitius Nero:quo nullũ vnq̃ animal crudeli9:sæuius:immanius:fuit. Vnde notum illud:Progenies Cæsarũ in Nerone defecit.In Antoninis Augu.Varius Heliogabalus:cuius flagitia:& insanæ libidines prodigium fuisse non hominem asserunt.

Vinum esse remedio cõtra Aconitum:ac defensus a calumnia quorundã Macrobius:qui Cicutam pro aconito audacius q̃ verius in eius saturnalibus reponunt.

Caput.IX.

PAulo iprobius atq; etiã indoctius qdam fecerunt:qui apud authorẽ Macrobium cicutam p aconito reponunt:quo loco de viribus ac potestate vini disputat:asserẽtes ea i re vel ipm Macrobiũ errasse:vel cicuta seu coniõ

pro aconito legendum:quoniam vinum(vt aiunt)contra eius venenum præcipuũ remedium creditur:quod Alexander medicus: Plutarchusq; & alii cõplures testant: ego aũt nõ puto statim concedendũ:vt quod in omnibus sit exemplarib9 descriptũ tam audacter id contra publicam fidem immutetur: in quo etiam doctiores maxio damno incurrunt:q; eorum plerunq; iudicium pbari soleat:proq; ratione haberi.In hoc aũt nõ modo potest a criticorũ calumnia defẽdi Macrobi9:q; aconito scripserit vinum mederi:sed egregie cõmendari:nam quis est tam alienus a lectionib9 veterũ medicorũ:tamq; absurdo ingenio:quin apud Cor.saltem Celsum & Pliniũ legerit: vinum maximas vires habere cõtra aconitũ:vt Galen9 & alii plures omittant: Plini9 certe ad Imp.Vespasianũ de potestate ac virib9 vini sic disserit. Merum qdem remedium est cõtra cicutam:coriãdrũ:aconita: viscum:meconiũ: argentũ viuũ:apes:vespas:crabrones:phalangia:serpentum:scorpionũq; ictus:cõtra oia q̃ refrigerando nocent:itaq; ignoscẽt nobis hæc in re pceptores nostri:si ab illis libere dissentim9:qñ nihil etiã magis debet incũbere agenti rem posteritatis:q̃ pfidium iuueniẽdæ veritatis.

Q̃ iniquo animo Porphirius philosophus Christi religionem sit insectatus ;ac eiusdem falsum atq; improbũ vaticiniũ appositum:in quo Christianos ipos per ccc.lx.annos duraturos scripserit. Caput.X.

SCriptum apud complures authores:q̃ infenso & acri animo Porphiri9 philosoph9 christianam religionem sit insectatus: qbusq; voluminib9 eam lacerauit:atq; vexauit:sed eiusdem vaticiniũ:quod ab eo de illa factum ẽ ponendũ existimaui:vt iudicari facilius possit:q̃ vanum hoc:q̃ audax & ridiculũ fuerit præsertim in eo homine:qui & ingenio: & multiplici disciplinarũ cognitione præstiterit.Cum igitur videret christianũ nomen magis indies pollere: atq; illustrius fieri non couuitis tantum in christianos sæuiẽdũ putauit:sed & Petrũ apostolum magicæ disciplinæ insimulans:edoctũ illum asseruit a Christo:vt in ea (sicut impudentissime vocat)deceptione:quasi princeps;ac signifer foret:tum nõ amplio9 eam duraturam scripsit:q̃ per.ccc.&.lx.annos: quod ipm q̃ iniquo animo atq; perturbato dictũ fuerit:referendũ non est.Augustinus certe & inscitiæ & iniquitatis Porphiriũ accusat:qui tam audaci illecebra: vanissimoq; cõmento credidẽrit multorũ animos decipere:atq; ab ipa veritate depellere:quod & Petrarcha scribit:eo maxime ope:cui de religiosorum ocio titulũ fecit.Is aũt Porphirius tyri9 fuit.pceptoremq; audiuit Plotinum:de cui9 vita & morib9 multa rettulit:eiusq; opera correxit: & in nouenarios digessit.Neq; defuerunt qui Porphirianis iurgiis:atq; insectationib9 in christianos ferulam refertent.Siqdem ab Eusebio:Apollinare:Laodiceo:& Methodio copiose responsum est:ex his Apollinaris .xxx.libros contra Porphiriũ exarauit:Methodi9 autem vsq; ad.x.Milia versuum:quod in epistolicis diligenter disseruimus.

De Val.Homulli ingenio: & eiusdem dictis cõtra.M.Antoninũ imperatorem eiusq; constantiam. Caput.XI.

NOtatum est a veteribus:q̃ elegans & vrbanus fuerit Val.Homull9 qbusq; dictis atq; leporibus sit vs9:vt nec romanis etiã principib9 parceret:cuiusmodi illud q̃ lepidissimũ traditur i. M.Antoninũ Augu.Nam cũ forte imperator eiusdem Homulli domũ viseret:columnasq; ibidem e porphiretico lapide insignis:atq; egregias mirarẽt: rogauit Homullum vnde eas habuisset: tum ille Imp. inquit:cum in alienam domũ veneris:& mutus & surdus esto.Idem quoq; pari licentia cum Lucillam Antonini matrem(qui Pio imperatori successit)venerãtẽ Apollinis simulacrum vidisset:in autem Augusti insusurrans:& illa inqt nunc rogat pro

tno obitu vt fili9 imperet.Quæ tamen ipm imperatorem nihil omnino mouerũt:sicuti a Iulio Capitolino memoratur.Tanta erat Marci probitas:& insignis modestia vt nõ modo vrbane dicta: sed importunã pterea dicacitatẽ æqssimo animo tulerit.

De disciplina Arabũ in astronomicis:& q; ipsa hominũ ætas certis temporibus ad planetas referatur. Caput.XII.

PEreleganter multa ac erudite scripta sũt in Arabum cõmentariis: tum ea maxime quæ ad cœli siderumq; potestatem:ac disciplinas pertinẽt. Neq; videtur apud alios qdem populos fuisse studiũ acri9: aut maior solertia in astronomicis speculandis:& si magna ex parte græcorũ quoq; ingenia imitari sũt.Illud aũt mirificũ existimo:ac memoria dignũ:i quo Mathematici ipi:& Chaldæi vniuersã hoim ætatẽ ad planetas referũt: vt quæcũq; in vita agũt:ea qdẽ statis:certisq; tẽporib9 planetæ ipi ppemodũ efficiãt:Luna iqũt ab ipo natali vsq; ad .v. ætatis annũ moderat:atq; disponit:sequẽs Mercuri9 per decẽniũ:Ven9 per annos.viii.Sol.vn deuiginti Mars.xv. Iuppiter.xii. Saturnus reliquum vitæ tempus. Ita enim digesta atq; diuisa vitæ mortaliũ tempora tradũtur. Vt nuper cũ Iano Theolopho astronomiæ peritissimo disseruim9.Neq; illud ignoramus:aliam fieri diuisionem ab aliis authoribus de hominũ ætate:Nostri em Lunæ infantiam:pueritiam Stilboni seu Mercurio:adolescentiam Veneri.Iuuentam Soli: virilitatem Marti:senectutem Ioui:senium Saturno ascripserunt: adeo vt singulis sua quẽq; officia & affectus tribuant.

Expositũ diligẽter quid hostoriũ sit:quid Rutrũ;& rutellũ ex Lucilii carmie: ac de imaginibus etiã cũ Rutro. Caput.XIII.

SCripsit ætate nostra Iouian9 Pontanus inter alia suæ diligẽtiæ monumenta de aspiratione libros:in qbus studiose complura & accurate obseruauit: secut9 veterũ grãmaticorũ exemplum:qui & in minimis etiã perscrutãdis maxima solertia incubuerũt:vt Fabi9:Varro:Martianus:Nigidius:& Messella:qui de littera.s.librum composuit:Quo autem loco a Pontano tradit hostilios lares: hostias & hostire cum aspiratione scribenda esse:Hostoriũ quoq; inqt ab hostiẽdo id est æquando dictum est:nam sic vocamus inquit lignum æquatoriũ ac teretem bacillũ quo in dimetiendo tritico modii æquãtur:quibus apparet hostorium p Rutro illo ac bacillo accipiendũ:quo in mensuris frumenti cumuli exequantur. Tametsi haud satis memini an apud veterũ quenq̃ de hostorio legerim.Lucili9 aũt poeta Rutellũ vocat in satyris eiuscemodi instrumentum:vt ex eius carmine colligitur.

Frumentarius est:modium hic secum atq; Rutellum
Vna affert.

Quod & Nonius ponit: Rutrũ vero ab eruendo dictum est nõ a radendo vt qdã volunt.In capitolio præterea effigies fuit Ephebi Rutrũ tenẽtis:arenãq; eruẽtis causa exercitationis p more græcorũ:quod signũ ex Bithinia Romã deportauit Põpeius Bithinicus: sicuti ex Festi collectaneis ab Hermolao etiã notatũ ẽ Nã & Var.Terẽti9 iter rustica istrumẽta rutrũ enumerat:in libris de origie verborũ ad.M.Ciceronẽ: vt aratrũ sarculũ: rastrũ:& alia generis eiusdẽ. Neq; omittendum est:quod ab Eusebio referẽt:Remũ fuisse a Fabio Romuli duce occisũ rutro pastorali.sed & rutabulũ hic dictũ:quo ad excoquẽdos panes rustici fere vterẽtur in proruẽdo igne:ppterea q; poetæ veteres allegoricos hoc verbũ pro virili membro acceperunt. Vt po. Neuius qui retritũ rutabulũ lepidissimo versu vocauit:Senile tractet retritum rutabulum.

Vnũ eẽ hoiem iter oia animãtia:qui calidis in potu vtat:& ad Venerẽ p libidie quocũq; ãni tẽpore accedat. Caput.XIIII.

Relatum est ab his: qui scribũt historiam de animalibꝰ: vnum eẽ hominem
in omni animantium genere: qui calidis in potu vtatur. Nam cætera qdẽ
animantia in totum abstinent: sicuti etiã de Venere illud seruatum a phi
losophis: homines ipsos quocũq; animi tẽpore pro libidine ad venerem accedere: &
in coitu esse: cum alia fere animantia custodiant suum tempꝰ: & proprios coitus cer
tis tẽporibus habeant: quos vocant statos: sed hæc an vera sint. haud eqdem prorsus
asseruerim in tanta naturæ varietate: tametsi optimis authoribus conprobantur.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA
DISCIPLINA LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

Quantum Aristoteles Platoni magistro cõcesserit: ac versus in ara ab eo positi:
& ꝙ Magi etiã Platoni ĩmolarunt propter absolutũ noues nouenariũ numerũ.
Caput. I.

Receptum vulgo est Platonem Academiæ principem fuisse a dis-
cipulo Aristotele in tradendis disciplinis neglectum: aut saltẽ mi
nus cõmendatum: cum & ab eo libere dissẽtiat: ac ignorantiæ ali
cubi (vt quidam opinantur) arguat. Quod ego aliter accipiẽdũ
existimo: sicuti Macrobius: & alii veteres exponunt. Neq; eni vi
ginti annos dũtaxat in Academia Platonem audiuit: sed eidẽ tã
tum tribuit: atq; cõcessit: vt eius quoq; nomini aram in templo cõstruxerit: statuãq;
cõsecrarit: in qua descriptũ esset: hunc esse illum. quem probi omnes merito debeant
& imitari & cõmendare. Quod & nos in parthenicis nostris attigimus his versibus.

Hæc illa st ara floribus redemita suaueolentibus:
Quam gratus benemerenti statuit discipulus seni:
Tituloq; hoc testatus animum suum atq; officium:
Platonem probandum probe a probis: ab aliis nefas.
Sic ille princeps & author egregius sapientiæ:
Tam diuturnæ disciplinæ & sacri muneris tulit
Dignum pro meritis tantis ab alumno suo præmium.

Idem præterea Aristoteles Platonis nomen sanctũ: atq; diuinũ vocitabat egregiãq;
orationem de Platonis laude composuit: vt ab Olympiodoro proditum ẽ: Mitto au
tem nunc illud: quod Anneus Seneca de Magis persarum tradit: ꝙ hi qdem Platoni
defuncto immolarũt: quoniã suo natali decessisset: annũq; vnum supra octogesimũ
absoluisset: sine vlla prorsꝰ additione vel deductione Asserũt. n. inter alia suæ disci-
plinæ dogmata eum esse omniũ perfectissimũ numerum: quem noues nouenũ mul
tiplicãt: qua ætate Platõis philosophi fuisse ĩteritũ cõstat. Hic Labeo romanꝰ theolo
gus eundem Platonem inter semideos: vt Herculem: ac Romulũ referẽdũ putauit

De cultu quorundam animantium a variis populis: & de Syria dea: eiusq; effi-
gie relatum. Caput. II.

In commentariis eorũ (qui de animãtibꝰ scripserũt) notatum est pleraq;
animãtia propter mirificũ sui geniũ atq; officia in vita mortaliũ a propriis
vrbibus & populis coli: & veluti certa numina consecrari vt colũbas a Sy-
riis: ciconias a Thessalis: apud quos capitale habitũ est ciconiam occidisse: anseres a
Romanis: quibꝰ ob capitolium seruatũ publice a censoribus alimenta præbebantur
Quin & Syrii idem magna religione diu seruarũt: vt abstinerent a piscibꝰ: quod cũ
alii plures scripserunt: tum Porphyriꝰ philosophus ad imperatorem Cõstantinum
in libris de abstinendo ab animantibꝰ. Qua in re Menandri poetæ versiculos affert:

qui huic sẽtẽtiæ suffragãt: Abstinẽt aũt ea potissimũ ratione: ꝙ Facelitis Veneris fi
lia ĩ piscis formã cõmutata est: quã Syrii pro dea coluerũt. Hinc argẽteos pisces (vt a
Basso relatũ ẽ) in tẽplis cõsecrare cõsueuerũt Nõ me ꝑterit. hoc loco: quæ tradãt de
Syria Derceto seu Aratgate: cuius tẽplũ insigne fuit iuxta Ascalonẽ. In quo imago
eiꝰ muliebri facie: reliquũ corpꝰ figura piscis haberet: Porphiriꝰ aũt sic in libro de sa
crificiis. Rhadamãtꝰ iqt ac deinceps Socrates ꝑ aĩalia iuuare soliti sũt. Græci quoq; ĩ
magi Iouis arietina cornua adiecerũt: & Dionysio tauri. Sed & Panis effigiẽ ex capel
la & hõie cõposuerũt: Iouẽ quoq; ipsum in aquilã: taurũ: & cygnũ aliquãdo se trans
mutasse. De Aegyptiis omittẽdũ est: quorum prodigiosa superstitio multiplices va
riasq; animantiũ formas pro diis maximo cultu habuit: vt feles: Crocodilos: Ischneu
mones: Ibes: vultures: & alia eiusmodi: de quibus cum alii plures: tum Diodorꝰ: He
rodotus: Strabo: & Appion in Aegyptiacis commentariis explicarũt

Mercurii Aegyptii verba relata de natura ac de maiestate dei: deq; spũ & mũ-
di materia: ac de homine: Caput. III.

Qvantum præstiterit Aegyptiꝰ Mercuriꝰ in peruestigãdis: atq; intelligẽ-
dis rebꝰ diuinis græci authores & latini copiose asserũt: qui hunc ipm ve
lut disciplinarum omnium principem: ac cõditorem existimant. Adeo vt
ab hoc vno credatur sciẽtia illa rerum diuinarum: atq; humanarũ diligẽter fuisse me
ditata: optime percepta: egregieq; explicata. Quod ipm locis mltis probauit. Tum
in ea disputatione: in qua de ipo deo: deq; spiritu & mundi materia elegãter & docte
disseruit. Sed hanc rem libitũ est illius verbis adnotare. Fuit deꝰ & hyle inqt: quã &
mundum dicimus: mundo aũt spiritus aderat. Sed non tamen vt ipsi deo: neq; deus
sunt hæc: de qbus mundus est: iccirco neq; erant cum nõdum nata erant. Sed ĩeo iã
tunc erant: vnde nascendi potestatem habuerunt: Nõ. n. ea sola nõ nata dici debent:
quæ nec dum nata sunt: sed ea quæ carent fœcunditate generandi: ita vt et his nihil
nasci potest: quæcũq; igitur sunt: quibus inest generandi natura: generabilia sunt de
quibus nasci potest: tametsi ex se nata sint: neq; eñ dubitatur ex his: q̃ ex se nata sũt
facile nasci posse: de qbus cuncta nascũtur. Deus ergo sempiternus: quocirca: nec na
sci potest: nec potuit: hic est: hic semper fuit: hic semper erit: hæc itaq; est: q̃ ex se: tota
est natura dei. Hyle aũt vel mundi natura: & spiritus q̃uis nata videantur: a princi-
pio tamen ex se nascẽdi ꝓcreandiq; vim possident: atq; naturã fœcũditatis: etenĩ Ini
tium in qualitate naturæ est: quæ cõceptus & partus in se possidet vim atq; materiã
Hæc sine alieno conceptu est sola generabilis. Quæ aũt vim solam cõcipiendi habe
ant: ex alterius connexione naturæ ita discernenda sunt: vt hic locus mundi: cũ his
quæ in se sũt: videãt esse nõ natus: qui vtiq; in se vim totiꝰ naturæ habet: locũ dico:
in quo sunt omnia: Neq;. n. hæc oĩa esse potuissent: si locus deesset: qui omnia substi
nere: & capere potuisset. Omnibus nanq; rebꝰ. quæ fuerunt ꝓcauendũ est loco: nec
qualitates: nec quãtitates: nec possessiões: nec affectus dignosci potuisset earũ rerũ
q̃ nusq̃ sunt. Sic ergo & mundus q̃uis natus non sit: in se tamẽ omniũ naturã habet:
vt pote qui omnibus his ad concipiendũ sinus ꝑstat fœcundissimos. Quocirca totũ
hoc est qualitatis. materieq; creabilis: q̃uis creata non est: sicut eñ in ipsa natura ma
teriæ qualitas fœcũda est: sic & malignitatis eadẽ est æq; fœcũda: neq; ego o Asclepi
& Hãmõ illud assero: quod a multis dici solet: nõ poterat deus incidere atq; auerte-
re a rerũ natura malitiã: qbus respondendũ nihil omnino est: quæ tamẽ causa fuerit:
hoc prosequar: & ĩ eo rationem reddam: quod acceperam: dicunt ipi omnifariam de
um liberasse mundum a malitia: nam ita in mundo est: quasi membrum ipsius videa

tur esse:His.n.rebus:quibus cæteris antestamus animalibus:soli possumus malitiæ fraudes ac dolos vitare:ca enim qui anteq̃ fit illis implicat⁹:ex aspectu vitaritis: homo est diuina intelligentia prudentiaq̃ munitus. Fundamẽtum vero disciplinæ est quod in summa bonitate consistit: Spiritu autem ministrãtur omnia:atq̃ vegeranť in mundo:& quasi organũ vel machina summi dei voluntati subiectus est,Itaq̃ hactenus intelligatur a nobis mẽte sola intelligibilis:summus qui dicitur deus.Rector gubernatorq̃ sensibilis dei eius:qui in se cõplectitur omnem locum: omnem rerum substantiam.Totamq̃ gignentium creãtiumq̃ materiam: & omne quicquid est: q̃ tuncunq̃ est:spiritu vero agitatur:seu gubernatur omnis in mundo species. Vna quæq̃ secundum naturam suam a deo distributam sibi.Hyle autem seu mund⁹ omnium est receptaculum:omniumq̃ agitatio:atq̃ frequentatio: quorum deus gubernator dispensans omnibus reb⁹ humanis:quantum vnicuiq̃ necessarium est. Spus vero implet omnia:cuiuscunq̃ naturæ qualitas est. Mundi.n. rotunditas caua est i spheræ modum:ipsa sibi qualitatis insitæ vel formæ suæ causa inuisibilis tota. Vt ex his cõstat:quæ ex orbe variis locis prominent. Quod ab ipsis etiam pythagoricis assertum est.Probat.n.Mercurius ab ipso mũdo corpora nutriri:a spiritu animas:a sensibus mentes:neq̃ tamen omnes:sed eorum duntaxat:qui tantum beneficium capere possunt.quod ipsũ Thimæus locrensis:& alii quidam Academici opinãtur. Qui de diis atq̃ animis magna ex parte cum Mercurio sentiunt. Plato autem:& Pythagoras pleraq̃(vt est author Iamblic⁹)e colũnis Mercurii acceperũt.Quæ doctrinis variis atq̃ fcõditis fuerũt ffertę:sed hæc mlto copiosi⁹ ꝓsequmur i nfis theorematis.

Poetæ Lucretii obitũ eodẽ die cõtigisse:quo Pub. Vergili⁹ virilẽ togã induit:Licinio & Põpeio Cõs.ac de Natali poetæ Vergilii. Caput.IIII:

QVi studium ac diligentiam collocarunt in obseruanda:atq̃ describẽda vita & moribus veterum:de poeta Lucretio:& Pub. Vergilio id referunt:dignum sane adnotatione:q̃ eadem die Vergili⁹ virilem togam induit:quo Lucretii obitus cõtigit. Qua in re naturæ benignitas:atq̃ ꝓpensio visa est romanæ eruditionis patrocinium suscepisse:ne deesset in re latina: qui græcorũ ingeniis atq̃ disciplinis nõ minores haberẽtur. Natus aũt traditur Vergilius octobris idib⁹: Cn. Pompeio &.M.Licinio Crasso primũ Cos. Togam vero sumpsisse in adolescẽtia hisdem cõs.quibus natalem habuerat.et si quidam existimant eodem anno Lucretium perisse:quo Vergilius natalem habuerit.Idus vero illas p̃cipue seruauit:ac maxima religione coluit Silius Italicus. Valerius quoq̃ Martialis in hunc modum.

Maiæ Mercurium creastis Idus:
Augustis redit idibus Diana:
Octobres Maro consecrauit Idus
Qui magni celebras Maronis Idus.

Sed hanc rem & in poetis nostris rettulimus:qui paulo post in cõmunem vsum atq̃ publicam vtilitatem edentur:ne instituto operi videamur deesse: iuuãdi atq̃ instruendi bonorum ingenia.

Qz seuere factũ sit a Rõanis contra insolẽtiã:& de cõuitiis atq̃ cõtumeliis:quæ publice i triũphãtes a seruulis diceret. Caput.V.

VIgatum est quanta diligentia ac studio.S.p.q.r. contra hominum insolẽtiam atq̃ fastum ierit.Quibusq̃ legibus ac decretis isolentis animi improbitatẽ repsserit. Sed inter alia complura illud obseruãdum existimo de his qui iure victoria:cæsisq̃ hostibus triumphare soliti sunt. Nã triuphantib⁹ quidem

pro instituto maiorum conuiuium dapsile;atq̃ magnificentissimũ parabatur:idq̃ i Capitolio celebrari mos fuit.Ac ne forte animus eorum nimiũ efferretur;aut immodestius in maiore fortuna insolesceret:prope assidebat seruulus:qui subide in conuiuio diceret:magis seruo tuo pareo q̃ tibi:quo velut ꝓbro admonit⁹ se ipm: atq̃ hominum conditionem æquo animo extimaret.Mitto nunc quæ planipedes: cæterisq̃ Mimorũ scriptores libere atq̃ mordaciter i eum dictitabant. Notum & illud de triũphantibus:q̃ annulo etiã ferreo vti consueuerunt:quod & C. Plinius testatur.q.C. Matium scribit cum ferreo annulo triumphasse de rege Iugurtha.

De animantibus:arboribus:ac lapidibus:quæ naturali consensu cũ Solis & Lunæ viribus consentiant. Caput.VI.

ISputatum sæpius est:ac diligenter probatum a philosophis:inesse reb⁹ superiorib⁹ vim insitam atq̃ ingenitam:quæ magna ex parte cũ inferiorib⁹ conueniat:quo circa sympathiam quãdam & quasi concẽtum iter hæc elementa statuerũt:vnde animantiũ motus atq̃ taciti consensus congruere cũ diuinis corporibus videanť.Qua in re Academici imprimis complura attulerunt:arboresq̃ & lapides etiam sentire has vires:eorumq̃ affectib⁹ moueri:atq̃ affici asserunt:quo nomine ascribuntur hæc inferiora suis numinib⁹:inter animantia:quæ dicata Apollini traduntur: Aries:Crocodilus:Cantharᵍ Astur:Leo:& Gallᵍ a Cheremone stoico & Porphirio referũtur:Insitũ gallis est(vt inquit Proclus)numen Apollinis adnocare:& velut propriis canticis exurgenti applaudere: Pythagoras autem cauendum monuit:nequis gallum mactaret:quoniam Soli & Lunæ dicatus foret:inter arbores:de lauro:palma & lotho scribitur:q̃ ad Solis potestatem maxime accedã: Lothos.n.ante emersum Solis folia sua implicat & cõtrahit: Eo autem existente sẽsim teuoluit atq̃ explicat:Heliotropium præterea & Selinotropium herbas enumerãt: quæ Solis vires ac Lunæ cõsensu mirifico subsequãtur: vnde inditum illis est nomẽ De lapidibus multa ab Aegyptiis & Magis traduntur:vt de Helinite:Selinite: Astẽrite: Vranoptalmo:& aliis pluribus:quæ vel syderum imaginem præferunt: vel põtestatem eorum atq̃ affect⁹ sensiũt:quod ipsum & Proclus in commentario de mãgica existimauit:qui & dæmones ingẽt solares aliquãdo fuisse cũ leonis facie:qbus cũ Galli obicerent:confestim euanuisse. De quo i epistolicis nostris copiose disseruim⁹

Versiculi aliquot in Vergiliano poemate emendati:ac de dactylicis & spondaicis numeris non nihil. Caput.VII.

PAulo ãte rogatus sum per epistolam ab amicis:vt aliquid pro Vergiliana emendatione in cõmunem vsum conferrem:quod a.nobis factum satis accurate:pro studio ac diligẽtia nostra in bonis disciplinis: iter alia vero quæ notauimus:monui deprauatum esse carmen Illud in Georgicis:quo curationes atq̃ remedia pecudum morbis describit.

Et spumas miscent argenti:ac sulphura viua.
Ideasq̃ pices:& pingues vnguine cæras.

Sed legendum est viuaq̃ sulphura:ita enim vetustiora exemplaria retinent:& honoratus Seruius ac Macrobius agnoscunt.illud etiam in sexto æneidos libro ita scribere oportet.Quin protinus omnia

Perlegerent oculis:ni iam præmissus Achates
Afforet:Quæ nostri grammatici fere omiserũt:vt pridem scripsim⁹ ad Aldum Romanum:qui de omni antiquitate bonisq̃ litteris optime meritus est.In his dactylicos vetⁱ⁹ accipere debem⁹:quoniã i vltima sede dactylum:habent vt spondaicos il

los:qui spondeũ in quinta:etsi vocantur præterea spondaici versus: qui omnibꝰ spõdeis constant:vt illud poetæ Ennii.

Ciues Romani tunc facti sunt campani.

De quo & grammatici multa:& Censorinus ĩ natalitio ad Cerelliũ scribit:In his aũt (quos posuimus) versibus secutus ẽ Homerum' Vergilius pariq; licentia:& acephalos:& longiusculos:delitiisq; profluentes imitatus est. Quod Eustathius in Macrobianis cœnis copiose disseruit.

Qua ratione ĩtelligatur ver sacrum fieri:ac verba Plinii exposita de populis Sabinis ex historia Sisennæ. Caput.VIII.

Picẽtes populi (vt a Plinio scribitur) originem a Sabinis acceperũt voto vere sacro:qua in re secutus videtur Sisennæ historiam:qui de sabinis agens eos refert vouisse ver sacrum se facturos:si melioribꝰ locis cõstitisset. Quã rem Nonius Marcellus apud ipm Sisennam obseruauit:vt ĩ libro habetur de his:q̃ a doctis quæruntur. Quo loco ver sacrum pro religioso ĩquit a Sisenna acceptũ est cũ alii pro vitabili atq; execrando ĩtellexerint. Relatũ de Lacedæmoniis est: ꝙ hi qdem ver sacrum distinauerunt:quo tempore vrbem Heracleam cõdiderunt. Sex. aũt Põpeiꝰ ob eam rationem dictũ existimauit: ꝙ in magnis periculis vouendi mos fuit:se cuncta animalia ĩmolaturos:quæ vere proximo nascerẽtur:quæ res ĩnqt cum paulo crudelior:atq; atrocior videretur:pueros puellasq; innocẽtes ĩterimere:in adultam ætatem pductos velabant:atq; extra fines exigebãt. Hinc appellati sũt sacrani ex oppido Reate orti: ꝙ in sacro vere nati haberent. De his sacris & in cõmẽtariis græcorũ mentio habet:qui maiore diligẽtia:atq; studio Romanos ritus ac institutiões pqrũt

Plauti verba exposita in plogo Pœnuli quo loco Aristarchi Achillem nomĩat contra imperitorum sententiam. Caput.IX.

IN comœdia. M. Plauti (q̃ Pœnulus ĩscribitur) sic a prologi persona refert

Achillem Aristarchi mihi commentari iubet.

Inde mihi principium capiam ex ea tragœdia.

In quibus exponendis nostri grãmatici coniecturis tantum nitũtur. Neq; afferũt aliquid de Achille Aristarchi dignũ Plauti eruditione:quo sentẽtiam satis explicare videantur:Ego vero pro Enniana fabula intelligendum existimo:cuius hæc ipa ĩscriptio foret:quoniam. Q. Ennius tragœdias aliquot cõposuit:quales a priscis citantur Stratocles:Medea:Alcynous:& Achilles Aristarchi:quod abunde probat:cũ ex antiquis authoribus:tum ex collectaneis Sexti Pompeii:in quibus ad hũc modũ legit̃ prolato ære astitit poeta Ennius cum dixerit in Achille Aristarchi:significat clypeo ante se protẽto. Quod ipm in vulgatioribꝰ istis exemplaribus neutiq̃ cõperies. Voluit aũt Plautus argumentũ fabulæ ex Ennii tragœdia trãsferre in Pœnuli prologũ Qua in re cõplures variæ disserũt:sed nullis (quod sciã) pbis ac receptis authoribꝰ.

Perlepida historia de Phryne meretrice:& Praxitele:& quo cõmẽto vsa sit ĩ explorãdis Praxitelis operibus:quæ absolutoria forent. Caput.X.

SAtis lepida & peturbana historia refertur de Phryne meretricula:quo commento atq; arte vsa sit in explorãdis:cognoscendisq; Praxitelis operibꝰ: q̃ ab authore ipo haberentur ĩ summo precio. Nam cum Praxiteles illiꝰ formam incredibili amore deperiret:eiq; polliceretur se concessurum:quod illi opꝰ pulcherrimum videret:sed ea conditione:vt nihil dicẽte illo:: quodcunq; vellet pro suo iudicio eligeret. Phryne puerum ĩstruit:qui opportune accurrens nũciat: officinam ipam Praxitelis magno ĩcendio correptam:ac iam pleraq; opera flammis assumpta.

Ad hæc Praxiteles ex templo ad officinam se proripiens:& simul actum est ĩquit de meis omnibus laboribus:si Satyrus:& Cupido cõcremati sunt. Tum Phryne mane ĩquit:& bono animo sis. Nihil tibi ignis obfuit. Quo dolo victus Praxiteles:quæ forent operum absolutissima professus est. Phryne aũt cupidinem delegit:de qno cũ a poetis græcis pluria afferũtur:tum a Pausania in atticis. Neq; illud omiserim factã fuisse a Praxytele imaginem meretricis lætantis. quã putarunt nõnulli Phrynen eẽ ꝙ in ea depræhenderent amorem artificis:& mercedem in vultu meretricis:quæ res cum ab aliis:tum a Plinio refertur.

De doctrina Ioannis Scoti. Et q̃ sæuissima cæde ab ingratissimis discipulis ĩteremptus fuerit. Caput.XI.

NOtum est fere omnibus:q̃ egregia eruditiõe: clarissimoq; ingenio præstiterit Ioannes Scotus ĩ rebus diuinis: vt qui omnem christianæ theologiæ disciplinam maximo studio coluerit: qua ĩ re illud mihi visum est adnotatione dignũ:quod in Gallorum annalibꝰ legitur de sæuitia discipulorum ĩ eum ipsum atq; incredibili immanitate. Is enim Scotꝰ cũ forte in Britãnia christianæ religioni se dicasset:atq; discipulos aliquot (vt fit) erudiret:factum est vt illi contra præceptorem conspirarent:graphiisq; assumptis illum sæuissime ĩterimerent. Quo scelere nihil atrocius aut flagitiosius dici potest. Idem Ioannes græcas litteras calluit:quæ illis temporibus magna ex parte amissæ fuerant:hinc Francorũ rex Carolus (qui Caluus est appellatus) cum christianæ theologiæ studio teneretur:Ioanni Scoto mandauit:vt Dionysii Areopagitæ libros (qui de sacra hierachia scribuntur) latinitate donaret:quod ipsum pro officio suo erga regem accurate absoluit:etsi maiorem diligentiam q̃ elegantiam tali opere indicauit:

Verba ex epistola Octauii Augu. relata de luxu & mollicie Mecœnatis:& q̃ impudẽter atq; ĩscitissime ab ĩperitis deprauata sint. Caput.XII.

CElebrantur epistolę aliquot diui Augu. ad. C. Mecœnatem: ĩ qbus vir. mollicie m:atq; fluentes delitias pereleganter & venuste irrisit: sicuti ĩ his etiã verbis appet:quæ Auienꝰ ĩ cœnis Macrobianis rettulit. Vale Mecœnas mel gẽtiũ:Ebur hetruriæ:Lasar Arretinũ:Adamas supernas: Tyberinũ margaritũ: Cilneorum smaragde:Iaspi figulorũ:Berille & Carbunculũ Porsenæ. Ita eñ legere oportet:quod & veteres codices docent:qbꝰ verbis ab Augusto insinuatur Mecœnatem ipm permistis italiæ populis gratũ fuisse. q̃q̃ hoc loco magis id affertur:vt effœminatũ atq; mollissimũ hominem argueret:id ipm eo libentius putaui obseruandum: ꝙ in qbusdam commentariis Annii Viterbiẽsis (qui pleraq; omnia impudentissime confixit) deprauari hæc video. & æsar pro eo quod est lasar:& figulos p poetis exponi: tam omnino inscite:q̃ improbe atq; insolẽtissime:cũ nihil dici absurdius atq; ineptius possit. Augustus eñ Mecœnati illudens affectatas illius cacozelias lepidissime incessebat:vt qui cõsueuisset eius myrobrechos (vt inquit Suetonius) ac cincinnos in scribendo persequi:& imitãdo per iocũ irridere: quocirca purbane ipsũ vocat:mel gẽtiũ: hetruriæ ebur:& Arretii lasar. Anneꝰ quoq; Seneca discinctũ Mecœnatẽ:eiꝰ ꝙ mollissimas delitias:& portentosã orõem appellauit:qd alibi diximus

De ĩpia & vanissima supstitiõe Tẽplariorũ & quomõ a Clemẽte Põtifice Maximo abolita fuerit nõ ĩiocũda cognitio. Caput.XIII.

DE templariis hæreticis:eorumq; disciplina & insigni flagitio cõplura referũtur in quorundam annalibꝰ:nos pauca quædam de his pro tempore adnotabimꝰ. Fuerunt igitur anno post Augusti imperium circiter millesimo &

trigesimo in Solymis ciuitate: qui sub prætextu relligiõis Templarios se nominarūt: breuiqꝫ tempore tantum nominis atqꝫ fidei obtinuerunt: vt præter īgentes diuitias (quas cumularunt) templa etiam variis regionib⁹ atqꝫ vrbibus adepti sint: eaqꝫ ratione templarios quidam putant fuisse appellatos: qꝫ in templis frequentes: atqꝫ assidui versarentur. Hi autē pro insita hominum libidine: tanta animi insolentia ac peruersitate elati sunt: vt Christi sacris impudentissime abdicatis: in flagitia quædam: atqꝫ fœdissimam falsitatem diuerterint. Traditur eos eīm simulacrum quoddā summo artificio composuisse: cui hominis cutem superinduxerant: eidemqꝫ binos præfulgentes carbunculos sub ipsa fronte collocasse: qui vice oculorū promicarent: qꝫ sigs tali factioni nomen dabat: primo ad hanc statuam perductus erat: ordinemqꝫ & vitā templariorum perdiscebat: qua in re illud īprimis cautum fuit: vt abnegata Christianæ veritatis relligione: ac reiecto sanctissimæ crucis vexillo: sacra rite peragerēt: morientium præterea cadauer in cineres adactum cæteris in potum conferebāt: qua potione firmiores atqꝫ constātiores se futuros putabant. Eos vero qui ex templarii virginisqꝫ cõiugio fuissēt nati: subiecto igne torrebāt: simlꝗꝫ ex humore deliquato suū simulacrū pungebāt: quo maiorē decorē: atqꝫ relligionē ꝓbarēt. De his sacerdotibus & illud notatū est: qꝫ amore masculorū fœdissimo tenerent̄: quocirca credit̄ fuisse tā nefarium scelus detectum: atqꝫ in Viennensi concilio dānatum: asserente hoc Põtifice maximo Clemente: qui Benedicto successit: nā eo tempore quicunqꝫ ex tēplariis depræhensi sunt: propter impiā atqꝫ scelestam disciplinam concremati fuerunt: quæ trecentis propemodum annis perdurauit: non sine maxima bonorum calamitate.

Tertulliani verba exposita de Curio aleatore. & q̄ nobilis tradat̄ fuisse ī talari ludo: ex Marco Cicerone. Pediano & aliis. Caput. XIIII.

IN libro Tertulliani (quem de Pallio scripsit) mētio habetur de Curio aleatore his verbis. Taceo Nerones: & Apicios & Ruffos: dabo authorē Tacitum īpuritatis Scauri: & aleæ Curii: & vinolentiæ Antonii: & memēto itē tim istos ex multis togatos fuisse. Quo loco video dubitari a plerisqꝫ de ipsius Curii alea: Sed ne quis in hoc perquirendo nimium fatigetur. Sciendum est Curium hunc fuisse virū quæstorium: ac satis nobilem temporibus. M. Tullii: cui⁹ aleā & eruditionem in talis poeta etiam Caluus celebrauit. Cicero ī oratione (quā habuit cõtra. C. Antoniū &. L. Catilinā competitores) Licinium gladiatorem &. Q. Curiū accusat: vt hoies flagitiosos: quocirca Pedianus Asconi⁹ eundem Curium notissimum aleatorem vocauit: qui postea (inquit) damnat⁹ est. Caluus autem poeta elegantissim⁹ tali versiculo aleatorem Curium demõstrat.

Et talis Curius pereruditus.

Vt ab eodem Asconio traditur.

Quid significēt hæ voces: hoc ē tricones apd̄ Iuliū Capitolinū: & lymphiones ī epistola Phlegõtis liberti: ac de lympholētis nõ nihil. Caput. XV.

IN historia Iulii Capitolini verba hæc leguntur de Vero Impe. fertur & nocte perpeti alea lusisse: cum in Syria contraxisset id vitium: atqꝫ ī tantū vitiorum Caianorum: & Neronianorum: ac Vitellianorū fuisse æmulū: vt vagaretur nocte per tabernas: ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio: & cõmisceretur cum triconibus: cõmitteret rixas: dissimulans quis esset: sæpeqꝫ afflictum liuida facie redisse: & in tabernis agnitum cum se absconderet. Qꝫ autē dixerit Verum Impe. triconib⁹ se cõmiscuisse: ac temere inseruisse: videtur eos homines tricones intelligere: qui gerrones a veteribus: seu rixatores dicuntur: quales hi

sunt: qui contentiones ac rixas auidi⁹ cõsectant̄. Id ex Satyris poetæ Lucilii assūptū ē: q primus (vt puto) ab ītricādo hāc vocē deflexit: Carmē Lucilii id ē ad Panetiū

Cotta Senex Crassi pater huius Paneti

Magnus fuit triconum: idem manus soluere nulli

Lētius. Quo loco Tricones Nonius accipit pro morosis hominibus: & ad quāqꝫ rixā paratis. Limphiones autē pro ventosis & furibundis quidam exponunt: qua voce Phlegon Hadriani Imperatoris libertus est vs⁹: in epistola ad Seruianum ter Cos. in qua omnis Aegyptios refert cuiusqꝫ artis Lymphiones videri: hoc est (vt ego existimo) discursantes atqꝫ satagios: cum podagrosi (vt inquit) chiragrici homines habeant: ī quo se maxīe occupatos ostēdāt. Quod apd̄ authorē Vopiscū cõperies in vita Augu. Satnini. Quidā lympholētos ꝓ eodē accipiūt: seu (qd̄ idē ē) nympholētos q̄si furētes & debacchātes: quos græci frequēter nympholeptos appellant: vt a Sexto Põpeio exponit̄: qui paulo tamen ieiunius ethimon huius vocabuli explicauit.

Quis apud veteres Aegyptios maximus omniū deus haberet̄: q̄liqꝫ imagīe sit ex oraculo Serapidis celebratus. Caput. XVI.

QVis apd̄ veteres Aegyptios deus deorum fuerit habitus: qualiqꝫ effigie id ipsum ex celebri oraculo seruari potest: quod a Serapide Aegyptiorū deo prolatum traditur: cum Nicochreontes Cypriorū tyrannus: paulo curiosius hoc indagaret. Sic eīm Serapis cõmonuit: eum supra cætera omnia pro maximo numine habendum atqꝫ venerandū: cuius caput cœlum foret: venter maria: pedes terra: aures in ipso æthere locarentur: oculi præfulgentes: clarissimum Solis lumen. Sed est apponendum oraculum suis versibus: quo melius cõsiderari atqꝫ clarius possit innotescere

ειμιθ οσ τοιοσ δεμασιν: οιον και αγω ειπω.
ουρανιοσ κοσμοσ κεφαλη. γαστηρ δε θαλασσα.
γαια δε μοι ποδεσ εισι τα δ ουατ τ εν αιθερι κειται.
ομματα τηλαυγεσ λαμπρον φαοσ ηελιοιο.

Quod a Vectio prætextato relatum est in cœnis Macrobianis: cum de Iside & Serapide disserit. Romani autem paulo tardi⁹ in vrbē acceperunt Serapidis numen: etsi magno cultu atqꝫ veneratiõe quidam pricipes eum prosequuti sunt templum ipsi⁹ in regione vrbis nona (quæ circus flaminius dicitur) locatum fuit: quo loco & Iseū & Mineruam Chalcidicam fuisse constat: vt a Publio Victore traditur.

PETRI CRINITI COMMENTARIORVM DE HONESTA. DISCIPLINA LIBER VIGESIMVSQVINTVS.

Qui maxime homines comitiali morbo vexent̄: & quibus argumentis hoc agnoscatur. ex. L. Apuleio: & aliis. Caput. I.

ET Aristoteles philosoph⁹: & medici aliquot asserūt eos maxime hoies comitiali morbo teneri: qui atra bile vexēt̄: & īgenio ac doctris excellāt: quod ī quæstionib⁹ phisicis copiose ab Aristotele ꝓbatū est. Sed visum mihi hoc loco exempla quædam referre: qbus probari possit: eos plerūqꝫ hoies comitiali morbo affectos: q & īgenio sūmo: & animi magnitudine præstiterint. Neqꝫ ob aliā causā medici herculeū appellarūt: q̄ qꝫ ille īfestaret̄ tali ægritudīe. Iuli⁹ Cæsar extrema iā ætate aīo repēte linq cõsueuit: atqꝫ etiā per

somnũ exterreri:comitiali quoq; morbo(vt est author Suetonius) bis inter res gerẽ das correptus est.Sed & Plotinus philosophus insignis (cui⁹ libros digessit Porphi=rius in nouẽnarios)eodem morbo laborauit: vt in græcorum commentariis legitur mitto alios cõpluris:qui apud authores memorant.L.vero Apuleius in oratione ad Claudiũ proconsulem: non modo hunc maiorem morbum vocari ab ãtiquis tradit sed etiam diuinum ac sacrum:q; in rationalem maxime partem(quæ lõge sanctissi=ma ẽ)desæuiat Quocirca relligiosum fuit apud Romanos eo tempore cum populo agere:quo morbo comitiali q;q; in senatu optimeret:a qua superstitione denomiatũ esse comitialẽ morbũ grammatici existimarũt. Hinc illud carmen apud.A.Serenũ

Est subiti species morbi:cui nomen ab illo est
Q; fieri nobis suffragia iusta recusat.
Sæpe etenim membris atro langore caducis
Consilium populi labes horrenda diremit:
Ipse deus memorat dubiæ per tempora Lunæ
Conceptum:talis quem sæpe ruina profudit.

Inter alia vero eius morbi indicia:hæc a nostris medicis referuntur.Cũ caput graue dine oppressum est: ceruix obtorpet:tempora ipsa velut ictu quodam pulsantur:au res tinnitum emittunt:in labris rorem quendam & spumam reddũt:ac subinde ocu los circunducunt:Illi autem sanari ægri⁹ atq; difficili⁹ dicuntur:quib⁹ dexteræ par tes magis afficiantur:quod etiam Aristoteles probat:vt Hippocratem & Galenum mittam⁹:qui libros integros de hoc morbo composuerunt: Neq; illud ignoratur Li uium Drusum(qui tribunus plębis fuit)cum tali morbo laboraret anticyram cõtẽ disse:& in ea insula assumpto elleboro conualuisse:quod a Gellio seruatum est in at=ticis:noctibus ex historia.C.Plinii.Solæ autem coturnices i omni animantiũ genere præter hominem comitiales habentur:vt ab antiquis est adnotatum:

De nominibus veterum auspiciorum:ac de illorum superstitiosis obseruationi bus ex antiquis grammaticis. Caput.II.

BE auspiciis veterum complura a.M.Tullio:Augustino & aliis referuntur: cum ea ferme omnia Romani auspicato pficerẽt: quæ ad publica & priua ta officia pertinerent:inter alia:& hæc apud authores nominantur: hoc ẽ cœlestia:pedestria:solistima:canaria:pestifera caduca:piacularia:item cliua & iebra quæ fieri aliquid inhiberent:quoniam veteres fere cuncta ardua & difficilia cõsueue runt cliuia appellare:vnde & cliui pro locis arduis dicuntur. Cœlestia vocarunt: cũ tonitrua vel fulmina ederẽtur:quo tempore nefas habitum est apud Romanos age re quicq̃ cum populo:& ob eam causam Iouem Elicium:tonantem:& fulguratorem in hetruscorũ libris nominarunt.Pedestria vero pro illis accepta sunt:quæ ex Vulpe (vt inquit Festus)lupo:serpente:equo:cæterisq; quadrupedib⁹ redderentur: solisti ma:quæ ex tripudiis gallinaceorum:vt alibi diximus. Canaria item q; in illis rutilæ canes immolarẽtur: quæ sacra pro frugibus fiebant contra vredines atq; sæuitiam ca=niculæ fideris.Pestifera:in quibus cor ipsum in extis:aut caput in iocinere non exti=tisset.Caduca:cũ in tẽplo aliquid decidisset i quo exauguratio facta diceretur: quod accidebat:siquando in augurando virga augurantis e manu decidisset qua contem plari:& auspiciũ capere mos fuit.Piacularia:ex quib⁹ tristia & ominosa portendebã tur:cum hostia profugisset ab ara:aut percussa mugitum dedisset:aut i aliam partẽ corporis:q̃ oporteret cõcidisset.Mitto nũc oscinia & regalia:de quib⁹ cũ ab aliis agit tum a Festo Pompeio:de his auspiciis(quæ p acumina fiebant) Non satis hactenus

mihi compertum:etsi.M.Cicero in libris de diuinatione hæc celebrat:bellicã rẽ(in quit)maiores nostri nisi auspicato administrari noluerunt:q̃q̃ multi anni sunt: cum bella a proconsulib⁹ & proprætoribus administrantur:qui auspicia non habẽt:Itaq; nec amnis transeunt auspicato:nec tripudia auspicantur:nam ex acuminibus quidẽ (quod totum auspicium militare est)M.Marcellus quinquies Cos.totũ omisit:idẽ Imperator & augur optimus.Soliti autem sunt veteres augures quinq; signorũ ge=neta in auspiciis obseruare:hoc est ex cœlo:ex auibus:ex tripudiis:ex quadrupedib⁹ & ex diris:quod a Festo Pompeio diligenter exponitur:ex cõmentariis Verri Flacci

Quanta fuerit Esdræ sacerdotis eruditio:& q̃ mirifica eiusdem memoria i ordi nanda atq; componenda hebræorum philosophia:ac de Cabala etiam nõ nihil ex verbis Pici Mirandulæ. Caput.III.

OE Esdra hebræo relatum id est:dignũ prorsus memoria atq; obseruatione eum quidem tam egregia ac singulari eruditione præstitisse i legibus atq; disciplinis omnibus Hebræorũ exponẽdis:vt vniuersas eorum doctrinas i memoria habuerit:eundem præterea iudæorum litteras immutasse:ne cum poplis Samariteis congredi possent:ac volumina illa sacræ theologiæ digessisse:eoq; ordie condidisse quo imperãte mox Philadelpho in græcam eruditionem sũt a.lxx.inter=pretibus conuersa:quod & Hieronymus:aliiq; veteres ita probant:vt inter admirã=da:atq; insignia Hebræorũ referant.Neq; sunt omittenda hoc loco:quæ a Pico nup mirandula audierim:cum sacra hæc apud hebræos diligenti⁹ atq; curiosius indaga ret. Diuinæ legis interpretatio inquit(quam Moses ab ipso deo accepit)subinde p aimos reuelata est:& Cabala appellata:quod idem est apud hebræos quod apd nos scientia secretior:ob eam.s.rationem:q; illã doctrinã nõ per litterarum monumenta sed ordiariis reuelationum successionib⁹ alter ab altero quasi hæreditario iure susci peret.Sed postq̃ Hebræi a captiuitate Babylonica per Cyrum restituti sunt:& istau rato templo sub Zorobabele ad legem substituẽdam animum adiecerunt.Esdras tũ præfectus ecclesiæ post emendatum Mosis opus:cum intelligeret per exilia:cædes: fugas:captiuitatem gentis israeliticæ institutum a maiorib⁹ morem tradendæ per manus doctrinæ seuari non posse:futurumq; vt sibi diuinitus idulta cœlestis doctri næ arcana perirent: quorum cõmentariis non intercedentibus durare diu memoria non poterat:Cõstituit vt conuocatis(qui tunc superant)sapientib⁹ afferret vnus=quisq; in medium:quæ de legis mysteriis memoriter tenebat:adhibitisq; notariis in lxx.volumina relata sunt:quoniam totidem in Synedrio sapientes conuenerãt:qua de re qui minus fidei mihi habent:Esdram ipsum audiant ita loquentem:Exactis xl diebus loquut⁹ est altissimus dicens:Priora quæ scripsisti propalã pone:vt ea vniuer si legant.Nouissimos autẽ.lxx.libros conseruabis:vt eos tradas sapiẽtibus de tuo po pulo.In his em̃ vena intellectus continetur:& veræ sapientiæ fons:& scientiæ flumẽ atq; ita feci:hi sunt(inquit Picus).lxx.libri scientiæ Cabalæ:i quibus merito Esdras venam intellectus:idest ineffabilem de altissima diuinitate theologiam: sapiẽtiæ fõ tem:de intelligibilibus:angelicisq; formis absolutam metaphisicen:scientiæ flumẽ: id est de rebus naturalibus firmissimam philosophiam esse:clara imprimis voce pro nunciauit.Hi libri cũ summa diligentia:& incredibili studio a Sixto.iiii. Pont.Max. essent perquisiti:curauit vt in publicam nostræ religiouis vtilitatem latinis litteris mandarent:qd̃ ab eo propter importunum obitum absolui non potuit: nostra vero ætate in tanto pretio atq; relligione habentur apud Hebræos:vt neminem liceat ni si quadraginta annos natum eos attingere:mirumq; est:q̃ Cabalæ ipsius doctrina

christianis decretis cõsetiat:q̃ eadẽ locis multis cõperiũtur:quæ apud Paulũ fere dionysium.Hieronymum:Augustinum:& alios nostræ religionis principes legũt.Hactenus Picus:quæ mox in suum opus rettulit:vir vnus ætate nostra:qui propter multiplicem rerum doctrinarumq; scientiam cum omni antiquitate comparari possit.

Quid sit apud iureconsultos præscriptio quinq; pedũ in finib9 regũdis:ac Marci Ciceronis verba exposita in libris de legib9. Caput.IIII.

QVæsitũ ẽ superiori ætate a viris doctiorib9:quidnã i iure nostro ciuili præscriptio qnq; pedũ signaret:qualisq; foret i ea itellect9:quã rẽ Laurẽti9 Valla:& alii cõplures:cũ nõ satis pciperẽt hac vna se ratione defendebãt:q; Io. Baialard9 iter eos(q ius ciuile pfitẽt) vir cõsultissim9 ingenue affirmarit se illud ignorare.Nos aũt mime ab re futurũ existimam9:si totũ hoc nra diligẽtia exponatur.
Sciẽdũ igit sũptũ id.ex.xii.tabulis fuisse:i quib9 quiq; pedes habiti sũt iter vsucapiones:etsi in digestis ipis Iustiniani Impe. pscriptio qnq; pedũ sublata ẽ:sicuti alia plurima:quæ propter nimiam vetustatem abolita fuerũt:vt a Sex.Cæcilio iuriscõsulto traditur: Sed actionem hanc quinq; pedum ex legib9 Solonis in.xii.tab.transtulerunt: in qua controuersia haberetur de finibus:siquãdo spacium quinq; pedum intercessisset.Ita enim cautum fuit a Solone:vt est author Plutarchus de iure vsucapionum.
Si quis in agro aliquid plantarit:quinq; pedes a vicino abesto:
Si ficum:vel oleam pedes nouem abesto:
Quoniã istiusmodi arborũ radices lõgius proserpũt: dãnũq; ob id ac pniciẽ finitimis afferũt.C.quoq; iuriscõsult9 legẽ Solonis citat in finibus regũdis ad hũc ppemodũ.
Siqui sepem:vel maceriem ad alienam regionem effoderint:limitem ne excedunto:
Si murum:pedem vnum.si domũ pedes duos relinquunto:
Si sepulchrum:aut fouea:quantum sit altum:tantundem relinquunto:
Si puteum passum:si oliuam aut ficum nouem pedes relinquũto:
In cæteris arboribus quinq; pedes seruanto.
Hinc Cicero pereleganter ac erudite iocatus est in legibus: cum dixerit:se nõ permissurum depasci possessionem academiæ a stoicis:quoniã vsucapionem(inquit).xii.tabulæ inter quinq; pedes esse voluerunt:q; in finibus tantũ dissentirent:i cæteris omnibus optime cõuenirent.Iulius Nypsus de hac re meminit in libro ad Celsum quẽ de mensuris agrorum composuit.Quinq; pedũ(inquit) præscriptione summota finalis iurgii vel locorum libera peragatur intentio:in quo Theodosii:& Valentiniani Impe.epistolis citat ex quibus tolleretur ist iusmodi actio in regundis finibus.

Quæ foret in libris pontificum dea tutulina:& de sacerdotibus tutulatis i Saẽnio carmine diligenter notatum. Caput.V.

IN veterum libris(qui pontifices appellati sunt)mentio inuenitur de Tutulina dea:cuius nomen vt interpretatur.M.Varro a tutando deductum est.Itaq; de poeta Ennio legitur illum Tutulinæ loca habitasse.vt a Portio scriptum est.In magno cultu & religione fuit:adeo vt piaculum haberetur siqs eam forte inauspicato appellasset:proinde sic adnotatum est in antiqs sacris:Obseruanto ferias:siquis Salutem Semoniã:Setiam:Segetiam: Tutilinam iauspicato nominassit.Refert Augustinus eius numen tutãdis frumentis ptæfuisse vt Nodinum Patelenam:& Hostilinam:de quibus cõmode dixim9: sed & sacerdotes tutulati ob eam rationem vocati sunt:q; in sacris capitibus ceu metam habere consueuissent:q̃ tutul9 diceretur:quod etiamnũ Christiani sacerdotes fere custodiũt.Matres quoq; familias conuolutos ad verticem capitis crines tutulos dixerunt:vt Varro asserit q

Saturnium carmen exponẽs:de argeis atq; [illegible]alatis copiose disseruit:qua in re Sex. Pompeius videtur dissentire:qui tutulum pro ornamento capitis flaminicarũ accepit:quod inexa crinib9 purpura in verticem extaret:hinc tutuli milites:& Tutan9 deus nobilis:quem omnes mortales (vt inquit Varro) labore affecti inuocarent:q; iis psidium atq; opem afferret:Tutelares itẽ dii qui lares:patrii: & magni dicti sunt: tutelariumq; sacra veterũ annalibus celebrata:in quibus patrocinium & salus vrbis velut a certis numinibus rogabatur. Fulgentius tutulum pro pallio exposuit:quo Rom.sacerdotes caput obnuberent:cum in sacris versarẽtur:i quo Varronis ac Numæ testimonium citat:Vnde & illud inquit Vergilianum.
Et capita ante aras phrygio velabat amictu.

Lapidare:& lapidationes vario significatu intelligi: & quid item lapidescere & lapire sit. Caput.VI.

MVltiplex ac diuersa significatio est in his verbis:quæ lapidare:& lapidationes dicimus:nam de cœlo lapidatũ inter prodigia legim9: pro eo quod est lapides pluisse:vt apud authores frequentet cõperies. Hinc illud apud.C. Suetonium de Germanici.Cæs.obitu:quo defunctus est die lapidata sunt templa: subuersæ deorũ aræ:lares a quibusdam familiares in publicum abiecti. Lapidationẽ vero factã in aliquem intelligere debem9:cum in eũ lapides coniecti sunt: quod ipis principibus Rom.alicubi accidit:vt conspiratione facta impetum atq; lapidationes contra eos populus faceret.M.Tullius hoc verbo vtitur locis multis:& in gestis Clodii:Marcellinus inquit cum grauiter quest9 esset de Clodianis incendiis trucidationibus ac lapidationibus sententiam dixit.Macrobius autem vt interdum audacior nimiusq; nouitatis affectator paulo durius lapidare pro incessere & notare vsus est: Nam cum de Laberii poetæ mordacitate disserit:eiusq; versiculis i.C.Cæsarem: vniuersus inquit Rom.populus ad vnũ Cæsarem oculos & ora conuertit notantes ei9 impotentiam hac dicacitate lapidatam.Dicuntur etiam delapidata itinera: quæ lapide strata sũt vt a Sex. Pompeio traditur:sicuti dilapidare pro expugnare: & deperdere:elapidare apud Pliniũ pro eo quod est lapides eximere Lapidescere vero apud eundem nihil est aliud:q̃ obdurescere & in lapidem conuerti:quod græci λιθοειν dicunt:in flumine inquit silere vltra Surrentum nõ virgulta modo immersa:verum & folia lapidescunt.Qua figura sunt:nocte scũt:sere scunt:caule scunt: vite scũt:opule scunt:lute scunt:& alia generis eiusdem quibus maxime traditur delectatus Furius antias:et si a Cesellio Vindice accusatur:q; in his latinã linguã dedecorauerit. Apd C.Pliniũ sepe idẽ cõpies:qd illi necessariũ fuit i tã varia rerũ historia:ac multiplici naturæ opere describẽdo.Insolenti9 vero Pacuui9 lapire dixit p rigescere in tragœdia.
Lapit cor cura:erumna corpus conficit.
Quod ipsum & Nonius diligenter obseruauit.
Quo nomie apud veteres mãna diceretur:ac de illius vsu & cognitione apud medicos:tum de manna thuris non nihil. Caput.VII.

DAulo ãte accidit:vt Venetiis agerem:atq; in sermone(vt fit)hominũ doctiorum adessem:inter quos bilem mihi mouit: ne risum dicam: quorũdã medicorum inscitia:qui(cum de mãna mẽtio haberetur) pari improbitate atq; ignorãtia asseuerabãt nõ multis ante sæculis:neq; ante Galeni ætatem ad nostros iuectã fuisse mannã:quod a vero maxime dissidet:siqdem mãnæ vs9(vt nostri vocant)vel Tiberio Cæs.impante a medicis pbatus est:tametsi alio noie Romani authores eam appellant:vt in pleriq; aliis cõtigit:q̃ ad vsum vitæ ptineant.Astipu

latur huic sententiæ Cor. Celsus: qui curari q̃dam vlcera tradit: si pungant̃ melle addito rore syriaco: aut amaris nucibꝰ. Quo loco syriacũ rorẽ ꝑ eo itelligi oportet: q̃d a nostris medicis mãna hebraico nomie vocat̃: cuius humor (vt cõstat) Syriis soli populis celebratꝰ ẽ: de quo cũ plures tũ Dioscorides copiose ad Ariũ scribit: Mãnã ĩferẽs: quæ ερκορΔροσ dicit̃ ꝓbari ĩ libano cãdore ꝑcipuo: eãq; adulterari si addat̃ r̃sina ex pinu vel tenuissima siligo: quã rυριν apellat. Sũt q ĩ Papinio poeta de mãna ĩtelligãt: quo loco palestinos & hebręos liquores noĩat Orpheꝰ vates: & hãc ĩter Thimiamata ĩfert. Mitto Galenũ & alios medicinæ authores: q nobis hac ĩ re patrocinãtur. Nostris tẽporibꝰ ea maxie ĩ ꝑcio ẽ: quã calabrẽsẽ vocãt: cuius cõmẽdatio habet̃ si albicans & friabilis sit: Neq; desunt qui hanc syriacæ præferant: Minime aũt me præterit vel in ip̃o thure mannam dici: a Plinio & aliis micas thuris: quæ elisæ sunt: In thure inquit Plinius elisas cõcussu micas mannam vocamus: quod & Barbarus Hermolaus non ignorauit: vir in perquirenda omni antiquitate diligens & accuratus.

Quæ habita sit apud veteres authores mĩor multa: & maxima: ac de multãdis iniuriis: ex. xii. tabulis diligenter obseruatum. Caput. VIII.

APud eos authores (qui ius ciuile profitẽtur) cõplura ac varia de antiquorũ pœnis traduntur: sed hoc loco illud adnotandũ existimo: q̃d a grãmaticis seruatũ est de minore: multa & maxima. In. xii. igitur tabulis vigintiquiq; asses illi appellati sunt: ad quos multa hæc minor pertineret: quod iutulissent alicui iniuriam. Quocirca sic in. xii. tabulis scriptum fuit.

Si qui iniuriam alteri faxit. xxv. æris pœnę sunto

Tunc enim singuli asses librarii erant: quos. s. p. q. r. ĩ vsu haberet: vt a Sex. Cæcilio iuriscõsulto asserit̃: neq; me latet paulo mox hanc legem de vigintiquinq; assibus fuisse abolitam: & a prætoribꝰ reiectam: iudicesq; additos recuperatores: qni damnum illatæ iniuriæ vindicarent: quod &. Q. Labeo rettulit: vt a Gellio in atticis cõmentariis scribitur. Notum præterea est ꝙ ex his litteris signarentur: qui tali pœna essent damnati. V. Q. A. L. K. S. hoc est vigintiquinq; asses legitime condemnati sũto. De maxima pœna (quæ sũma & sup̃ma dicitur) scriptum est a Põpeio in hunc modũ Multam maximã veteres illam vocarunt: quæ triũ milium &. xx. assium foret si quidem nefas habitum est. quenq̃ pluris q̃. xxx. bobus: & duobus ouibus multari. Existimabatur: aũt bos centussibus: ouis decussibꝰ: diuq; seruatum romæ fuit per ipsas pecudes multare: ciuium delicta: in q̃bus fere suas diuitias habuerunt: vnde pecunia & peculiũ nomen accepit: quod a Columella: & aliis pluribus traditur. Non me p̃terit hac in re dissentire. A. Gellium qui minorem multam ad vnũ ouem referri scribit: ex authoritate. M. Varronis: cum citatus inquit est reus neq; respondit: excusatus non est. Ego ei vnũ ouem multam dico. De pœnis vero in hũc modum Cicero: Octo iḡe pœnarum genera in legibus contineñtur: hoc ẽ damnum: vincula: verbera: Taliones ignominiæ: exilia: seruitutes: & mors De quibꝰ anno superiore: cũ Ferrariæ agerem in palatio Herculis principis permulta disserui cum Pandulpho collenuccio iuriscõsulto: qui ætate nostra veteres oẽs disciplinas studio ac diligentia singulari ꝓsequit̃

Q; sit fugienda illa respu. in qua magis diuitiæ q̃ virtus extimetur: & ꝙ homines prædiuites damnosiores plerunq; sunt in ciuitatibꝰ: ex verbis Ioannis Ganacii Caput. IX.

PLato philosophus: & alii veteres copiose disserunt. q̃ sit calamitosa illa ciuitas: atq; detestabilis: in qua plures & ampliores honores diuitiis habẽtur q̃ virtutibus: quoniã vbi diuites atq; locupletiores imperiũ habẽt: cæteri omnes non modo cõtemnunt̃: verũetiã iniuriis plerũq;: & iniquissimis cõtumeliis afficiunt̃. Neq;. n. respiciunt ad æquitatẽ & rationẽ cũ tales in regenda ac moderanda ciuitate versantur: sed affectibꝰ atq; libidine ducunt̃. De quo egregie nuper & grauissime disputauit Ioannes Canacciꝰ: vir vnus (quãtũ equidẽ video) præclaris moribus: excellenti virtute insignis: Turpe est inq̃t: cũ in proba ciuitate: beneq; instituta magis cõcedit̃ improbis voluptatibꝰ q̃ bonis disciplinis. sed illud ĩprimis turpissimũ: cũ viri sapiẽtes: & q optimis cõsiliis præstant: a diuitibus occupant̃: ac velut facta cõspiratione reiiciunt̃. Nam ĩgẽtes nimiæq; diuitiæ in libera ciuitate luxũ primo & libidinẽ: deinde ambitionẽ atq; scelera pariunt. Proinde inq̃t minime imprudenter factũ ab his est: qui decretis atq; legibꝰ statuerunt in suis ciuitatibꝰ: neq ciues maiorẽ cẽsum (q̃ par videret̃) possideret̃. quæ res q̃diu obseruata est: optime cõsultũ existimat̃ hũano generi: fœlicioresq; illæ vrbes atq; firmiores habitæ sunt: in q̃s auiditas ista cumulãdæ pecunię tardius deuenerit: sed ĩ ciuitate inq̃t nostra siquẽ forte volumꝰ cognoscere: Primum hoc rogamꝰ: quantũ habet: q̃ locuples est: quãtis opibꝰ ac diuitiis excellit: nemĩnẽq; existimamꝰ habere prudentiã: aut præstare ingenio: pręter hos hoĩes: q magnis largitionibꝰ: & ambitiosis sumptibꝰ sese ampliores clarioresq; demõstrãt: quo fit vt quæstũ ꝑ innocẽtia: ꝑ virtute diuitias: ꝑ sapiẽtia aurũ habeãt. Quod ab ipsis Academicis probat̃: qui diuites plerũq; malos esse referũt atq; aliis pnĩciosos: qm̃ cæteros oẽs despiciũt: cũ ad auri fulgorem: quasi ad veram fœlicitatem oẽm vitæ cursum atq; industriam dirigũt. Hactenꝰ Canacciꝰ: qua in re Euripidis poetæ carmẽ ascribendũ est: quod ab eo sub auari diuitis persona refert̃.

versus a seneca cõversi ex Euripide epistola. 105.

Sine me vocari pessimum: vt diues vocer:
An diues omnes: quærimus: nemo an bonus
Non quare: & vnde: quid habeas tantum rogant:
Vbiq; tantus quisq;: quantum habuit fuit.
Quod esse nobis turpe sit quæris: nihil:
An diues optem viuere: aut pauper mori.
Bene moritur quisq; moritur dum lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum.
Cui non voluptas matris: aut blande potest
Par esse prolis. non sacer meritis parens:
Tam dulce siquid venit in vultu micat
Merito illa mores cœlitum atq; hominum monet.

In his Euripides prædiuites homines: eorumq; insolẽtiam perelegãter accusat: quorum inanis gloria est: & bracteata fœlicitas: vt ab Anneo Seneca scribitur.

De oraculis: quæ ederent̃ in Dodone ex sonitu peluium: & Ausonii poetæ carmen expositum. Caput. IX.

IN epistola poetæ Ausonii leguntur hi versus ad Paulinum.

Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni:
Ad numerum quoties radiis ferientibus ictæ:
Respondent docile moderato verbere pelues.

In quibꝰ Paulinũ ipsum arguit nimii silentii: cum oĩa quidem animãtia (vt inquit) vocem aliquã emittant: nihilq; sit a natura constitutũ: in quo nõ reddat̃ aliquis sonitus: vt ĩ sistro: cymbalis: ac peluibꝰ Dodonæis. Vt aũt hoc intelligatur de sonitu Dodonæo: legẽdi sunt græci authores: qui morẽ fuisse referũt: vti

q

vaticinantes mulieres ad quercũ agerẽt: quæ in vrbe Dodone erat. Qui vero ad
capiendum responsum ingrederent: ꝓtinus moueri quercum: ac sonitum fieri
credebant. Ibi.n. statua visebatur virgã ferens: qua lebetem (qui prope aderat)
percutiebat: ex quo responsum (vt inquit Ausonius) moderatis ictibus pelues
referrent. Hinc a. P. Vergilio Dodonæi lebetes dicunt. Hoc ipsũ de respõsis Do
donæis personitum: cum locis multis apud græcos exponitur: tum ĩ Sudæ col
lectaneis. Ausonius pelues posuit: quos græci lebetes nominant. Quod idcir=
co notandũ fuit: quoniam epistola hæc Ausonii a paucissimis adhuc legit: neq;
sunt referenda hoc loco: q̃ Herodotus atq; alii scribunt de Dodonæis colũbis &
oraculis: qm̃ nihil fere pertinent ad explicandum Ausonii carmen.

Quid sit sonticus morbus in legibus decemuiralibꝰ: & causa sontica: quo
ve significatu accipiendũ sit sontire verbum: ex sententia iurisperitorum.

Caput. X.

SEx. Cæcilius & alii veteres iurisperiti (qui. xii. tabulas ĩterp̃tati sunt)
morbũ sonticũ ꝑ vehemẽti: & grauissima ęgritudĩe acceperũt. Cassius
vero: & Venuleiꝰ (vt ĩ pãdectis habet) ꝓ iusto & ꝑpetuo sonticũ expo
nũt ꝙ alicui rei gerẽdæ ĩpedimẽto ẽẽ: ꝓindeq; ĩ militaribꝰ decretis: nõ tenebat is
esse iureiurãdo astrictꝰ: q sontico morbo eẽt affectꝰ: qđ apđ authorẽ Cinciũ obs
uauit Gellius. Iurabãt em̃ milites (q scripti erãt) se affuturos ꝑ volũtate & ĩpe
rio cõsulis: nisi harũce cã aliq̃ intercessisset: hoc est funꝰ familiare: feriæ denica=
les: Calẽdęq;: q̃ nõ eius rei ergo in eũ diẽ collatæ sint: quo is eo die minꝰ ibi esset:
morbꝰ sonticus: auspiciũ ve: qđ sine piaculo p̃terire nõ liceret: sacrificiũ ve anni
uersariũ: q̃ verba ĩ atticis noctibꝰ deprauata sũt. C. Plynius ẽ author eiꝰ lapidis
suffitu (q Gagates vocat) morbũ sonticũ & virginitatẽ deꝑhẽdi: definitũq; ẽ a
Marco iuris ciuilis legũq; ꝑitissimo: qua ĩ re sonticꝰ morbꝰ a febri differat: cũ de
hñdis ꝓbãdisq; iudiciis differit: apđ poetã Neuiũ sontica cã ꝓ iusta & legitima
exponit Sõticã eẽ oportet cãm quãobrẽ ꝑdas mulierẽ: Elius Stilo sonticũ existia
uit ꝓ noxio dictũ: vnde sontes hoĩes ꝓ obnoxiis & deꝑditĩ: & sõtire verbũ (vt re
fert Põpeiꝰ) ꝓ eo: qđ est ĩ aliq̃ re obesse & grauiter nocere: quę tñ vox ꝓpt nimiã
antiq̃tatẽ: atq; insolẽtiã magis intelligẽda est q̃ vsurpãda: ne illoꝝ ĩgenia scribẽ
do imitemur: q suis ineptiis ac friuolis affectationibꝰ impudentissime cõtami=
nant latinã eruditionẽ. De hoc ip̃o morbo & Perottꝰ Sipõtinꝰ diligẽter m̃lta ꝑ
q̃siuit: ne videar eiꝰ viri studiũ cõtẽpsisse: q de oĩbꝰ q̃dẽ litteris est optĩe meritꝰ.

De nominibus & potestate deorum apud veteres: & q̃ inanis ac futilis eoꝝ
superstitio foret copiose enarratum.

Caput. XI.

M. Varro & alii veteres cõplura diligenter quæsierunt de Romanis diis:
eorũq; ꝑtãte: nos hoc loco breui adnotatione quædã colligemꝰ: vt fa=
cilius agnosci: atq; intelligi possit: q̃ friuola: inanis: ac prorsus ridicula
fuerit eorũ superstitio: quæ res illorũ studiũ atq; cõmentarios instruere: & adiu=
uare poterit: qui de antiquorum sacris atq; feriis scripserunt: auspicabimur ve=
ro a diis maioribus & quasi patriciis: deinceps ad alios accedemus.

Iuppiter (quem optimũ maximũ dixerunt) pro sublimi æthere acceptus est: in
quo allegorice potestatẽ totius luminis intellexerũt: vnde Lucetius: Diespiter:
Elicius: Fulminator: & Feretrius vocatur.

Iuno pro aere: ꝙ elemẽto superiori subditum sit: & ob id Lucinã: Fluonã: Heca

ten Matrem: & Dianam nominarunt.

Neptunus ad maria: Pluto refertur ad terram: eosq; cũ suis coniugibus Salacia
& Proserpina componunt.

In focis domesticis Vesta collocat: in fabrorũ fornace Vulcanꝰ: q̃bus ignea fere
atq; feruidiora (vt inq̃t Varro) cõueniunt: sic em̃ de Vesta in antiquis legibꝰ.
Virgines vestales ignem foci publici sempiternum custodiunto:
Publice & priuatim modo: rituq; agunto.

In vaticiniis atq; diuinationibus Appollo: cuius numen atq; egregia potestas:
cum ab aliis multis: tum a Vectio prætexato describitur in cœnis Macrobii.

In emũdis: vendũdisq; mercimoniis Mercuriꝰ: cuius festa ob id a mercatoribꝰ
magno cultu seruata sunt.

In Iano rerũ p̃ricipia: ianitores: portitores: messores: ac termĩatores: eũdẽ põtifi
ces multis variisq; noĩbꝰ vocãt: vt Geminũ: bifrõtẽ: q̃drifrõtẽ. Patrẽ Quirinũ:
Iunoniũ: Clusiuũ: & Patulciũ in saliari carmĩe deꝰ deorũ est appellatꝰ. In Satur
no tẽpora & ætates: cui sarculoꝝ insitiões: pomorũq; eductiões: & oẽm agri co=
lẽdi disciplinã tribuũt: quo noĩe a Romanis etiã Stercutiꝰ credit dictꝰ (vt ẽ au
thor Pretexatꝰ) qđ ab eo sit inuentũ: vt in stercorãdis agris fœcũditas adderet.
Martem: & Bellonã ad conflictus: & cędes referũt: Cererem cũ suo Triptolemo
ad frumenta & segetes: Liberũ ad vites & vineas: quẽ Bacchũ: Bromiũ: Lenæũ
q; dixerũt. Dianã ad lucos: nemora: & siluas. Mineruam seu Palladẽ ad ingenia
disciplinas: & artes: quã Cicero etiã inter patrios deos & vrbis custodes locat.
Hactenꝰ de diis maioribꝰ: Plebei & ignobiles ingentẽ turbã ac finitũ quasi ag=
men cõficiũt: vt nihil ꝓpe inueniat in officiis vitę mortaliũ: quin ad aliqđ nu=
men rettulerint: qua in re ꝓbant: q̃ ridiculæ vanitati honores dicarent.

In his q̃ ad hoĩm vitã: educationesq; ꝑtinent Statilinũ: Statanũ: Fabulinũ: Va
gitanũ: Pilunnũ: Picunnũ: Cuninã: Leuanã: Ruminã: Edulicã: Potinã: Carnã:
Statalinũ & Statanũ: ꝙ eo tp̃e pueris pręsideãt: cũ standi & cõsistendi potesta=
tem habent: Fabulinũ & Vagitanũ: cũ fandi ac vagiendi auspicium esset. Picũ
num vero & Pilunnũ ꝓ diis cõiugalibus acceperunt: in quorũ æde Lectisternia
parabant: vnde pueris vitę pręsidiũ foret: vt a. M. Varrone traditũ est: Cuninã
cũ in cunis aggerẽt. Leuanã cuiꝰ ope de terra subleuarent. Ruminãq; exugenti
bus opẽ ferret. Nã veteres rumã pro mãma acc eperũt: vnde subrumi agni: ac fi
cus ruminalis apud authores nobilis: Edulicã & potinã ꝙ escã atq; potiões ex=
hibeãt: Carnã ꝙ humanis vitalibꝰ præesset: cui sacrũ in Cœlio mõte constitu=
tum fuit: volupiam quoq; & libentinam propter voluptates & libidines.

Ad officia hoĩm Adeonã: Albeonã Volunã: & Volunũ. Vacunã p̃terea & Fes
soniam: ꝓpter vacãtes & fessos: hinc apud Horatiũ Vacunę tẽplũ celebrat: Pel
loniã ad hostes depellẽdos: Agenoreã: Strenuã: & Stimulã: ꝙ excitarẽt ad agẽ=
dum: & excitatos stimularẽt: Numeriã ad nũeros Quietã & Murcidã ꝓpter q̇e
tem ac desidiã: qm̃ murcidos (vt ait Põponiꝰ) ꝓ desidiosis atq; ignauis habue=
rũt: cuiꝰ tẽplũ in Auẽtino fuit: obeãq; cãm (vt credit) Murcus est appellatus.
Virtutẽ p̃terea: Mentẽ: Honorẽ: Fidẽ: Victoriã: Pietatẽ: Concordiã pro diis sta
tuerũt: vt omittamus Metũ: Spem: Pallorẽ: & Febrẽ: cuius ædes in palatio col
locatur. In morbis Angeronã: Orbonã: Prosam: Postuertã: q̃bus templa consti
tuerunt: vt q̃sq; præcipue illos coleret: quorũ auxilio magis egeret: tãta est am=
bitiosæ mortalitatis socordia: Sentiã dicẽdis sentẽtiis: Cõsum consiliis præpo=

fuerunt. Vnde cõsualia: feriæ publicę: & in circo ludi ad arã Consi: ꝓpter raptũ Sabinarum: Carmẽta ad fata: Camœnæ ad cant⁹ relatę sunt: quarꝝ ædes in regione vrbis: quę porta Capęna dicit. Vitun⁹ & Sentinus ad vitam & sensus. In cõiugiis quoq; menstruis: partu: & funerib⁹ deos cõfinxerũt: vt Siluanum: Deuerram: Intercidonẽ: Domiducum: Domicium: Manturnã: Virginẽsem: Subigum: Premã: Partundã: Populoniã: Menã: Tellumonẽ: Rusonem: Orcum: quẽ dixerunt etiam Quietalẽ: & Neniam: cuius templum fuit extra portã Vimialẽ. Ad frumẽta & segetes Segetia: Seia: tutulina: Proserpina: Modin⁹: Volutia: Patalena: Hostilina: Flora: Lactucina: Matura: Runcina: Rubigus: Auerrũcus: & Spinensis: Segetia: cui segetes ipsę cõmẽdant. Seia: q̃ satis frumẽtis opitulat: aũ q̃ e solo existãt: Tutulina collectis atq; recõditis. Proserpina germinantib⁹: Nodin⁹ geniculis & nodis culmorꝝ: Volutina inuolucris illis folliculorꝝ: Patelena cũ patescũt folliculi: vt spica exeat: Hostilina cũ segetes nouis aristis coæquant: qm̃ veteres hostire & hostimẽtũ dixerũt ꝑ exęquatiõe. Florã: Lactucinã: & Maturã vocarũt: qm̃ florẽtib⁹: lactẽtibus: maturescẽtib⁹ prędidio sint: Rubigum ne cõtrahãt rubiginẽ: qua iterdũ segetes occupant. Auerruncũ ne auertũ cari vlla tẽpestate: aut cõuelli possint. Rũcinã ad runcatiões. Spinẽnsem ꝓpter spinas & vepres: Pomonã ꝓpter poma: quã magna religiõe coluerũt: vnde pomonales flamĩes: & sacra in põtificũ cõmentariis tradita. Fructesam ꝓpter fructus. Aesculanũ: & Argentinũ ab ære & argento. Quocirca diuus Augustinus (vt eorum dementiæ illuderet) Aurinum quoq; adiecit.

Ad agros & latifundia Rurinã deam ruri tribuerũt: Collinã collib⁹: Valloniã vallib⁹: Iugatinũ montiũ iugis: Forulũ forib⁹: Cardã cardinib⁹: Limentinum: ac Terminum limitib⁹ & terminis: vnde termialia sacra in pontificũ fastis relata. Palẽ pastorib⁹. Empandã paganis: Arculũ arculis & capsulis: Lauernã furũculis: quod id (vt puto) lauerniones vocati sunt: Fornacẽ fornacib⁹: & hic fornacalia sacra farris torrẽdi gra. Prętereo Nũdinã: Tanagreã: Allocutiũ: Anteuortã: Maturã: quę Leucothea dicit: Larundã: Monetã: Februũ: Furinã: Fidiũ: Larentiam. Mutinũ: Alburnũ: & Inuum: seu Panẽ cum sua canna: Maiestã quoq; Cloaciniã: Veniliã: & Maniã: in cuius honore cõpitalia essent cõstituta. Opem consiuã: Bonũ euentũ: & Vertumnũ. q hetrutiæ deus existimat. In qua deorum colluuione agnoscunt vrbani: rustici: militares: agrestes: patricii: opifices: funerarii: cõiũgales: desidiosi: ac frumẽtarii: de q̃bus acuratissime scriptũ est a Marco Varrone in libris de rebus diuinis: quos ad. C. Cæsarẽ misit. Nos Augustinũ in his: Tertullianũ: Lactantiũ: & alios cõplures secuti sum⁹. q ex Varronis thesauris talia collegerunt. Sic autẽ scripum fuit in antiqs legib⁹ de ipsis diis.

Clios diuos (qui cœlestes semper habiti) colunto.
Ollosq; quos in cœlum merita vocarunt.
Herculem: Liberum: Aesculapium: Castorem: Pollucem: Quirinum.
Et ollis propter quæ datur homini ascensus in cœlum.
Mentem: Virtutem: pietatem. fidem: delubra: sunto.
Nec vlla vitiorum sacra solennia faciunto.
Certasq; fruges: certasq; baccas publice libanto.

Quæ veterũ flagitia: ineptãq; supstitionẽ authores nostri. plato crucis vexillo sic deiecerũt: vt ipsam q̃dẽ veritatẽ nõ tantũ e Cleantis puteo extraxerint. sed ad cõmunẽ oĩm vtilitatem super montẽ (vt ingt Hieronymus) collocarint.

Admonitio operis ad legentes.

ABsoluta sunt ad hũc diem volumina. xxv. de honesta disciplina: in q̃bus plurimũ diligentiæ ac laboris posui: quo magis pdessem cęteris: & meo nomini cõsulerẽ in tanta studiorꝝ varietate: & erũt hæc veluti subsidia q̃dam: q̃bus memoria reddi instructior possit: atq; locupletior in his omnibus: q̃ ad vsum viuendi eruditionemq; antiquitatis ptinere videant: neq; post hac defuturi sumus incepto operi iuuandi bonorum ingenia: qm̃ semel huic militiæ nomen dedimus: neq; licet a signis decedere: aut aciem refugere. Edentur paulo mox libri cõplures: quos inscripsimus epistolicarum responsionum. Nã docendo: vigilando: & scribendo magis cupio fatigari: q̃ malo ocio: atq; voluptatib⁹ (vt plęriq; faciunt) animũ deprauare: in ea pręsertim ciuitate: in qua ambitio pro virtute pro modestia improbitas: eruditio pro desidia habet. Satis aũt mihi futurũ est: si cõsenescere in hoc nostro otio licuerit: atq; vitæ reliquum disponere: vt oẽs facile intelligant: nullo modo me defuisse pręclaro instituto bonarum disciplinarũ: quod ab ineunte ætate suscepi: et qm̃ decet agentẽ negotium posteritatis poti⁹ bonis aduigilare: q̃ multis: ea potissimũ ratio me monuit: vt me ipm probarem liberalibus studiis: q̃ vt infami ambitu: prauisq; artibus laudem nominis atq; gloriam quærerem. In his vero cõmentariis legem hanc volumus esse ascriptam e sacris eleusinis: quæ plebis inertiam: profanũq; vulgus longe arceat: qm̃ paulo ante experti sumus: nihil magis obesse probis ingeniis: atq; optimis institutis: q̃ rudem imperitorum audaciam: quæ nullo quidem iudicio aut ratione: sed inscitia atq; libidine omnia expendit: q̃ sicubi de veterum diis ac religione (vt fit) disserui: hoc ipm propter ea factum a nobis est: vt litteris humanioribus cõsuleremus: neq; renouare quicq̃ volumus: aut eam superstitionem probare: vt quidam temere obloquuntur: quam non modo reieci vt vanam & improbam: sed vt nefariam: flagitiosamq; locis multis coargui.

Legis cautio contra ineptos criticos.

Quoi legent hosce libros mature censunto:
Profanum volgus: & inscium ne attrectato:
Omneisq; legulei: blenni: barbari procul sunto.
Qui aliter faxit: is rite sacer esto.

Authoris Protestatio.

ILlud in calce operis addimus PETRVM Crinitum in his commentariis nihil omnino approbare nisi q̃d a Romana tantum ecclesia decretũ atq; assertum fuerit: ne quis maiore audacia: q̃ iudicio ad maledicendũ atq; obtrectandum rapiatur.

Rursus Ex ædibus ascensianis Ad Idus Ianuarias. ab anno salutifero. M. D. X.

Registrum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q. in omnibus his folia sunt cõplicanda terna præter d q̃ cõplicabuntur quaterna. Errata prius qua potuimus diligẽtia vitauim⁹: noua siqua minutula admisimus humaniter ignosces.

Petri Criniti de honesta disciplina

Sequitur tabula Alphabetica insignium dictorum & factorum in libris de honesta disciplina.

A.A.F.F. qd signēt. l. vij. c. vij
Abcdarij & syllabarij. lib. xvij.
Accij carmen apud apuleiū. lib. xviij. ca. viij. (c. viij
Accipiter apud egyptios lib. xvi. ca. ij.
Adamiani & Nyctages hereti. li. xvi. c. vi.
Adagartis dea. lib. xiiij. cap. viij.
Adulatio athenieñ. ab Ant. delusa. l. xiiij. cap. vii.
Aegyptiorū antiqtas & vrbes. lib. vii. c. ij.
Aegyptię theologię symbola. li. xx. c. iiij.
Aegyptiorū mores lib. xij. ca. x.
Aenigmata duo exposita. li. xx. c. viij.
Aequilibriū vrbis lib. iiij. ca. ix.
Aerediruti milites. lib. xviij. cap. vj.
Aetatis humanę diuisio lib. v. ca. ix.
Aetas hoīm ad planetas relata. li. xxiij. c. (xij.
Alcibiades platonis. lib. i. ca. ij.
Aleatores precipui li. xxiiij. ca. xiiij.
Alexādri parte mutili donum. li. xv. ca. ij.
Alexādro vt Mosi mar puiū. l. xvii. c. xiij.
Alexāder & alij nolētes iungi li. xvi. c. vii.
Alexandri expergefactio lib. xix. ca. i.
Amatorii remedium. lib. ii. cap. i.
Amicorū indorū ini a Passidieni. li. xxii. ca. xii.
Amoris cōtagio abstinēdū. l. xxi. ca. xiiij.
Amoris vires & remedia li. xvi. ca. iiii.
Anacrcōtis carmen de poculo. li. ix. c. iiij.
Anatomia. lib. xiii. ca. vii.
Animātia ī igne viuētia. li. xviii. ca. xiiij.
Animantiū cultus diuinº. lib. xxiiij. ca. ii.
Cum luna consensus. lib. eodem ca. vi.
Annaria lex. lib. viii. cap. xiii.
Anquiro & anquisitiones. li. i. ca. xiiii.
Anticatones cęsaris lib. vii. cap. vii.
Antoniº ī adulationē athenieñ. lib. xiiii. c.
Antonii Getę apparatº. li. xiiij. c. xi. (vii.
Antonini clemētia lib. xxii. ca. vii.
Eiusdē constantia. lib. xxiii. ca. xi.
Apolegº de pinu & cucurbita. li. ii. c. xiiii.
Arbores felices & infelices. fo. xx. ca. vi.
Aristippi ī citū respōsum. li. vii. ca. xiiii.
Aristotelis exilium lib. x. ca. iii.
Aristarchi filii vecordes lib. xxi. ca. ix.
Artemonis meticulositas lib. xv. ca. xi.
Asclepiadis lecti pēsiles lib. & cap. xiiii.
Asinarii dicti christiani. lib. i. cap. ix.
Attę fab. apud Horatiū lib. xviii. cap. iiii.
Auaritię crimen libro primo cap. xvij.
Aues ominosę libro. xxi. cap. xv.
Augusti cęsaris tria vota. lib. xxiii. cap. i.
Auidus & inuidus vñ dicta. lib. ii. ca. xvi.
Auidij imperatoris pulcrū facinº li. xxi. c. xj
Auspicia veterum. lib. xxi. cap. xv.
Auspiciorū noia & supstitio. li. xxv. c. ii.
Afilii magni studiū. lib. vii. ca. i.
Bellisarij ad Totilā epla. li. vi. c. (i.
Eiusdē fortuna. li. ix. c. vi.
Belsolis Epla. lib. viii. c. xi.
Biātis dictū nō iudicādū inī amicos. li. x.
Bibere apd plas decet. li. vi. c. ii.
Bilis atre vires lib. iii. ca. vi.
Bonifacij pōtif. insolētia lib. vii. ca. xiii.
Bonosi bibacitas lib. ix. cap. ii.
Brutiani serui libro secundo ca. vii.
Amelcōtis facies etc. li. xviii. c.
Camanorū ī esitādis liguis (xiiii
hoīm cōsuetudo li. vi. c. xiii.
Canopi dei origo lib. xi. cap. vi.
Capilli vestaliū ad lothon lib. xx. ca. vi.
Capnomātia q̄ fit lib. xxiii. ca. iii.
Caracalla cū nouerca coiit lib. vi. ca. v.
Caristii lapidis textura lib. iii. ca. xi.
Caroli fran. regis discerptę tabulę lib. xii.
Catilinę sęuitia lib. xxi. cap. ii. (ca. iij.
Catoni cessit cęsar inuitus li. & cap. vii.
Catonis de repellēdis oratoribº athenieñ. sententia libro. xxii. ca. quarto:
Catonis cōstātia & dictū de se l. xxii. c. viij
Cęlum & mundus vñ dicta li. quarto c. xi.
Cęlibatus Ro. probrosus lib. xiiii. ca. v.
Centenarię cœnę lib. xiii. cap. sexto.
Censorum potestas Romę li. quarto c. iii.
Cęrite cęra digni lib. vii. ca. sexto
Ceruos pro fugitiuis accipi. li. xix. ca. viii.
Chaldeis nō adhibēda fides lib. viii. ca. ix.
Christo & christianis ignominia illata lib. primo ca. ix. & xiii.
Christus a Romanis imperatoribus cultº. lib. x. ca. v. & lib. xiii. cap. tertio.
Christianorum constantia lib. scdo c. xv.
Ciceronis de tubulo verba lib. xviii. ca. x.
Ciceronis capiti illusum lib. i. ca. viij.
Ciceronis locus emēdatus li. xix. ca. ix.
Cyclopē saltare apd Horatiū. li. xvij. c. iii.
Cylones & chilones ac cillōes. li. vii. c. viij.
Cymbia & carchesia lib. xix. ca. xj.
Ciuilium bellorum mala lib. xiij. ca. ij.
Cleomedis historia lib. xv. ca. j.
Clypei nomē vñ sumptū lib. x vj. ca. iij.
Colūba lignea volatilis lib. xvij. ca. xij.
Comitia toue tonāte dirempta li. xx. ca. ij.
Comitiali morbo vexati. lib. xxv. ca. i.
Cōmodi impatoris natiuitas. lib. ij. ca. i.
Crudelitas. lib. ij. ca. xj.
Consilū celādū sent. metelli. lib. xix. c. vij
Constantij imperatoris ętas. lib. ij. ca. viij.
Cor humanū. li. vij. ca. ix. & li. xiij. ca. vij.

Tabula alphabetica

Crassi mutiani insignia. lib. xiij. ca. v.
Crucis nobilis cōsyderatio. lib. vij. cap. ij.
Aemonū natura lib. vi. ca. ix. Ingeniū & cōceptio li. vij. ca. iiij.
Potestas lib. ix. cap. v. vires & genera lib. xxi. cap. v.
Demosthenis mollicies lib. vi. cap. ix.
Demosthenis fuga. ac dictū: & timiditas ī ppria causa vt Ciceronis lib. xviij. c. iij.
Deportati & relegati lib. xxij. cap. v.
Deus sentinus & viturius lib. xiij. capi. xi.
Deorū milia. xxx. apd Hesiodū li. iii. c. xiiij
Deorū noia & potestates lib. xxv. cap. xi.
Deorū colēdorū lex Ro. lib. xiij. ca. iij.
Deus maximº egyptijs lib. xxiiij. ca. xvi.
Dea tutulina lib. xxv. cap. v.
Dij Romani mēsibus p̄fecti li. viij. ca. viij.
Dij regionum & vrbium lib. ix. ca. iij.
Dij equiterni & equintegri lib. xij. capi. xiij.
Dij legetū & frugum lib. xv. ca. x.
Dij vtriusq̄ sexus lib. xxiii. ca. vi.
Dicendi genus triplex lib. viii. ca. iii.
Dicta elegantia lib. xii. ca. xi.
Dies atri & luctuosi lib. ix. ca. xii.
Dignitatis habēda ratio lib. ii. ca. iiii.
Diocletianus īperii cōtēptor li. xiii. c. viii.
Directarij & cichobates lib. xvij. ca. vii.
Diuitię perniciosę lib. xxv. ca. ix.
Docti cur diuitū domos frequentēt & non econuerso lib. vii. ca. xiiii.
Dodonę oracula lib. xxv. ca. ix.
Dracones mirandi visi lib. xx. cap. iii.
Lemēta & qnta essētia li. vi. c. xij
Elemēorū figurę li. xiii. capi. x.
Elephāti docilitas lib. v. c. xiiii.
Elephātus cōtra vallā li. xx. c. x.
Elysij vnde a Vergilio sumpti lib. v. ca. xi.
Ennius de scipione lib. xix. cap. iii.
Ephesinę dianę tēpli flagratio li. i. ca. xv.
Esdrę eruditio & quis Cabala li. xxv. c. iii.
Eserninus orator li. xix. ca. ix.
Euclidis studium lib. vi. ca. vi.
Excōsules & exquestores etc. li. x. cap. xii.
Amilię Romanę li. xxi. cap. xiii.
Et lib. xxiii. cap. viii.
Fidius deus lib. xxi. ca. vi.
Filij sapiētū insani lib. xxi. c. ix.
Fortunę potestates lib. i. ca. v.
Franciscus barbarº obmutuit lib. v. ca. iii.
Frondes conuerti lib. iiii. cap. vi.
Fulgurator & fulminita lib. viii. ca. xii.
Fulminū genera lib. xi. ca. i.
Fulmen in natali Ciceronis lib. ii. ca. v.
Fuluię in caput Cice. sęuitia li. i. ca. viii.
Fumo pereant fumū vēdētes li. xviii. c. xi
Funābuli & funerepi lib. v. ca. xiii.
Furtorū punitio lib. iii. cap. xiii.
Amaliel de christo lib. x. ca. i.
Galieni improbitas li. xiiii. c. iiii.
Galli ī alex. magnū li. iiii. c. xiiii.
Gallonij acipenser li. vi. cap. iiii.
Germanorū resp. & mores. lib. xii ca. viii.
Gibellinus es &c. dictū pōt. li. vii. ca. xiiii.
Gigantum pedes tortuosi lib. ii. ca. xi.
Gnostici & Eucheti lib. vii. capi. iiii.
Gregorii Nazianzeni studium li. vii. ca. i.
Adrianus in florū poetā lib. xv.
Heliogabali luxus li. xvi. ca. x.
& li. xvii. ca. xi. & li. xxiii. c. ii.
Heretici varii lib. xvi. ca. vi.
Hermolai barbari interitus. lib. xv. ca. vii.
Hermolao barbaro defuncto impensū officium a Pico Mirandulano lib. i. cap. vii.
Hetrusca disciplina lib. x. cap. vii.
Hieronymus sanctus male fugillatur libi. ca. x. Eius studiū lib. vi. ca. vi.
Hieroglyphicę egyptiorū lib. vij. capi. ij.
Hierophantę atheniē. lib. ix. ca. x.
Hismenia apud Hieronymū li. xij. ca. x. ij.
Hominis libido insolens li. xxiij. ca. xvij.
Horatii locus emendatus lib. xviij. ca. iiij.
Hormisidę persę liberatio lib. xviij. cap. i.
Hortensij mollities lib. vj. cap. ix.
Hostoriū quid sit lib. xxiij. ca. xiij.
Anisrons q̄druplex li. iiij. ca. x.
Idiomatū italię genera. l. iij. c. iij.
Idiomata quot apud veteres lib. xvij. capi. i.
Imagines philosophorū in gymnasijs. li. i. cap. xi.
Imago discordię lib. xiii. cap. ij.
Imagines proscriptę e tēplis lib. & cap. ix.
Imagines deorū nō fuisse Romę. lib. xiiij. cap. xij. & xiij.
Imagines impatorū quas iudęi recipe noluerūt ad victores missę lib. xvij. cap. x.
Imperij Romani Auctoritas lib. viij. c. xi.
Imperij periculum lib. x. cap. viii.
Indigitare deos lib. i. ca. xviii.
Infans monstruosus lib. xxi. ca. viii.
Insolentię malum lib. xiii. cap. xii.
Interfectoris hominū prędia li. iiii. ca. xij.
Ioannis scoti doctoris cędes. l. xxiiii. c. xi.
Iracundi memoria p̄stant lib. i. ca. vi.
Isocratis prestantia lib. xxii. ca. xi.
Iudices recuperatores lib. ix. ca. xii.
Iulius cęsar ad Rubiconem lib. xii. cap. v.
Iuliani in Christianos sęuitia lib. v. cap. x.
Iunonis monetę nomen lib. xxi. cap. iiii.
Inreconsultorū peritia lib. xv. ca. viii.
Abieni dicacitas lib. xix. ca. iiij.
Lapidare & lapidationes li. xxv. capi. vi.
Lecomātia lib. vj. capi. xi.

Petri Criniti de honesta disciplina

Lectorum ornamenta.lib.xxiij.ca.ij.
Legiones exercitus Rom. lib.xij.cap.iiij.
Leones ad currum iuncti lib.xvi.ca.x.
Leporinus cibus ad gratiam lib.v. cap.ij.
Lex sympositaca lib.ix.cap.ij.
Liberi & parētes qui sint lib. xv.capi.viij.
Libri magonis de agro colendo.li.iiij.c.ij.
Licentia nimia quid noceat lib.vj.capi.v.
Licentia poetarum repressa lib.xx.cap.ix.
Lychnuchos quid sit lib.xvij.capi.vj.
Lychnobij qui sint lib.xvj.ca.vj.
Lymphiōes & Lympholēti li.xxiiij.c.xv.
Litterarū in iudicijs notę lib. vj.capi.viij.
Liuij operis diuisio lib.vij.capi.xij.
Liuius regibus lectitandus lib. xviij.ca.ix
Loquendū caute apud principes li.vj.c.ij.
Lothos arbor capillata lib.xx.cap.iiij.
Lucilij acrimonia in satyra lib.xviij.ca.x.
Lucretij obitus quo die fuit li. xxiiij.c. iiij.
Ludi in triumpho Probi. lib. xij.capi.vij.
Lunus deus apud Carras lib.xxiij.ca. vj.
Achinę bellicę lib.xix.cap.ij.
Macrinus in adulteros li.xi.c.ix.
Magia dardani lib.ix.cap.j.
Magia ęgyptiorū lib.ix. capi.v.
Manassis regis statua lib.iiij.ca.x.
Manna apud veteres lib.xxv.ca.vij.
Maximiani in christianos sęuitia li.vij.ca. v.& lib.xvij.cap.ij.
Mœchanica industria lib.xvij.ca.xij.
Mecœnas per trienniū insōnis li.xj.c. xiij.
Mecœnatis mollicies lib.xxiiij.cap.xij.
Mediusfidius & fidius deus lib.xxi.ca. vj.
Mēoria ī iracūdis & nō in grauib⁹.li.i.c.vj.
Mercurij in doctri.prestantia.lib.ix.ca.xj.
Mercurij de deo verba lib.xxiiij.cap.iij.
Metamorphosis pythagorica li.xi. ca. iij.
Meretrix in tormētis cōstans li.ix.ca.viij.
Messala p̄turam fugit lib.j.ca.xij.
Metelli insignia lib.xiij.ca.v.
Militum nomina lib.xj.cap.x.
Milites ęredituri lib.xviij.capi.vj.
Milonis robur lib.viij.cap.vj.
Min facere quid sit lib.xviij.ca.v.
Mytra deus persarum lib.v.cap.xiiij.
Morbus comitialis lib.xiij.cap.xii.
Morbus tonsillarum lib.xvij.ca.xvj.
Morborum varia nomina lib. xx.capi. x.
Morbus sonticus lib.xxv.capi. x.
Mosis ętas lib.vii.ca.x.
Muginari quid sit lib.xviii.cap.v.
Mulsum apud veteres.lib.iiii.ca.viii.
Multa minor & maxima lib.xxv.cap.viii.
Municipes Romani li.vii.c.vi.
Arsetis ętas lib.ii.capi.viii.
Narsetis dictum lib.x.ca.ii.
Nasati bene lib.xvii.cap.xi.
Naturę ordo & potestas lib.xiii.ca.i.
Necepsi magica ars lib.xix.ca.xiij.
Nemesis imago & potestas lib. xix.ca.vi.
Niobes statua lib.xi.capi.iiii.
Nomina romanorum lib.iii.capi.iiii.
Nomina sacculorum lib.xii.ca.vi.
Nomina & genera telorū lib.xiii.capi.vi.
Noīm apud comicos īpositio li.vij.c.viij.
Nodo carebat vestis flaminū lib.& capi.x.
Numę regis tēporib⁹ an fuerint imagines in templis deorū Romę lib.xiiij.ca.xiij.
Numerorum in tribus scientijs proportio. lib.xiiij.cap.ix.
Ociosi taxantur. lib.ij.ca.xij.
Octauij Aug.prudētia li.ij.c.iiij.
Octauij oratoris facin⁹li.vij.c.iij
Ocios parētū moriētiū vetant̄ liberi comprimere lib.xviij.cap.xij.
Oraculū de romuli īperio lib.xvi.capi.vj.
Oraculorū gentilitū falsitas lib.viij.ca.iiij.
Oratores pręclari eligues facti lib.v.ca. iij.
Oratores athe.nō eē audiēdos li.xxij.c.iiij.
Oui auguriū per Octauiā Aug. li.xi.ca.v.
Acuuij carmē de fortūa li.v.c.v.
Panos interitus lib.xiiij.capi.iij.
Pasceolū & sacciperia li.xij.c.vi.
Passien⁹ de amicis habēdis li.xij.
Pauimētorū genera.li.xxij.ca.j. (ca.xij.
Pedanei iudices & pedarij fautores li.xv.c.
Pentelici hermę apud Cice.l.v.ca.xij.(xij.
Perę.mātice sacculi &c.lib.xij.cap.vi.
Persarum regū filiorū educatio lib. i. ca.ij.
Philemonis comici interitus lib.iiij.ca.vij
Philectotē legēdū ī epist. Cicero li.iij.c.xij
Philosophia vetus cū religione. li.iij.ca.ij.
Philosophi ad egyptios ꝓfecti lib.ix.ca.i.
Phrynes meretricule fraus lib.xxiiij.ca.x.
Pici mirādulę studiū li.ij.col.ij.& li.v.ca.j.
Pietaticultrix & gracilipes ciconia li.iiij.c.
Pisistrati astus & tyrānis lib.iiij.ca.j. (xiij.
Pythagorica philosophia li.iiij.capi.x.
Pixodorus pro deo habit⁹ lib.ij.capi. vij.
Planetarū in nos vires lib.xij.ca.ij.
Platonis inuidia lib.iij.capi.ij.
Platoni quantū concessū est li. xxiiij. ca.i.
Plutarchi prestantia lib.xiiij.ca.i.
Plaut⁹ de Aristarchi Achille lib.xxiii.c.ix
Plato īter pytha. & socratem medi⁹.li.xij.
Poetę a romanis cōtēpti li.v.ca.iiii. (ca.i.
Poetarū latinorū notę.lib.xxiii.ca.vii.
Populi administratio vitāda lib.i.cap.iiii.
Porphirii in Christū impietas li.xxiii.c.x.
Pręceptorū obseruatio lib.iiii.cap.iii.
Pręfecti syluarum.lib.iiii.cap.v.
Prę̄nomina latina lib.xx.capi.v.
Pręscriptio quīq̄ pedum lib.xxv.cap.iiii.
Pretextatus sermo lib.xx.capi.vii.

Tabula alphabetica

Primani tertiani etc.milites lib.xj.capi.x.
Principia rerū & morborū li. xvij.ca. xv.
Proculi libido. & qui ad gignendū fœcundiores sint reperti. folio. viij. capi. vij.
Procul⁹ fortuito īperator euasit li.xi.c.xi.
Proprietas antiquorū ī carmine li.x.ca.ix
Prosa & postuerta & anteuorta deę gentilium quondam. fol.xxij.capi.ix.
Psylli & marci fascinatores. lib.i.capi.iij.
Puteo se demergētes in gallia lib.iij.ca.ix
Quadragenarij nūeri ptās p̄sertim in pueros. lib. xxij. capi. vj.
Qd e pro q̄ vetuste. li.xv.c.iiij.
Am⁹aure⁹ & visc⁹ī ilice.li.iij.c.x
Reciprocornes arietes etc. li. ij. capi.xiij.
Regionū. xvi. cœli numina. li.
Relatī ęrarios li.iiij.ca.xiij. (vi.ca.vij.
Reliq̄tores & reliquari qd sit lib. xv.ca.iij
Repandirostrū etc.lib.xix.capi.v.
Reus & dānatus qūo differāt lib.iij.ca.v.
Robur milonis & quorūdā īpatorę li.viij.
Romanorū studiū li.xiiij.ca x. (ca.vj.
Rutrū & Rutellū qd sint. li.xxiij.ca. xiij.
Sacerdotes Romani li. ix. ca.x.
Sacra nō diuulgāda li. vi. ca.iij.
Sacricōmissum lib. xiiij.capi.ij.
Sagmina legatorū li. vij. ca. iij.
Samiata ferramēta & samia vasa lib.xxij.
Saporis regis epīa lib.ij.ca.ix. (ca.x.
Saporis & Tāburlani sęuitia li.xiij.ca.iiij.
Sarabaitę sacerdotes lib.iij.capi.xv.
Saturnini de imperio verba lib.x.ca. viij.
Scyph⁹ surrept⁹ in conuiuio lib.xij.ca.ix.
Scirp⁹ nō ē ęnigma sed scrup⁹ li.ix.c.xiij.
Scopelismi crimen li.viij.capi.x.
Scoti antropophagi lib.iij.capi.x.
Segetis traductio vetatur lib. v. capi.vij.
Semissi & sarmētarij dicti xp̄iani.l.i.c.xiij
Senecę doctrina lib.i.capi.xvi.
Senecę loc⁹ī epīs emēdat⁹ li.viij.&.v, &
Speliēdi ītra vrbē li.xxi.c.xij. (li.xix.c.iij
Serapis lib.xxiiij.capi.xvj.
Serperastra in geniculis puerorū li.xvij.c.
Serpētū nāī egypto li.xvij.ca.ij.(iiij.&.v
Serui ī piscinas abiecti lib.vj.ca.x.
Sybillarū vaticinia lib.xx.capi.i.
Sigma mensa lib.xix.capi.x.
Syllę sęuitia lib.vi.capi.x.
Simon magus ꝑ deo habitus li. viij.ca.i.
Syria dea lib.xxiiij.ca.ij.
Socratis cōstantia cū vxorib⁹ lib.i.ca.xi.
Somniātes inambulare soliti li.xj.ca.xiij.
Somni remedium lib xix.ca.i.
Sophoclis poetę obit⁹ lib.ii.capi.iij.
Sororiare et mām ę sororiātes li.xi.ca.xij.
Sortes prenestinę lib.xxij.capi.iij.
Spurius vñ natū vocabulū lib. xx.ca.v.
Stadium qd sit & q̄ multiplex li.xxi.c.x.
Stili figura & pars deletilis. lib.xiij.ca.iiij
Subsellia & eorū vocabula lib.ij. capi.iij.
Subulo.i.tibicen.lib.xviij.capi.xiij.
Ages fortiū iuētor li. xvi. ca.j.
Telleno & Poliorces li.xix.c.ij.
Tēpla & sepulcra extra vrbē. li.
Tēplariorū supstitio li. (& ca.v. xxiiij.capi.xiij.
Terręmotus maxim⁹ & ei⁹ cā. li.ix.ca.vij.
Tentoria tamburlani lib.i.capi.i.
Tertulliani eruditio lib.xvij.capi.ix.
Testudinis ęnigma ex Pacuuio li.xi.c.vij
Toga Romana lib.iij.cap.vij.
Tonitrua in scænis edita.lib.ij.capi.x.
Trabes canes duces ī ntōsing.li.xv.c.vj
Traiani īperatoris gesta. lib.v.ca.vi.
Translationib⁹ parce vtēdū.li.xxi.ca.vij.
Tribun militū officiū.lib.ix.ca.ij.
Tribunorū plębis potestas li.xvij.ca.vij.
Tricones.lib.xxiiij.capi.xv.
Triūphantiū contumelię.lib.xxiiij.ca.v.
Tubertus apud Ciceronē.lib.ij. caxx.xij.
Varro doctissim⁹ a palemōe porcus dictus.lib.x.capi.xi.
Varrōis verba q̄dā.l.xviij.c.vij
Vasorū nomina. lib.xix.ca.xi.
Vates Romani.lib.xvi.capi.ix.
Vaticinia per aquā & vinum.lib.xxj.ca.iij
Venenatorū aīalium cibus. li. xxiij.ca. v.
Venereę rei lex.lib.xi.capi.viij.
Ver sacrum fieri.lib.xxiiij.ca.viij.
Verba latini sermōis q̄lia sint.li.xxi.c.vij.
Vergilij ī grāmatistas odiū. li.iij.cap.viij.
Vergilij prestantia.lib.v.ca.xi.
Verg.a cicerone laudatur. lib. vij.capi.xi.
Vergiliani vers⁹ alit̄ legēdi vt spondaici & dactylici. li.xxiiij.ca.vij. Tris pateat ęlj spatiū etc.li.iij.ca.viij. Si canim⁹ syllabas exponit̄.li.iiij.ca.v. Nosco crines ī canaq̄ mēta. lib.iiij.ca.xv. Furit intus aqua nō aquę vis.lib.xviij.capi.ij.
Veritatis studiū.li.v.ca.viij.
Versus Mineruij: Ianales etc.li.xvij.ca.ix
Vinū ꝑ desse cōtra aconitū. li.xx.iij.ca.ix.
Viri nullo affectu perturbati. lib.xxj.ca.j.
Vitę humanę spatium. lib. vij.ca. ix.&.x.
Vitę ciues puniendos esse lib. xxij.cap.ij.
Vitrū flexile & ductile factū.li.xxiij.ca.iiij
Vota iusta.i.quę petenda sint. li. x.ca.iiij.
Vrsi numidici.li.xiij.ca.ix.

FINIS.

PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRORVM DE POETIS LATINIS AD COSMVM PRACCIVM PONT. ARRETINVM.

LIBROS nostros de Poetis latinis Cosme Pont. Arretine tuo nomini dicare constitui: qua in re videri possũ recte atq; ordine fecisse. multa enim (vt constat) magno cultu atq; veneratiõe haberi solẽt: q; ipsis templis deorũ rite dicata sunt: quo magis tibi gratulãdum est: qui summa eruditiõe: optimisq; disciplinis excellis. Ego vero permultũ in hoc opere elaboraui: ea perquirẽdo ac diligẽtissime obseruando: quę ad hanc historiæ partem cõponendam pertinerent. Neq; mihi cõsiliũ fuit ea omnia cõplecti: quæ infinitis pene auctorum cõmẽtarijs traduntur. multa de industria prætermisi: ne quis forte diceret plᵒ laboris atq; studij a me impensum in cõgerendis Poetis: q̃ prudentiæ ac iudicij in eligẽdis. Itaq; fore quidẽ existimo hos libros minime ingratos illis hominibᵒ qui recte iudicare voluerint. neq; pręterea obscurum est: quantũ Romana ciuitas in hac studiorum facultate claruit. siqut dẽ Rom. etiã principes: aucto Imperio: & rebᵒ clarissime gestis magna cura incredibiliq; diligentia Poeticã coluerũt. Octauius Aug. Germanicus Cæs: & alij plures maxima animi voluptate in hoc disciplinarũ genere versati sunt. Nos a Liuio Andronico exorsi sumus. qui princeps apud latinos habitus est in edendis carminibus: vt suo loco a nobis dicetur. peruentumq; est vsq; ad Theodosij Augusti tẽpora: quibᵒ romana omnis eruditio simul cum maiestate Imperij cõminuta est ingruentibus in Italiam varijs populis atq; Barbaris nationibus. Idq; effecimᵒ summa breuitate imitati Suetonium Trãquillum his maxime libris. quos de grãmaticis ac rhetoribus latinis cõposuit. neq; desunt exẽpla doctissimorũ virorũ: qui de Poetis apud veteres diligenti studio scripserũt: vt apud græcos Zeno Cythieus & Aristoteles. apud nos, M. Varro & Vulcatius Sedigitus: quorũ opera interciderũt iniuria longæ vetustatis. Eorum nos industriã sequimur. nihil enim potius aut antiquius mihi potest accidere: q̃ versari in hoc liberali officio bonarũ disciplinarum. etsi nullũ omnino pręmiũ constitutũ est probis ingenijs propter aduersam rerum fortunã & inquiorẽ temporũ conditionẽ. sed nolim videri cuiq̃ in hac parte nimis ambitiosus referendis his malisque nostra tẽpestate inualescunt. Laurẽtius Medices auunculus tuus cũ illi relatũ foret in ciuitate sua non nullos esse: qui præclaro ingenio ac excellenti eruditione præstarẽt: primũ lætitia incredibili affectᵒ est: deinde multũ his pollicẽdo: clareq; & munifice agẽdo effecit: vt & bene meriti viderẽtur de suis studijs. & acrius atq; attentius indies pugilarent in psequendis atq; excolẽdis optimis disciplinis. Haud enim satis dignũ existimauit vir cõsilio & prudentia clarus in ciuitate sua eos homines haberi sine vlla merede: qui assiduam operã: singularẽq; industriã ponerent in tam præclaro opere indagandæ atq; illustrandæ antiquitatis. Sed his missis ad institutũ nostrũ accedamᵒ. quo per suas ætates Poetæ omnes Epici: Comici: Tragici: Lyrici: & alij veteres trãsigantur. qui apud latinos in hoc scribendi genere pręstiterũt. Et sane nihil toto ope magis me ipsum varie agitauit: q̃ diuersa scriptorũ traditio de tẽporibus. cũ magna ex parte inter se longe dissentiant. Tu iterim munᵒ hoc nostrũ læto animo capias: nonumentum quidẽ perpetuę summæ erga te beniuolentiæ. In quo testes habemus locupletissimos: cũ alios plures: tum Ber. Oricellariũ: cuius libri de vrbe romana facile probaturi sunt omnibus posteris: quantũ illius diligentiæ iure optimo sit cõcedẽdũ: in obseruãdis atq; illustrãdis antiquorũ monumẽtis. Bene Vale kaleñ. Nouembris. M. D. V.

De origine poetices apũd latinos.

QVi apud veteres latinos paulo diligentius de Poetice scripserunt: eiusq; originem accurate inuestigarũt: sero asserunt a Romanis fuisse hãc facultatem receptã annos post vrbẽ conditã supra. CCCC. ante id tẽpus Romę ciues illi habebantur nobiliores atq; egregii: qui strenue pugnando acres forent: ac in rebus gerendis excellenti aĩo & virtute præstarent. Sic laudabatur bonus ciuis Romæ: vt bonus Colonus: & fortis miles. Quo nomine malebant ea tẽpestate ab aliis sua gesta describi: q̃ ipsi aliorum narrare. Sed postea q̃ imperium ad id magnitudinis accessit: vt rebus clarissime gestis: pacem sibi & pacis cõmoda vindicassent: satis pulchrum atq; magnificũ putabant reipub. operam nauare: & in senatu bene dicendo: reliquisq; disciplinis percipiẽdis ingenium suum instruere. Atq; vt de Poetica rectius ordineq; agatur: Imperante adhuc Numa Pompilio: & occupata iam tum armis ciuitate: saliorum carmina facta sunt: quæ sacerdotes gradiui Martis ancillia gestantes cum tripudiis & solẽni saltatu certis diebus decãtarent. Et hæc quidem inculta atq; incõdita traditur fuisse pro temporum vetustate: propterea q; parę posteris sæculis intellecta. Paulomox cantica quædam & deuotionũ sacra vulgata sunt: laudesq; deorum immortalium versibus absolutæ: quibus more suo deos cõprecati cõsueuerũt: aut expiare vrbem insigni aliquo prodigio. Neq; tũ Romæ defuerũt qui vaticiniis editis popu. Romani facta describerent: vt Pub. Licinius Tegula: & Martiᵒ Vates: qui per obscuris versibᵒ futuras clades punicis bellis prænũciauit: ac de ludis præterea Apollinaribus carmen reliquit. Per eadẽ ferme tẽpora (quãtum ex antiquorum monumẽtis colligere possumᵒ (primus oĩm studiũ Poetices in vrbem intulit Liuius Andronycᵒ: eamq; facultatẽ illustrare cœpit edito carmine de bello punico: vt suo loco prosequmur. Auxerũt hanc paulomox: præcipueq; instruxerũt. Q. Ennius. M. Plautus: Nęuius: Pacuuius: Accius & Lucilius: q; græcorum disciplinas imitari permultũ excoluerunt suis fabulis atq; carminibus Romanorum ingenia. Qua in re illud minime prætermittendum existimo quod a. M. Catone relatum est: Poetas ipsos pricipio in vrbe contẽptui habitos & crassatores vulgo appellatos: qui Poeticæ studio tenerẽtur: quocirca minime mirari oportet: si. M. Fuluio nobiliori vitio datum est: q; is consul cum esset: in Aetholiam prouinciam. Q. Ennium secum duxisset. Factum tamen est: vt paulomox principes etiam viri aucto imperio: & domi forisq; pace adepta ad hanc studiorum partem animum inclinarint. Sũmoq; cultu: atq; honore illos habuerunt: qui carmine absoluendo viderentur admodũ excellere. Gratissimus fuit P. Scipioni Ennius. Mario. L. Plotius. C. quoq; Lelio viro clarissimo. P. Terentiᵒ qui adeo familiariter cum eo vixisse tradit: vt illius fabulæ a nõnullis Lelio asctibant. Decius præterea Brutus vir maximus atq; Imperator egregiᵒ magnopere Poetam Accium dilexit: nullã quidem ob aliam rationem præterq̃ q; in scribendo carmine præclaro ingenio foret. Hinc sacratum in ipsa vrbe musis tẽplũ & magna religione habitum. Quoniã existimarent a gratiis abesse illoꝝ ingenia: qui paulo indoctiores haberent: & quasi a musarũ sacris alieni. Sed hæc nõ debeo prosequi longiori oratione. Nam secreto ope de hac materia diligentissime complura collegimus. Quæ suis & ipsa temporibus edent ad communem studiosorum vtilitatem. Nunc ad eos Poetas accedemus: qui scribendis carminibus præcipue apud latinos claruerunt.

Commonitio ad legentes.

MOnendi sunt qui legent hos libros: ne vitio mihi vertant: si cubi viderint litteras nonnullas perperã locatas: id ei necessario accidit: dũ ipsi opifices (q̃ libros formis excudũt) in rẽ suã attẽtiores cõplura passim puertũt: aut temere post ponũt: quo fit: vt quædã litteræ egrediantur de præscripto: aliæ interdũ subsistant: qui sunt paulo doctiores perfacile hęc agnoscunt atq; inter legendũ corrigunt in cõmunem studiorũ vtilitatẽ. ad eos prouocam⁹: ne videamur decedere ab instituto nostro probandi mea studia illorũ iudicijs: qui magis rationẽ ipam sequũtur: q̃ libidinẽ in censendis atq; æstimandis ingenijs. Reliquum est: vt subijciamus eorũ Poetarum nomina de quibus egimus per singula volumina.

Ex libro primo.

Liuius Andronicus Epicus. Caput. j.
Q. Enni⁹ Epic⁹. ij. M. Plaut⁹ Comic⁹. iij.
Gn. Nęuius Comicus iiij.
M. Pacuuius Tragicus. v.
Stati⁹ Cęcili⁹ Cõ. vj. L. Acci⁹ Trag. vij.
Pub. Terentius Com. viij.
C. Lucilius Satyricus ix.
Sex. Turpilius Com. x.
Gn. Matius mimmographus. xj.
L. Afranius Com. iterũ. xj.
Fabius Dorsennus Com. xij.
M. Attili⁹ Trag. xiij. Q. Trabeas Cõ. xiiij
Gn. Aq ilius Com. xv. & xvj.
C. Licinius Imbrex Com. xvij.
Q. Nouius Com. xviij.

Ex libro secundo.

T. Lucretius Phisicus xix.
L. Pomponius Bononiẽsis Com. xx.
Decius Laberius mimographus xxj.
Q. Catullus epigrãmatũ scriptor. xxij.
Q. Atta Com. xxiij.
Pu. Syrus mimmogra. xxiiij.
Portius Licinius epigr. xxv.
Valerius ędituus epigr. xxvj.
C. Valerius Catullus. xxvii.
Cor. Licinius Caluus epigr. xxviii.
Q. Cornificius epigr. xxix.
C. Heluius Cinna xxx.
M. Furius Bibaculus xxxj.
Pu. Terentius Varro Atacinus. xxxvij.
C. Ticida epi. xxxiij. Fu. Antias. xxxiiij.
L. Iul. Calidi⁹. xxxv. Laurea Tul. xxxvj.

¶ Ex libro tertio.

Pub. Verg. Maro Heroicus xxxvij.
Q. Horatius Flaccus. xxxviij.
S Valgius. xxxix.
Albius Tibullus Elegiacus. xl.
M. Mallius mathemat. xlj.
Cn. Cornelius Gallus xlij.
Sex. Aurelius Propertius eleg. xliij.
Lu. Varius Trag. xliiij.
C. Mecœnas xlv.
Pub. Ouidius Naso. xlvj.
Cassius Seuerus xlvij.
Domitius Marsus epigr. xlviij.
Iulius Montanus. xlix.
C. Germanic⁹. l. Au. Cęsi⁹ Bassus Lyr. lj.
Aemilius Macer Veronensis. iterũ lj.
C. Rabirius. lii.
L. Anneus Seneca Trag. liii.
C. Asininus gallus liiij.
A. Persius Flaccus Satyr. lv.
Cor. Seuerus. lvj.
M. Anneus Lucanus. lvii.
Pomponius Secundus Trag. lviij.
Gn. Getulicus epigr. lix.
Sextilius Hena Hispanus lx.
Saleius Bassus Epicus. lxj.
Clodius Sabinus. lxii.
C. Pedo Albinouanus. lxiii.
Volcatius Sedigitus. lxiiij.

¶ Ex libro quarto.

Pu. Statius Papinius Heroicus. lxv.
Silius Italicus Heroicus. lxv. secundo.
Val. Flaccus Setinus Heroicus. lxvj.
Dec. Iunius Iuuenalis Satyr. lxvij.
Aruntius stella. lxviij.
M. Va. Martialis Epigr. lxix.
Sentius augur epigr. lxx.
Vestritius spurina Lyr. lxxj.
Voconius victor epigr. lxxij.
L. Paulus Passienus elegi. lxxiij.
T. Annianus Po. Fescennin. lxxiiij.
Marcus Marullus. lxxv.
A. Serenus Lyr. lxxvj.
Verg. Romanus Com. lxxvij.
Festus Ruffus Auienus. lxxviij.

¶ Ex libro quinto.

Alphius Auitus. lxxix.
Septimi⁹ Afer. lxxx.
T. Caphurnius Siculus. lxxxj.
Aurelius Olympius Nemesian⁹. lxxxij.
Maurus terentianus. lxxxiij.
Cl. Claudianus Alexandrinus. lxxxiiij.
Dec. Ausonius Gallus lxxxv.
Damasus Hispanus. lxxxvj.
Iuuencus Hispanus. lxxxvij.
Aurelius Prudentius Clemens. lxxxviij.
Pontius Paulinus. lxxxix.
Licentius Hipponensis. xc.
Venantius Honorius fortunatus. xcj.
Faustus Gallus. xcij.
C. Sollius Sidonius Apollinaris. xciij.

De Poetis latinis Li. I. Fo. XCVII

PETRI CRINITI LIBER PRIMVS DE POETIS LATINIS: AD COSMVN PACCIVM PONT. ARRETINVM.

Liuius Andronicus Epicus Cap. I.

Liui⁹ cognomine Andronicus Poeta Epicus habitus est. Romæ floruit post vrbem conditam annis Paulo supra quadrigẽtis: quæ res probis aut horibus confirmatur. In annalib⁹ enim quos habemus a græcis plęrunq; annorum supputatio falsa ẽ: & historiæ veritas corrupta. Marcus Cicero & alii veteres Liuium hũc referũt primum dedisse fabulas apud latinos: eoq; maxime tempore præstitisse: quo sen. p. q. r. pacem fecit cum pœnis. Gell i⁹ autem scriptor nobilis: & in perscrutanda omni antiquitate diligens de Liuio Andronico ad hunc modum tradit: quo loco annorum historiam cõtexit. L. Liuius poeta inquit fabulas primo i vrbe Roma docere cœpit. Cor Claudio Appii Cæci filio: & Marco Tuditano Cos: post obitum Sophoclis & Eurípidis annis plus fere centũ &. lx. quod & Marcus Cicero pbat qui ad Brutum scribens anno ante natum Ennium refert Liuium dedisse fabulas. Portius vero Licinius cum de poetica loquitur: eius studium dicit Romæ cœptum bello punico secundo. Quod ex his versibus facile colligitur: quos Horatius Flacc⁹ imitatur.

Punico bello secundo musa pennato gradu.
Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram

Sed hæc satis hoc loco: ne forte videamur nimium detineri in his repetendis. Idem Liuius domi ac foris primo docuit: vtraq; lingua (vt Suetonius tradit) non sine magna commendatione sui nominis. Nam vetustissimi illi erant fere semigræci: & græcas disciplinas atq; etiam æthruscas pari studio discebãt: quod ex veterum monumentis intelligitur: Laudatur Liuius & eius carmen: cum ab aliis multis: tũ a Valerio maximo: &. T. Liuio qui copiose scribunt: quantum Romæ præstiterit editis carminibus: quæ ter nouenæ virgines data reste per manus per vrbem euntes decantarũt ad iram deorum placandam. Præteteo de his fabulis referre: quas Liuius dicitur a Satyris trãstulisse: Puerumq; ad canendum instruxisse ante tibicinem. Præcipue vero commendatus est ab antiquis grammaticis Liuius iu odyssea: & Romanis annalib⁹ Etsi quidam temere hæc referunt ad alterum Liuium: parum diligenter consideran tes: quæ a Gellio & Prisciano scribuntur. Diomedes quidem sic de Liuianis ãnalibus prodit. Epos (inquit) apud latinos primus digne scripsit Liuius is qui gesta Romani popu. duodeuiginti complexus est libris. Hi sunt appellati annales Liuiani: q̃ acta singulorum annorum continerent. Idem præterea Liuius composuit hymnos deorum: vt a Terentiano & Liuio notatum est in Romana historia. Afferuntur hi vers⁹ Liuii ex hymno de Diana.

Et iam purpureo suras include cothurno
Baltheus & reuocet volucres in pectore sinus
Pressaq; iam grauida crepitet tibi terga pharetra
Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.

In his variatur carmen: ac sub heroico myurõ apponitur: quocirca sic de Liuio Terentianus.

Liuius ille vetus Graio cognomine suæ
Inserit in omni versu puto tale docimen

Premisso heroo:subiungit nanq; myuron
Hymnum quando chorus festo canit ore Triuiæ.

Hæc sũt quæ de Liuio Andronico digna relatu existimauimus: de obitu eius nihil apud veteres legimus

Q.Ennius Caput.II.

Ennius Poeta epicus Tarenti natus traditur: vt est author Eusebio: vt plerq; volũt rhudiis oppido Salentinorum:quod a Mella Pomponio & aliis veteribus affirmatur. Traslatus in vrbem dicit a Catone quæstore deuicta Sardiniæ prouincia:qua tempestate missi sunt ab Athenienfibus legati ad Senatum populi Romani Diogenes Stoicus.Carneades Academicus:& Critolaus peripateticus.florente in scæna Marco Plauto: & in ciuitate Marco Catone oratore clarissimo.Deinceps imsequuti sunt Statius Cæcilius:Pacuuius: Accius & Publius Terentius.Dicitur fuisse Ennius ingenio acri:& eruditione multiplici:vt qui domi foriscq; docuerit:& cum græcam linguam oscamq; & latinam calleret:solit est dicere sibi esse tria corda:de quo multa scribuntur a Gellio i Atticis cõmentariis.Si quis est qui cognosse velit:qualis & quantus vir Quintus Ennius fuerit:qua fide:modestia:comitate:ingenio doctrina:cultu:probitate:vixerit: legat illos versus ex annali septimo:quos Aelius preconius nõ minus ad ipsum auctorem Ennium existimauit referendos:q̃ ad Seruilium Geminum:Neq; defuerunt qui putarent Quintum Ennium de se ipso & ingenio suo talia scripsisse. Nos eo libentius carmen ascribemus: quoniam Gellius pari diligentia edisscendum asserebat:atq; præcepta quædã & optima decreta philosophorum de ratione & officiis recte viuendi.

Hocce loquutus vocat:qui cum bene sæpe libenter.
Mensam:sermonesq; suos:rerumq; suarum
Comiter impertit:magna cum lapsa diei
Pars foret:e summis rebus:paruisq; rerundis.
Parte fuisset de paruis:summisq; gerundis
Consilio induforo:lato:sanctoq; senatu.
Cui res audacter magnas:paruasq; iocumq;
Eloqueret quæ tincta malis:& quæ bona dictu
Euomeret:si quid vellet:tutoq; locaret.
Quo cum multa volup, ac gaudia clamq; palamq;
Ingenium cui nulla malum sententia suadet:
Vt faceret facinus leuis:haud malus idem.
Doctus:fidelis:suauis:homo:facundus:suoq;
Intentus:atq; beatus:scitus:secunda loquens in
Tempore commodus:& verborum vir paucorum.
Multa tenens antiqua:sepulta:& sæpe vetustas
Quæ facit:& mores veteresq; nouosq; tenentem
Multorum veterum leges:diuumq; hominumq;
Prudentem:qui multa loqui ve tacere ve possit.
Hunc inter pugnas compellat seruilius sic:

In auẽtino colle dicitur domum habuisse prope ædem Tutulinæ deæ adeoq; tenui victu & parcis sumptibus vixisse vti contentus fuerit vnius ancillæ ministerio. Inter amicos habuit Marcum Catonem, C.Cethegum:&.M.nobiliorẽ.quem sequu-

tor traditur.Cum consul in ætholiã proficisceretur.Scipioni Affricano ita cõiunctor atq; charissimo fuit:vt inter præcipua fidei ac beniuolẽtiæ exempla relatum hoc sit a veteribus.Composuit permulta opera vario & multiplici carmine.Nã præter celeberrimos libros ãnaliũ:Satyras etiã comœdiasq; & tragœdias scripsit.Annales eius Q.Varguntei us inter antiquos grãmaticos nobilis magna celebritate certis diebus exposuit.Octauius quoq; Lãpadio eosdẽ libros diligentissime emẽdauit.vt in veterum cõmentariis adnotatũ est:Duodecimum annalem addidit cũ septimũ:& sexagesimum annum ageret:vt est author.M.Varro.Satyrarũ libros scripsit quadratis versibus:qui in magno precio habiti sunt.Citatur præterea Ennius in his fabulis.hoc est i Telepho:in Ambracia:Eumenidibus:Alcmeone Andromacha:Thieste:Medea quã ex Euripede in latinum conuertit:Item in Phœnice:i Telamone:Hecuba: Hectoris lustris:Achile Aristarchi:& Pãchratiastis in Epicharmo:in Cresphonte.Idem in latinum sermonem transtulit poetam Euhemerum.qui de diis græca oratione libros composuit:vt Cicero & alii veteres testantur.T.Lucretius eundem Ennium refert:primum fuisse apud latinos:qui coronã sibi ex Helicone assumpsit:quo loco Pythagoræ sententiam repetit de animæ Metamorphosi.

Ennius:vt noster cecinit:qui primus amæno
Detulit ex helicone perenni fronde coronam.
Per gentes Italas hominum:quæ clara clueret.

Silius Italicus centurionem fuisse Ennium tradit in bello contra pœnos:ac præsenti animo rem gessisse:vt in his versibus declaratur.

Nota parum magni longo tradantur in æuo
Facta viri:& meritum vati sacremus honorem.
Ennius antiqua Nassapi ab origine Regis:
Miscebat primas acies:latiæq; superbum
Vitis adornabat dextram decus:hispida tellus
Miserunt Calabri:Rhudiæ genuere vetustæ.
Nunc Rhudiæ solo memorabile nomen alumno
Is prima in pugna vates:vt thracius olim
Infestam bello quateret:cum Cynthius argo:
Spicula deposito rhodopeia pectore torsit.
Spectandum sese:non parua strage virorum.
Fecerat:& dextræ gliscebat cædibus ardor.

Quintilianus poetam Ennium summopere commendat:pariq; veneratione colendum atq; adorandum statuit:qua sacros vetustate lucos: in quibus grandia & antiqua robora non tantam habent speciem:quantam religionem. Vixit ad extremã senectutem:cunq; morbo articulari teneretur:eo ingrauescente septuagenario maior in fata concessit:Sepultusq; tradit vna in monumento.Cn.Scipionis via appia intra primum ab vrbe miliarium.Neq; desunt qui dicant ipsius Ennii ossa ex laniculo fuisse in patriam translata.Fuit alter Ennius paulo posterior in officio artis grammaticæ nobilis:qui de metris scripsit:deq; augurandi disciplina libros reliquit: Sed hoc dicemus commodius.Nunc illud carmẽ vulgatum adiiciemus de poeta Ennio quod equidem subdubitassem ab eo fuisse conpositum:nisi Marcus Cicero pluribus locis ab ipso Ennio editum affirmaret

Aspicite o ciues senis Ennii imaginis vrnam.
Hic vestrum pinxit maxima facta patrum.

Nemo me lachrymis decoret: nec funera fletu
Faxit: cur volito viuus per ora virum.

M. Plautus. Caput. III.

M. Plautus patria Sarsinas fuit ex vmbria: quod ipse de se insinuat: in fabula Mostellaria: & alii veteres tradũt. Constat eum his temporib9 Romæ vixisse: atq; in scæna præstitisse: quibus in ciuitate Pub. Scipio Fului9 nobilior: &. M. Cato excellentes habiti sunt. Ingenio perurbano fuit: & maxime festiuo q̃ cum alia multa indicant: tum comœdiæ ipsius plenæ iocunditatis: ac leporum. Relata sunt ab. A. Gellio complura in atticis noctibus de eruditione: & fabulis Plautinis ex auctoritate. M. Varronis: qui Plautum ait: cum erogasset omnem pecuniã in scænis ornamẽtis ad summam paupertatem fuisse redactum. Eaq; ratione in vrbem rediisse: & operam pistori locasse ad victum comparandum: his molis circumagẽdis quas trusatiles vocant: Hieronym9 manuales appellauit. Et cum aliquandiu in pistrino versaretur: ibidem fabulas aliquot dicitur composuisse vt Satutionem & addictum. M. Varro in libro de Plautinis comœdiis verba hæc posuit: quæ adscribenda existimaui: vt a Gellio est obseruatum. Feruntur sub Plauti nomine comœdiæ circiter. C. &. xxx. Sed homo eruditissimus Lælius. xxv. dumtaxat illi9 esse censuit. Neq; dubium est quin ista etiam: quæ a Plauto scripta non sunt: veterum poetarum fuerint. vt. M. Accii. C. Plautii: a quo dictę sunt Plautianæ fabulæ: non Plautinæ: Cæterum cum. xxv. a veteribus connumerentur. M. Plauti comœdiæ. Sciendum est præter illas. xx. (quæ a nostris grammaticis consensu omnium pro Plautinis habenẽ) tris a Gellio nominari: hoc est Boethiam. Neruulariam: Fretum: Varro & Sex. Pompei9 alias plures nuncupant: vt Artemonem: Friuolariam: Phagonem: Cestrionem atq; Astrabam: easq; inter Plautinas referunt. De Astraba tamen Gellius & Noni9 dubitarunt. In fabulis suis sequut9 est græcos authores: maxime Demophilũ: Philemonem: & Epicharmum Siculum: vt Horatius Flacc9 testatur. Tantumq; scribẽdi elegantia & salibus visus est præstitisse: vt Epius stolo affirmare nõ dubitauerit: Musas ipsas Plautino sermone fuisse locuturas: si latine loqui voluissent: quod a Fabio Quintiliano refertur. Quocirca Gellius censor optim9 omnium scriptorum appellat eundem Plautum parentem ac principem in omni latina elegantia. Volcati9 sedigitus: cum de ordine comicorum scribit post Cecilium collocauit Plautum: cæterisq; omnib9 prætulit: nomen Plauti deductum est a planitie pedum (vt est author Sextus Pompeius) prius enim Marcus Plotus dicebatur. Hinc semiploria calciamẽta dicta sunt: quibus in venationibus vterentur: sed hac de re suo loco diximus. Obiisse traditur paucis annis post Quintum Ennium: olympiade centesima. xlv. Quãtum iacturæ factum sit in eius obitu: testatus est idem poeta his versibus de se compositis.

Postq̃ est morte captus Plautus
Comœdia luget: Scæna est deserta.
Deinde risus: ludus: iocusq; & numeri
Innumeri simul omnes collachrymarunt.

Cn. Nævius. Caput. IIII.

Cn. Nævius poeta comicus illustris est habitus. Cãpanus fuit. vt a Gellio traditur in Atticis noctibus Volcati9 sedigitus post Cæcilium & Plautũ constituit illi tertium locum. Neq; Licinio tantum: verumetiam Attilio:

Terentio: atq; Turpilio p̃posuit: eo maxime tempore in scæna dicit̃ præstitisse fabulis ad populũ editis: quo. Sp. Carbili9 cognomẽto Ruga primus Romæ de amicorũ sentẽtia diuortiũ cũ vxore fecit: q̃ esset sterilis: iurauitq; apud cẽsores vxorẽ se liberũ quærendorũ causa habere. Traditũ est ab antiqs scriptorib9 poetã Neuiũ stipẽdia fecisse bellis punicis: idq; ipm testari Neuiũ eo carmĩe: quod a se scriptum est de bello punico. Qua in re: nec illud est omittendũ: q̃ cũ esset vnicũ volumẽ Neuii: Octaui9 Lãpadio grãmatic9 excellẽs diuisit illud in. vii. libros: vt alibi diligẽter exposuimus Prisci em̃ grãmatici cõsueuerũt pro iudicio suo atq; eruditione oim̃ scriptorũ opera pcensere: auctoresq; ipsos aut numero eximere: aut in ordinẽ redigere. Scripsit Neui9 p̃ter punicũ bellũ comœdias ac tragœdias stilo in primis erudito & graui: vt veteres testantur. Comœdias aliquot exemplo græcorum cõposuit probris: atq; maledicẽtia plenas. In q̃bus Romanæ ciuitatis principes acriter est insectatus: vt q̃ Metellũ cõsularem virũ. &. P. Scipionẽ Affricanũ maledictis suis onerauerit. Sic. n. de Scipione:

Etiam: qui res magnas manu sæpe gessit gloriose
Cuius facta viua nunc vigent: qui apud gentis solus
Præstat: eum suus pater cum pallio vna ab amica abduxit.

Hinc factũ est: vt poeta Neuius in vincula cõiiceretur a triũuiris propter immoderata tam verborũ petulantiã ac mordacitatẽ: & cum aliquãdiu haberet̃ in custodiis: fabulas aliquot cõposuit. Paulo mox a tribunis plẹbis e carcere exempt9 est a cõditione: vt delicta illa ac probra diluerет: q̃ contra Romanos ciues suis fabulis inseruerat De quo scribũtur cõplura in Atticis cõmentariis. Qui de Neuii fabulis agũt: citãt illũ in Alceste: in Aureolo: Lycurgo: Tripholo: Leonte: in Colace: Aegysto: Tereo: & Zenone. Terentius varro in libris de latina lingua ad. M. Tulliũ plures alias pro Neuianis cõmemorat: vt Esionem: Clastidium: Dolum: Demetrium: Persas: Lampadionẽ Agedonem: Romulum: Stigmatiam: Ab hoc Neuio multa mutuat9 est. P. Vergi. sicuti ab Ennio: Lucretio: Pacuuio & aliis: vt a Macrobio diligẽti studio est obseruatum. Obiisse traditur vticæ: cum factiõe nobilium præcipueq; Metelli foret ex vrbe eiectus. Nũc epigrãma illud vulgatum referemus ab ipso Nævio de se compositum in quo Campana superbia merito ab antiquis culpata est.

Immortales: mortales: si foret fas flere:
Flerent diuæ Camœnæ Neuium poetam.
Itaq; postq̃ est orci traditus thesauro
Obliti sunt Romæ latina loquier lingua.

De. Q. Nouio: qui attellanarum scriptor fuit: suo loco dicem9: ne tam apte decipiantur nostri grãmatici: cum Neuiũ hũc pro Nouio imperite accipiãt

M. Pacuuius. Cap. V.

M. Pacuuius in scribẽdis tragœdiis nobilis: hisdẽ ferme temporib9 nat9 qb9 Cato q̃stori9: & Metell9: clariores in vrbe habebãt. Quidã tradũt illũ fuisse ex brũdusio Calabriæ vrbe: Nepos fuit. Q. Ennii: qd̃ Eusebi9: ac Pli. referũt Romæ vixit in sũma claritate noĩs. Cõmendat̃ maxime illi9 ingeniũ: & natiua q̃dã facilitas ĩ capiẽdis liberalib9 disciplinis. Neq; defuit illi studiũ pingendi: qd̃ &. C. Pli. indicat: q̃ Pacu. poetæ opa ĩ magno honore a veterib9 habita affirmat: eaq; ĩ p̃mis: q̃ in æde herculis foro boario pfecit. Quocirca clariorẽ fecit eã artẽ in vrbe ppter gloriã scænæ. Idẽ Pacuuius amplum ac sonorũ dicendi genus sequutus est: vt. M. Varro testatur. Q; si durior alicubi ac prope horridus habit9 est: id ipsum tamẽ nõ vitio illi9:

ſed temporum aſcribitur:nam Fabius Quintilianus aperte aſſerit clariſſimũ fuiſſe
Pacuuium grauitate ſentẽtiarũ:verborũ pondere:& auctoritate perſonarum:ĩ qua
ſẽtentia &.M.Cicero fuit:qui hũc ipm cæteris omibꝰ ĩ Tragœdia facile præfert:car
menq; illiꝰ magnope cõmendat.Grãmatici veteres pmultũ Pacuuio cõceſſerũt:eiꝰ
q; fabulas cõplures enumerant:in qbus nõ mediocrẽ laudẽ accepit:vt Peribeã:Her-
mionã:Athalantã:Ilionã:Antiopã:Teucrũ & Medeã.Citaẽ etiã in Chryſe:in Hip-
tris:in Paulo:in Horeſte:in Armorũ iudicio.Ex qua fabula decãtatũ carmẽ traditẽ cũ
ludi celebrarẽtur in funere Iulii Cæſaris:quo magis cõmiſeratio:& ĩuidia excitaretur
cõtra ipſius interfectores.Horatiꝰ Flaccꝰ in epiſtola ad Octauiũ Augu.cũ de antiqs
poetis iudiciũ facit:in Pacuuio doctrinæ famã locauit.Paulo ſenior fuit.L.Accio:&
in hiſdẽ ædibꝰ(vt refert.M.Cicero)Pacuuiꝰ atq; Acciꝰ:fabulas docuerũt:paucis q
dem annis interpoſitis.Vixit ad extremã ſenectutẽ:& vt ſeruatũ eſt in latinis ãnali-
bus:cũ tedio ſenectutis:ac morbo detinereẽ tarentũ ſe cõtulit:ibiq; ppe Nonagena-
riꝰ obiit:neq; ſine maxima iactura ſtudiorũ.Quantũ modeſtia vitæ:atq; verecũdia
præſtiterit:teſtis eſt hoc carmen:quod idem de ſe Pacuuius compoſuit.

Adoleſcens tametſi properas:hoc te ſaxum rogat:
Vt ſe aſpicias:dein:quod ſcriptum eſt:legas.
Hic ſunt Poetæ Pacuuii Marci ſita oſſa.
Hoc te volebam neſcius ne eſſes:Vale.

Statius Cæcilius. Caput.VI.

STatius Cæcilius in Gallia natus eſt(vt creditur)& ob id Mediolanẽſem q
dam dixerunt:quod ex annalibus Hieronymi acceperũt.Illud pro certo ha
beri debet:in vrbe Roma eum vixiſſe:& in ſcribendis comœdiis principem
locum tenuiſſe:vt a Volcatio ſedigito ſcriptum eſt:qui hunc ipſum Cæcilium:non
Terentio tantum:& Plauto:ſed reliquis omnibꝰ Comicis ſine controuerſia præpo
ſuit.M.Cicero in eadem ſententia eſt:tantumq; Statio Cæcilio concedit:vt illius q
dẽ carmen(vt conſtat)ſummis laudibus proſequaẽ.Fabius Quintilianus (qui in
omni antiquitate publicus cenſor eſt habitꝰ)tris maxime nominat in deſcribendis
comœdiis.hoc eſt.M.Plautum.P.Terentium:& Statium Cæcilium:vixit in ſũma
familiaritate cum Poeta Ennio:vt ab Euſebio refertur.Idẽ magnopere dilectus eſt a
Terentio:qui tantum illius iudicio tribuit:vt ad Poetã Cæcilium:ceu ad optimum
cenſorem ſuas fabulas referret.Enumerantur ſupra.xxx.Statii comœdiæ a grãmati
cis veteribus.Neq; togatas minore ſtudio cõpoſuit:q̃ palliatas:vnde ſingularẽ gra
tiam reportauit:iudicio eruditorum:In precio magno fuerũt:Naucletus:Syracuſæ
Pauſimachus:Hippobolymeus:Epiclerus:Cratinus:Plocius:Aſotꝰ:Epheſtion.Ci
tatur etiam ĩ Subditiuo.in fallacia:in Andria:in annalibꝰ:in Fœneratore:in Vena
torio:in vmbris:in obolo:in Synariſtoſis:quarũ partẽ a Menandro:Philemone & A
pollodoro trãſtulit.Neq; defuerũt antiqui grãmatici:qui hunc Cæciliũ accuſauerit
q; in vertendis a Menandro fabulis:parum apte aut concinne quædam tranſtulerit
Mortuus eſt ſequenti anno poſt obitum.Q.Ennii:& iuxta Ianiculũ ſepultus tradi-
tur.De Statio rhetore:qui toloſanus fuit ſuo loco ſcripſimus.

L.Accius. Cap.VII.

L.Accius Poeta inter principes tragœdiarũ ſcriptores relatus eſt a veteribꝰ
Paulo iunior fuit.M.Pacuuio.natus traditur parentibus libertinis:Marci
no & Serano Cos:quidam ſcribunt fuiſſe illum relatum inter eos colonos
qui ex vrbe ad oppidũ Piſaurũ conceſſerunt.Vbi fũdum ſuũ poſſedit:qui de ſuo no-

mine Accianꝰ eſt appellatus.Ingenio acri fuit:& in ſcibendis fabulis miro ſtudio in
cubuit.Notum eſt:quantũ ei conceſſerit Decius Brutus vir clariſſimus:cum volue
rit Accianis verſibus templorũ ac monumentorũ aditus exornari.Quod a.M.Tul-
lio refertur.Idem Accius cum iter faceret in Aſiam diuertit ad Poetam Pacuuiũ:qui
Tarẽti agebat:Cumq; eo dies aliquot verſatus eſt:& cum Atreũ ſuam illi recitaret:
Laudauit eam Pacuuiꝰ:& ſimul grandia inqt & ſonora eſſe:quæ ab Accio ſcripta fo
rent.Videri tamen ſibi duriuſcula:& ſubacida.Quod Accius qdẽ minime negauit
nec ſe inqt pœnitere:quoniã idem ferme ĩgeniis ſolet accidere quod pomis:quæ eñ
dura admodũ:& acerba naſcuntur paulatim mitia fiunt:atq; perfectiora redduntur
Quæ vieta gignũtur:& mollia:nunq̃ ad veram frugem & maturitatem perueniũt.
Sic inqt Acciꝰ ſentiendũ eſt de hominum ingeniis.Statura fuit admodũ breui:vt a
C.Plinio refertur:& ſi imaginem ſuam collocauit ĩ æde camœnarũ prægrãdi forma
Citantur eiuſdem Accii fabulæ cõplures a noſtris grammaticis:vt Phœnicæ:Mena
lippus:Epigoni:Medea:Alcmeon:Prometheus:Philoctetes:Atreus:Neoptolemꝰ.
M.Cicero præcipue nominat Brutũ & argonautas:ĩ qua tragœdia magnopere lau
datum eſt illud carmen de argo naui quod admirabũdus paſtor refert:nos illud ſubii
ciemus:vt æſtimari facilius poſſit:& de ingenio & doctrina Poetæ Accii.

Tanta moles labitur.
Fremebunda ex alto ingenti ſonitu:& ſtrepitu.
Præ ſe vndas voluit vertices vi ſuſcitat.
Ruit prolapſa pelagus reſpergit:profluit.
Ita dum interruptum credas nimbum voluier:
Dum quod ſublime ventis expulſum rapier
Saxum:aut procellis vel globoſos turbines
Exiſtere ictos vndis concurſantibus
Niſi quas terreſtres pontus ſtrages conciet:
Aut forte triton fuſcina vertens ſpecus
Subter radices penitus vndanti in freto:
Molem ex profũdo Saxeam ad cœlum eruit.

Fuit inter alios & Accius labeo:cuius Iliadem Perſius notauit:ceu imperitum
opus.& inſaniæ plenum.Sed alibi dicemus de Accio labeone.

Pub.Terentius Caput.VIII.

P.Terentius Poeta comicus carthaginenſis patria fuit:Romã perductꝰ tra
ditur cum in tenera ætate foret:qbus potiſſimũ bellis id acciderit parũ cõ-
pertũ eſt:vt refert Aelius Donatus ex Feneſtellæ cõmentariis.Illud p cer-
to conſtat:eum Romæ diligentia Terentii Lucani Patroni accurate ĩſtitutum atq;
liberalibus diſciplinis eruditũ.Cumq; facilitate ingenii & elegantia imprimis excel-
leret:breui conſecutus eſt:vt a Terentio patrono eſſet manumiſſus.Per ea tempora
in ſcæna floruit:qbus præclari atq; egregii ciues Romæ habiti ſũt.M.Marcellus P.
Scipio.Q.Fabius maximus:neq; deſunt authores qui ſcribant eundem Terentium
maxima familiaritate vixiſſe cum.Pu.Scipione:&.C.Lælio.Sæpeq; ſolitũ apud no-
biliores ciuitatis cœnitare:qua ĩre dum placere illis omni opera nitiẽ:Eorũq; cõmo-
dis inſeruire ad ſummam inopiam traditur redactus.Statiũ præterea cæciliũ:qui ſcri
bendis comœdiis excelluit:magna diligẽtia obſeruauit.Eiq; ſuas fabulas more vete
rum recitare conſueuit.Comœdias.vi.cõpoſuit:Eaſq; ab Apollodoro & Menãdro
Poetis græcis in ſermonem latinũ conuertit.Tanta ſermonis elegantia & pprietate

vt eruditorũ iudicio nihil perfectius: aut absolutius in eo scribendi genere habitũ sit
apud latinos. Secutus est ĩ his. Q. Ennium. M. Plautũ: & Neuiũ: vt ipse testatur cũ
suis calumniatoribus respõdet. Phormionem & Hecyram ab Apollodoro transtulit
reliquas quattuor a Menandro: Aelius Donatus qui complura diligẽtissime de hoc
Poeta scribit: cum alia multa in eo cõmendat: tum præcipuum dicit quod in scriben
dis fabulis ea arte vsus est: vt morem antiquũ retinuerit: & ita tẽperauerit affectus
vt neq; ad tragicam magnitudinem ĩtumescat: neq; abiiciatur ad historicam: quod
minime factũ est ĩquit a Plauto: Afranio & cæteris comœdiarum scriptoribꝰ. M. Ci=
cero in epistola ad. T Atticum refert. P. Terẽtium esse optimũ authorem latinitatis
eiusq; fabulas multos existimasse propter elegantiam sermonis a. C. Lælio scriptas.
Quã opinionem idem Terentius maxime scribitur confirmasse: quo magis calũnia
tores suos in odiũ traheret. Sic enim refert in Adelphis fabula sub persona prologi.

Quod illi maledictum vehemens existimant:
Eam laudem ducit maximam: Cum illis placet:
Qui vobis vniuersis & populo placent.
Quorum opera in bello: in ocio: in negotio:
Quisq; tempore vsus est sine superbia

Horatius Flaccus veterum poetarũ optimus censor in Cæcilio grauitatẽ: in Te
rentio artem constituit qua inter cæteros comicos mirifice excelluit. Quod & Qui
tianus videtur sentire in libris ad Marcellum Victorium. Sed idem tamen inqt ma=
iorem gratiam habuisset: si intra trimetros constitisset. Ausoniꝰ quoq; Vergiliũ Ho
mero: Terentiũ Menandro adiungit: Eiq; elegantiam latini sermonis ꝓcipue tribuit

Tu quoq; qui latium lecto sermone Terenti
Comis: & astricto percurris pulpita socco.

Traditum est illum post editas aliquot Romæ fabulas ĩ græciam adnauigasse: quo
facilius disciplinas græcorũ atq; instituta perciperet. Plurimasq; fabulas a Poeta Me
nandro in latinum conuertisse: quæ facto naufragio perierunt. De obitu illius varia
scribunt authores: in arcadia obiisse cum alii plures testantur: tum poeta Ausonius
ob nimiũ dolorem amissarũ fabularũ quas ipse naui præmiserat. De forma illiꝰ atq;
effigie referũt cõplura ab Aelio Donato: qui eiusdem Comœdias magna eruditiõe
interpretatus est. Argumenta illa quæ Terentianis fabulis præponuntur: a Sulpitio
Apollinari illustri grãmatico composita sunt. Quod cũ alliis multis argumentis: tũ
maxime antiquitate Codicum ꝓbari potest: In quibus nomen Sulpitii legitur.

C. Lucilius. Caput. IX.

C. Lucilius Satyrarum scriptor hisdem prope tẽporibus floruit: quibus Poe=
ta Accius Sex. Turpilius & Statius cæcilius ĩ Scœna celebres habiti sunt:
ex arunca vrbe Ausoniæ fuit. Quocirca alumnus arũcæ vocatus ẽ a Iunio
Iuuenale: Parentes habuit satis nobiles: & vt quidam grãmatici tradunt: fuit auun=
culꝰ Cneo Ponpeio. Illud in primis manifestũ est fuisse Lucilium ingenio acerrimo:
& in scribendis versibꝰ festiuo & vrbano Amicos habuit. Q. Actam Poetam Comi
cum Albutium: Lapathum: Albinum: & C. Persium (qui est appellatus ab antiquis
doctissimꝰ) ad quos scribere etiam consueuit. Præter alios omnes. Q. Philocomũ fa
miliarissime coluit. Idem lucilius primus cœpit scribere Satyras: maximeq; insecta=
tus est Rutilium Lupum: Carbonem. L. Tubulum: & alios plures quorũ scelera atq;
flagitia fere æquo animo nõ poterat. Fuit enim Lucilius optimis moribus: & alienæ
iniquitatis acerrimus accusator: Satyrarũ libros supra. xxx. composuit: vti Varro &

alii grammatici ostendunt. Neq; me prætérit. Q. Philocomũ & Lælium Archelaũ
fuisse authores: vt Lucilii Satyræ in libros referrent: quod a Suetonio scribitur Nam
grãmatici veteres censoria virgula vtebantur. poetarũq; carmen in libros diuidebãt
vt. C. Octauius Neuii opus de bello punico &. Q Varunteius Ennianos annales.
Horatius Flaccus lutulentũ vocat Luciliũ: & in scribendis carminibus incompositũ
qua in re magni authores ab eo dissentiunt. præcipueq; Gelliꝰ & Fab. Quintilianꝰ
cuius verba subiiciemus. Satyrą qdem tota nostra est: in qua primus insignem laudẽ
adeptus est poeta Lucilius qui quosdam ita deditos sibi habet amatores: vt eum nõ
eiusdem modo operis authoribus: Sed omnibus Poetis præferre nõ dubitent. Ego q̃
tum ab illis: tantũ ab Horatio dissentio: qui Lucilium fluere lutulẽter: & esse aliquid
quod tollere possis: putat. Nam eruditio in eo mira: libertasq; & acerbitas: & miri sa
les. Hadrianus Imperator eundem Lucilium omnibus Poetis præponebat. qui Saty
ram scripsissent. Metrophanem seruum habuit: cuius fidem atq; industriam in Saty
ris commendauit. Mortuus est vrbe Neapoli eodem prope anno: quo Furiꝰ Bibacu
lus natalem habuit. Neq; desunt authores qui scribant publico funere Luciliũ fuisse
elatum. Cum annum ætatis sextum & quadragesimum impleuisset.

Sex. Turpilius. Caput. X.

SEx: Turpilius Poeta comicus ingenio facili fuit: & in fabulis componendis
idoneo. Quocirca tantũ nominis consecutus ẽ in scæna vt comœdiæ Tur
pilianæ magnopere probatę sint a Romanis ciuibus. Inuenio apud veteres
grãmaticos hunc Turpiliũ: summa beniuolentia coniunctũ fuisse. Pub. Terẽtio: & ĩ
hisdem ludis vtriusq; fabulas aliquando actas. Vulca. Sedigitꝰ septimũ locum Tur
pilio dedit ĩter comicos Poetas. Eũq; Luscio. Q. Ennio & Trabeæ præponit. Noniꝰ
Marcellus in cõmentariis ad filium. xv. Comœdias nominat quæ a Turpilio compo
sitæ fuerunt. In qbus legendis atq; obseruandis diligentiam suã atq; studium ꝓbat.
Citatur in Philopatro: in lemnis: in demetrio: in bethonibus: in pedis: in epiclero: in
canephoro: in trasilione: in demiurgo Hecyra paraterusa & Lucadia. Lyndia quoq;
in magno ꝑcio habita est a grãmaticis in qua cõmendãtur præcipue hi senarii de of=
ficio & ratione viuendi.

Profecto: vt quisq; omnino contentus fuit
Ita fortunatam vitam duxit maxime
Vt Philosophi aiunt isti: quid vis sat est.

Authores sunt qui referant hunc Turpilium ad extremam pene ætatem accessisse:
& in sinuessana Vrbe periisse hisdem pene temporibus quibus Furius Bibaculus na
talem suum habuerit.

Gn. Matiꝰ. Caput. XI.

GN. Matius mimorum scriptor in magno ꝑcio habitꝰ est: quoc cum alii plu
res. Tum. Au. Gellius testatur in Atticis cõmentariis. Ingenio fuit elegan
ti & facili. In suis aũt mimis quos vocauit mimiambos: verba q̃dam noua
& plepida posuit: vt grãmatici obseruarunt. Iulianꝰ Rhetor vir mltiplici eruditiõe
ornatꝰ permultum delectatus traditur Matianis fabulis. Propter natiuũ quendam
leporem: & mirificam illorum suauitatem: maximeq; hos versus commendabat.

Iam tonsiles tapetes ebrii fuco.
Quos concha purpura imbuens venenauit.

Et item

Sinu amicam reficere frigidam caldo.

Columbatim labra conferens labris
Quapropter edulcare conuenit in vitam
Curasq; acerbas sensibus gubernare.
Idem Mati⁹ (vt qdã existimãt) cõposuit opus hexametris versibus quod iscriptũ est de Iliade. Cuius carmen. M. Varro & alii grammatici quandoq; citãt: Sed hac in re parum consentiunt veteres authores. Maurus Terentian⁹ de Poeta Matio: facit mentionem: eiusq; mimiambos vt elegantes: & lepidos celebrat. Fuit alter Matius Romanus ciuis: & amicitia Octauii Cæsaris nobilis qui primus Tonsilia nemora excogitauit.

L. Afranius. Caput. XI.

L. Afranius Poeta comicus hisdẽ ferme tẽporibus in Vrbe claruit qb⁹ Poeta Terenti⁹ & Sex. Cæcilius ĩ seniũ vrgebant. Vulcatius Sedigitus Afraniũ hunc nõ numerat inter cæteros comicos. Operam suam atq; diligẽtiã posuit in togatis fabulis cõponendis. Sunt enim togatæ illæ in qbus de reb⁹ Romanis agererura toga denominatæ: In his primũ locũ obtinuit. vt a veteribus traditur Menandrum poetã pcipue imitat⁹ est: stilo & orationis charactere. quocirca sic Horatius in epistola ad Octauium Augustum

Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro:

Furius Albinius Macrobius asserunt Afranium ipsum permulta a Menandro sumpsisse: quod ille etiã libere atq; ingenue professus est: vt omnibus aperte demõstraret q̃ modestus: atq; ingenuus foret: itaq; in cõpitalib⁹ ita respõdet suis obtrectatorib⁹.

Fateor sumpsi non a Menandro modo.
Sed vt quisq; habuit. quod conueniret mihi:
Quod meum posse melius facere credidi.

Cunq; ingenio ac salibus excelleret: sententias passim: & acute dicta: inserebat suis fabulis: nõ sine summa elegãtia: & mirifica venustate: qd̃ cum alii multi: tum M. Cicero testatus est. Culpatur a Quintiliano Afrani⁹: q; in suis argumentis amores proprios paulo impudentius vulgauerit. In togatis inquit excellit Afranius: vtinamq; nõ inquinasset argumẽta puerorũ fœdis amoribus mores suos fassus. A. Gellius per multum Afranio tribuit: præcipueq; illud carmen putauit cõmendãdum: ĩ quo de sapientia sic loquitur.

Vsus me genuit: mater peperit memoria:
Sophiam me graii vocant: vos sapientiam.

Citatur idem Afranius persæpe ab antiquis grãmaticis: in Augure: in Consobrinis in Cinerario: in Cõpitalibus: in Brundusinis: in Fratribus: in Homine: in Incendio: in Emancipato: in Prodito: in Patella: in Rosa: ĩ Suspecta: in Sella: in Talione: De obitu eius nihil apud veteres legimus.

Fabius Dorsennus. Caput. XII.

Fabius Dorsẽnus inter Comicos poetas relatus est ab antiquis authoribus Vulcati⁹ sedigitus (qui de poetis scripsit) minime hunc nominat: quocirca verisimile est: minus nobilem fuisse habitum. Horati⁹ in epistola ad Cæsarem Augustum: cum de comœdia disserit: de Plauto: & Dorsenno agit: eorũq; fabulas satis celebres in scænis demonstrat. Sic enim de Dorsenno.

Quantus enim Dorsennus edacibus in parasitis
Q̃ non astricto percurrat pulpita socco
Gestit enim nummum in loculos demittere: post hac

Securus cadat: an recto stet fabula talo.

Idem Dorsenn⁹ a Plinio cõmendatur in comœdia ac haristione: quo loco versiculos eius affert: Festus quoq; Pompeius Afranium & Dorsennum poetas citat: cũ de temeto loquitur: & hunc senarium lepidissimum Dorsenni repetit.

Sequimini præminaciæ: sequimini temeti timor.

Hic est ille Fabius Dorsennus (quantũ existimare possumus) in cuius monumento carmen hoc legebatur: vt ab Anneo Seneca relatum est.

Hospes resiste: & philosophiam Dorsenni lege

In nummis præterea vetusti ætis ita legitur DORSEN. P. cũ effigie barbara: vt Prisci illi Romani fuerunt.

M. Attilius. Caput. XIII.

M. Attilius in scribendis tragœdiis nobilis habitus est: iudicio veterũ. M. Cicero sic eum nominat: vt Poetam durissimũ: cum scribit ad Põpeium Atticum. Fabius Quintilianus Pacuuiũ & Acciũ enumerauit: qui in tragœdia excelluissent: de Attilio omisit: Constat hunc secutũ fuisse Poetam Sophoclem & aliquot fabulas in latinũ conuertisse: in qbus duriorem se præstitit: ob eamq; rationem a Licinio: scriptor ferre⁹ vocatus est: vt testatur. M. Cicero Quo loco de electra illius fabula meminit in libris de finibus. Relatũ pterea est in ludis: C. Cæsaris: quædam fuisse cantata ad miseratiõem illi⁹ cædis contra interfectores: & ex Pacuuio in armorum iudicio: & ex Attilio in Electra. Et si apud Suetonium grãmatici nostri decepti sunt. cum paulo imprudentius Accium pro Attilio scripserint. Vulcatius sedigitus Attilium Poetam refert inter Comicos nobiles: eumq; post Neuiũ & Liciniũ collocat. Quidam existimarũt eũdem esse: mihi parũ adhuc compertũ est: ĩ tanta rerũ obscuritate: De obitu & moribus illius nihil aliud legimus in veterũ monumẽtis

Q. Trabeas. Caput. XIIII

Q. Trabeas comœdiæ auctor: in ordine Comicorum relat⁹ est a Vulcatio sedigito. Locũ Octauũ obtinuit post Terentiũ & Turpiliũ: de qbus cõmode diximus. Mentio de hoc trabea fit a veteribus grãmaticis: q persæpe citãt eius fabulas. M. Cicero minime dubitauit cõmendare eundem Trabeam: carmẽq; illius locis multis referre. Sunt qui credant: in scribendis togatis pstitisse: quod & Sex. Pompeius demonstrat. Laudantur a. M. Tullio hi versus Trabeæ: in qbus credulitas amantis: ac nimia gestientis lætitia lepide & eleganter describitur.

Læna delinita argonteo: nutum obseruabit meum.
Quid velim: quid studeam: adueniens digito impellam ianuam.
Fores patebunt: de improuiso. Chrisis vbi me aspexerit.
Alacris obuiam mihi veniet: complexum exoptans meum.
Mihi se dedet: fortunam ipsam: anteibo fortunis meis.

Ex his colligitur: quantum salis: atq; vrbanitatis in Poeta Trabea fuerit

Cn. Aquilius. Caput. XV.

Cn. Aquilius in scribendis comœdiis nõ ignobilis habitus est: vt testat̃. M. Varro: Vulcati⁹ sedigit⁹ nullam mentionem de hoc Aquilio fecit: in his versibus: qui de Comicis Poetis leguntur. Quocirca existimandũ est illius fabulas: nõ fuisse in magno admodũ precio. Relatum est ab ãtiquis grãmaticis Comœdias aliquot Plauti: falso inscriptas Aquilio sicuti Boethiam: de qua idẽ Varro parum constanter disseruit. si Gellii cõmentarios paulo diligenti⁹ legamus. Illud affirmatur de Aquilio: eũ pleraq; fabulas a Menandro Poeta transtulisse: quod & Pu-

Terēti⁹ & Sex.Cæcilius factitarūt.De.C.Aquilio diximus alibi:qui iurisperit⁹ fuit ac formulas de dolo malo protulit:in qb⁹ de simulatiōe:& dissimulatione ageretur.

C.Licinius Imbrex.Caput.XVII.

C.Licini⁹ Imbrex inter eos Poetas tefertur.qui Comœdias scripserunt:Vulcatius sedigitus(cum de Comicis scriptorib⁹ iudiciū facit)Licinio multū tribuit:eūq; nō Attilio tantū & Ennio ꝓposuit:Sed & Turpilio atq; Terentio.Gāmatici veteres citant aliquot Licinii comœdias:vt Næuiam & Næeram.De qua Gellius in Atticis noctibus scribit:quo loco de cōprecationib⁹ deorum disserit Afferuntur hi versus ex Neæra Licinii:

Nolo ego Neæram te vocent:sed Netienem
Cum quidem marti es in connubium data.

Sex.quoq; Pompeius ita Licinium nominat:vt Poetam maxime lepidum:atq; vrbanum.Hæc sunt fere:quæ apud veteres de Poeta Licinio obseruauimus.

Q.Nouius.Caput.XVIII:

Q.Nouius attellanarū scriptor illustris est habitus.Grāmatici veteres: cum de ipius ingenio & doctrina disserūt:permultū illi cōcedunt.Aureli⁹ Macrobi⁹ probatissimum Poetam hunc vocat iter eos authores:qui Attellanas fabulas ediderunt.Qua in re post Nouiū inquit Pomponius atq; Mōmius præclari habentur.Scripsit Nouius cōplures comœdias:in qbus magnopere probauit ingenium suum atq; vrbanitatem.Citatur maxime ī his fabulis hoc est:In Fullonico in Exodio:in Virgine prægnante:in Pedio:in Dotata:in Gallinaria:in Geminis:in Partu.De qbus multa leguntur in cōmentariis Nonii Marcelli:& si pro Nouio quādoq; Gn.Neuium temere scriptum scio.Hæc sūt quæ Poeta Nouio adnotauimus. De obitu illius:nihil apud antiquos authores legimus.

PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRI SECVNDI DE POETIS LATINIS AD COSMVM PACCIVM PONTIFICEM ARRETINVM

IN priore libro Cosme Pontifex Arretine eos Poetas complexi sum⁹:qui rudi adhuc Roma: & populo armis occupato magna diligētia conati sunt ciues suos istruere:fabulisq; editis illorū ingenia delectare. Nam ciuitas ipsa Imperio aucto & rebus pspere gestis incredibile dictu est:q̄ breui tempore in omni studiorū genere pfecerit.Adeo valet humanum ingeniū in pclaris etiam institutis:vbi illud valde intēderis.In hoc libro eos relaturi sum⁹:qui plura in dies ac meliora scripserunt apud latinos:accedem⁹q; ad ætatem Pub.Vergilii:ne quid desiderari ab aliquo possit in opere instituto percensendi veteres Poetas.Mihi em̄ diligenter intuenti studia hæc nostra:& antiquorū disciplinas animo repetēti necessarium præcipue videt:ea in re maxime laborem ponere:qua me ip̄m istruere possim:& aliorum præterea ingenia excitare.His pstertim temporibus:qbus paucissimi omnino reperiuntur:qui intenti admodū sunt in hoc egregio atq; liberali officio litterarū.Tu vero ita accurate ac diligenter(vt video)aduigilas vt vnus propemodū in ciuitate nostra habearis:qui solerti animo consistas in præsidio bonaū litterarum:puteq; in tantis Italiæ fluctuantis periculis minime deserendū tibi tam insigne atq; optimum institutum:quo possis familiam tuā exemplis illustribus ornare:ac perpetuis tuatū

vigiliarum monumentis immortalem statuere:Sed alias de re hac agetur cōmodi⁹ Interim accedemus ad.T.Lucretium:qui de rerum natura primus apud latinos diligenter atq; erudite carmen composuit.

T.Lucretius Charus.Caput.XIX.

T.Lucretius Charus ex Lucretiorum familia natus creditur:Quæ Romæ insignis:& peruetusta habita est.Paulo antiquior fuit Terētio Varrone &.M Tullio.vt quidam scripserunt:quod est obseruatum diligenter.Quoniam in his annalibus(quos a græcis habemus)complura falso exposita sunt:contraq; rationem temporum peruerse signata.Ingenio summo traditur fuisse:& in scribendis carminib⁹ maxime excitato.solebat enim per interualla temporum ad carmen accedere non sine quodam animi furore:vt veteres authores ostendunt:hinc illud Statii Et docti furor arduus Lucreti.

Fabius Quintilianus(cum de latinis Poetis disserit)Aemilium Macrum:&.T.Lucretium præstare elegantia testatur:Sed ipsius Lucretii carmen multum difficultatis retinere:quæ res non modo propter ipsam materiam illi contigit:Sed etiam propter ægestatem linguæ:& rerum nouitatem:vt ille inquit.Scripsit libros sex de rerū natura:in quibus Epicuri doctrinam & Empedoclem Poetam secutus est:cuius carmen atq; ingenium vehementer admiratur.Neq; desunt qui scribant:Fuisse Lucretii opus a.M.Tullio emendatum.Quocirca verisimile est:propter importunum obitum ab eo imperfectum atq; inemendatum relictum.Q.frater plurimū Lucretii versibus concessit:& in eius opere multum esse artis:atq; ingenii refert:neq; mirari oportere:Si Lucretii versus duriores interdū videnē & quasi orationi solutæ similes: Fuit hoc proprium illis temporibus:vt optime testatur apud Macrobium Furi⁹ albinus Cuius verba hæc sunt.Nemo debet antiquiores Poetas ea ratione viliores putare:q; eorum versus nobis scabri videntur.Ille enim stilus maxime tum placebat:diuq; laborauit ætas secura:vt magis huic molliori stilo acquiesceret.Itaq; minime defuerūt Imperantibus etiā Vespasianis:qui Lucretium pro Vergilio:& Lucilium pro Horatio legerent.Idem Lucreti⁹ misit suum opus ad.C.Memmiū.L.Memmii filium: qui a deuicta Achaia cognomen accepit:& vrbem Corinthum diruit:signisq; ac tabulis spoliauit.Non me præterit alios in hoc dissentire:Sed hi quidem dum parū diligenter temporum rationem obseruant:facile refelli possunt.Publius Vergilius non modo verba aliquot accepit ex poematis Lucretii:Sed locos pene integros ab eo transtulit:quod & grammatici veteres acurate notarunt. De hoc autem Lucretii opere illud a Publio Ouidio scribitur.

Carmina sublimis tum sunt peritura Lucreti:
Exitio terras cum dabit vna dies.

Periit ætate integra:cum paucos annos supra.xl.impleuisset.Eusebius tradit tanto eum furore percitū fuisse assumpto amatorio poculo:vt propria manu se iterfecerit quo tempore(vt quidam testantur)P. Vergili⁹ virilem togam assumpsit. G.Pompeio &.M.Licinio Crasso iterum Cos.Inter alios veteres nominatur Lucreti⁹ Poeta Comicus:vt a Fulgentio relatum est in commentario de priscis verbis.

L.Pomponius Bononiensis.Caput.XX.

L.Pomponius Attellanarum scriptor:hisdem ferme temporibus ī vrbe præstitit:quibus Laberius:Publius:& Iulius Calidius:vt in latinis Annalib⁹ relatum est.Eusebi⁹ & alii Bononiensem hunc faciunt.Ingenio perubano dicitur fuisse:& in notandis hominum moribus maxime festiuo.sunt enim Attellanæ

fabulæ ab Attella vrbe appellatæ in quibus Poetæ veteres solebant varios locos atq; sales vernili quadam dicacitate admittere. De his Pomponii Attellanis. M. Cicero: & Anneus Seneca pluribus locis meminerunt. Ingeniumq; Pomponii vehementer commendant. Nonius Marcellus magna diligentia obseruauit has Pomponii fabulas. quod ipsum colligitur ex illius commẽtariis in quibus supra triginta eiꝰ Comœdias nominat. Citatur Pomponius sæpe ab antiquis grammaticis. in Aleonibus in Prostibulo: in Pannuceatis: in Nuptiis: in Porcaria: in Priuigno: in Piscatoribus: in Ergastulo: in Patruo: in Asina: in Rustico: in Dotata: i Decuma Fullonis: i Prẽcone posteriore: in Buccone: in Macchis Geminis: in Verte ægroto: in Pistore: in Syris: in Medico: in Maiali: in Sarculatio: in Augure: in Petitore: in Annulo posteriore: in Prẽfecto: in Arista: in Hirnea: in Porcetra. Itidem in Marsupio: in Aeditumo: in Auctorato: in Satyra: & in Gallis transalpinis. Gellius præterea: & Priscianus de Attellanis Pomponii sæpe agunt: pluresq; versiculos afferunt: ex quibus intelligi potest quantum præstiterit gratia & salibus. De Pomponio secundo (qui fuit scriptor Tragœdiarum: & clarissimus ciuis) suo loco dicemus.

Decius Laberius Caput. XXI.

Decius Laberius eques Romanus fuit: & in secunda dignitate: q̃diu vixit se continuit. Studiũ atq; operam posuit in scribendis mimis: qua in re nõ mediocrem laudem consecutus est iudicio. M. Tuliii: & aliorum. Moribꝰ præclaris: & ingenio vrbano fuit. Libertate tanta in accusãdis vitiis: vt libertatis nomen excederet. Quo nomine. C. Cæsar magnopere commotꝰ est: neq; prædicare destitit acceptiores sibi esse Publii mimos q̃ Laberii. Traditũ ẽ a Sulpitio Apollinare. & Gellio in Atticis commentariis Laberium ipsum in suis fabulis quæpiam posuisse paulo duriora: ac minꝰ latina: & ob id a quibusdam Criticis in ordinem coactum: Sed Macrobius & Anneus Seneca plurimum Laberio concedunt: q̃ in eius mimis nõ minꝰ sententiarum: q̃ lepiditatis foret. Quod ipsum testari possent ea carmina: quæ a nostris grammaticis referuntur. Nonius Marcellus & alii veteres maxima diligentia Poetam Laberium obseruarunt. Eumq; citant sæpissime in his mimis hoc est: in Virgine: in Gemellis: in Necromantia: in compitalibus: in Lacu Auerno: in Aquis calidis: in Coloratore: in Catulario: in Sororibus: in Tusco: in Cropio: in Nuptiis: in Gallis: in Cacomenone: in Saturnálibus: in Alexandrea: in Ephebo. Idem Laberius mimos suos egit in maxima celebritate: donatusq; est amplissimis præmiis: ac iure sedendi in quartuordecim gradibꝰ. Proindeq; factus nobilior aucta dignitate rogatꝰ est a. C. Cæsare: & perhumaniter inuitatus: vt in scænam prodire vellet: & mimos ipse agere. Quos tum assidue componebat: qua in re Laberius necessario se coactum respondit: nihil tanto viro denegare. Cui & ipsi dii omnia tribuissent: Sed hoc iudicari melius poterit ex ipsis Laberii versibus: quos in fabulæ prologo inseruit. Nos hoc loco illos adiiciemus: vt facilius existimari possit. quantum iacturæ fecimus in Laberianis mimis.

Necessitas: cuius cursus transuerti impetum
Voluerunt multi effugere: pauci potuerunt:
Quo me detrusit pene extremis sensibus
Quem nulla ambitio: nulla vnq̃ largitio
Nullus timor: vis nulla: nulla authoritas/
Mouere potuit in iuuenta de statu:

Ecce in senecta vt facile labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Submissa placide blandiloquens oratio.
Etenim ipsi dii negare: cui nil potuerunt:
Hominem me negare quis posset pati.
Ergo bis trigenis annis actis sine nota
Eques Romanus Lare egressus meo: domum
Reuertar mimus: nimirum hoc die
Vno plus vixi mihi: q̃ viuendum fuit.
Fortuna immoderata in bono æque atq; in malo
Si tibi erat libitum litteratum laudibus
Floris cacumen nostræ famæ frangere.
Cur cum vigebam membris præuiridantibus
Satis facere populo: & tali cum poteram viro
Non flexibilem me concutuasti: vt carperes
Nunc me deiicis: quo quid ad scænam affero:
Decorem formæ: an dignitatem corporis.
Animi virtutem: an vocis iocundæ sonum
Vt hedera serpens vires arboreas necat
Ita vetustas amplexu annorum necat
Sepulchris similis nihil nisi nomen retineo.

Qui versꝰ a Laberio ipso sub persona Syri pronunciati sunt. Cunq; inter agendum quasi cæsus ab hero: exclamaret: iniecit hunc Senarium.

Porro Quirites libertatem perdidimus.

Et paulo post adiecit.

Necesse est: multos timeat: quem multi timent.

In quo notari Cæsarem populus Romanus existimauit coniectis in eum oculis. Hic Cæsar palmam transtulit ad Poetam Publium: qui in eadem scæna mimum agebat Laberium vero donauit annulo aureo: quingentis. H S. additis: tum Laberiꝰ perspecto ingenio Cæsaris in sequenti commissione interiecit hos versus:

Non possunt primi esse omnes omni tempore
Summum ad gradum cum claritatis veneris
Consistes ægre: cit usq; q̃ ascendis decidas:
Cecidi ego: cadet qui sequitur: laus est publica.

Ad extremam senectutem accessit: corpore valido: & sensibus integris. De obitu nihil hactenus legimus.

Q. Catulus. Caput. XXII.

Q. Catulus ex catulorũ familia illustri natus: ingenio præclaro fuit: & ad carmen faciẽdum mire accommodato. Dilectus est maxime a. C. Cotta: & L. Crasso propter elegantiam ingenii: & morũ suauitatem. Idem Catulus tã venuste atq; egregie lusit epigrammata: vt ab antiquis auctoribus relatum sit: nihil apud latinos aut græcos legi posse mundius: pressius: aut venustius. Q. Catuli epigrammatis. Traditum est illum fuisse facili animo & procliui ad amores ac delitias itaq; Roscium Gallum præcipue dilexit: qui tum adolescens eleganti forma: & indole optima florebat: Etsi oculos peruersos habuit: vt. M. Ciceto: & Diomedes grãmaticꝰ testantur. Epigramma autem lepidissimum. Q. Catuli celebratum est a Marco

Tullio de forma Roscii:quod apponemus.

Constiteram exorientem auroram forte salutans
Cum subito a læua Roscius exoritur.
Pace mihi liceat cælestes dicere vestra
Mortalis visus pulchrior esse Deo.

Laudatur & illud maximis laudibus:quod ad Theotimum scribit:vt relatum est in commentariis Atticis:

Aufugit mi animus:credo vt solet ad Theotimum
Deuenit:sic est:perfugium illud habet.
Quid si non interdixem:ne illum fugitiuum
Mitteret ad se intro:sed magis eliceret.
Ibimus quæsitum:vtrum ne ipsi teneamur.
Formido:quid agam:da Venus consilium.

Hic est ille.Q.Catull⁹: qui cum Mario cõsule familiariter vixit:& a Marco Tullio magnopere laudatus est:q̃ Archiam Licinium:& amare:& probare posset. De Quinto Catullo viro censorio(qui dedicauit capitolium)dicetur a nobis cõmodi⁹

Q.Atta.Caput.XXIII.

Q.Atta togatarum scriptor habit⁹ est:& in his componendis magnopere a quibusdam commendatur.Sunt qui referant eundem Romæ versatũ his temporibus fuisse:quibus Põponius Bononiensis in scæna floruit:& Plotius Gallus in tradendis præceptis rhetorices præstitit.Horatius flacus in ea epistola(qua loquitur de latinis Poetis)videtur Attæ fabulas notare:indignasq̃ existimare:vt a Romanis ciuibus tanto studio:atq̃ attentione auditentur.

Recte nec ne crocum:floresq̃ perambulet Attæ
Fabula:si dubitem:clamant periisse pudorem
Cuncti pene patres:ea cum reprehendere conet:
Quæ grauis Aesopus:Quæ doctus Roscius egit:

Citantur sæpe a latinis grammaticis comœdiæ.Q.Attæ: Quocirca verisimile ẽ in magno precio illas fuisse habitas.Gellius qdem & alii citant eum in Conciliatore: in Aedilibus:in Tyrone proficiscente. Traditũ est cognomen Attæ illis esse impositũ: qui eo vitio pedum laborant:vt videant̃ magis initi plantis:q̃ libere ambulare:Isidorus nominat Attam in Satyris:quo loco de cæreis & graphiis disserit. Sed parũ mihi compertum an ad hunc ipsum referri oporteat.Seruatum est in latinis annalib⁹ Attam Romæ periisse:& in via prænestina sepultum.secundo ab vrbe miliario.

Publius Syrus.Caput.XXIIII.

Publius natione Syrus in scribendis mimis operam posuit:ac in magno precio his tẽporibus habitus est:quibus.M.Cicero:& Nigidius Figulus perierunt:vt in latinis annalibus notatum.Idem Publius(vt scribit Macrobi⁹) cũ puer deduceret̃ ad patronũ domũ facile illũ ꝓmeruit:cũ gratia & decore formæ: tum salibus atq̃ ingenio.Quibus rõnibus factũ est:vt a domino manumiss⁹ esset: & maiori diligentia:q̃ antea disciplinis liberalibus eruditus:breuiq̃ tanto ꝓfecit: vt in fabulis cõponẽdis magnã nominis celebritatẽ sit adept⁹.Referunt̃ ab Auieno dicteria quædam Publii:in quibus mira festiuitas:atq̃ incredibilis comitas apparet.Iuli⁹ Cæsar palam ꝓfessus est sibi acceptiores fuisse Publii mimos q̃ Labetii propter sentẽtiarũ grauitatẽ atq̃ singularem elegantiã.Quocirca ꝓlatus illi est:& in scæna victor

pnũciat⁹ Cassius quoq̃ Seuerus tantũ cõcedebat Publianis mimis:vt eius carmen disertissimũ vocaret.Neq̃ illud omittendũ est:q̃ idem Publi⁹ in ludis Cæsaris oms illos longe supauit:Qui carmen in scenã attulerint:in quorũ numero Dec.Laberius fuit.Nos hoc loco versiculos aliquot referemus ex illius mimis:qui ab antiquis authoribus in summo precio habiti sunt:& perinde accepti:ac sententię q̃dam ex intimis phię adytis:q̃ ad vitæ officia:morũq̃ probitatem maxime pertinere videantur

Tam deest auaro:quod habet:q̃ quod non habet.
Desunt luxuriæ multa:auaritiæ omnia.
O vita misero longa:fœlicibus breuis.
Pars beneficii est.Quod petitur:si belle neges.
Beneficium dando accepit:qui digno dedit
Cui plus licet:q̃ par est plus vult:q̃ licet.
Alienum est omne:quicquid optando venit:
Feras:non culpes:quod vitari non potest.
Furor fit læsa sæpius pacientia:
Malum consilium est:quod vitari non potest.
Nimium altercando veritas amittitur.
Nunq̃ periculum:sine periculo vincitur:
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Heredis fletus sub persona risus est.
Ita amicum habeas:posse vt hunc fieri inimicum putes.
Improbe neptunum accusat:qui iterum naufragium facit:
Veterem inferendo iniuriam inuitas nouam.

De obitu ipsius Publii nihil apud veteres legimus.

Portius Licinius.Caput.XXV.

Portius Licinius ex liciniorũ familia nobili ortus.Vir clarus habit⁹ est:tum ingenio facili & eleganti:ꝑsertim in cõponendis epigrãmatis.Iulianus rhetor(qui Hadriani principis temporib⁹ vixit)Licinii carmen magnis laudibus extollit:adeo vt hunc ipsũ præferre non dubitauerit Poetis oibus græcis: quod in Atticis cõmẽtariis obseruatũ a Gellio est quo loco Val.æditui.Q.Catulli & Portii licinii carmen recensuit.Afferuntur eiusdem Licinii versus cõplures a nostris grãmaticis:ex q̃bus probari potest:q̃ elegãter atq̃ egregie Poetę officiũ absoluerit.Nos hoc loco adiiciemus epigramma illud elegantissimũ:in quo suos calores:atq̃ animi æstus venustissime expressit.

Custodes oui um:teneræq̃ propaginis agnum.
Quæritis ignem:ite huc:quæritis:ignis homo est.
Si digito attigero:incendam siluam simul omnem
Omne pecus flamma est:omnia quæ video.

Sunt qui credant eundem Liciniũ scripsisse annales octonariis versibus: Sed hoc nõ satis mihi compertũ est.Illud pro certo haberi debet Macrũ Liciniũ fuisse authorem annalium Romanorum:de quo dicturi sumus cõmodius.

Valerius Aedituus.Caput:XXVI.

Valerius Aedituus in scribendis epigrammatis Poeta insignis habitus est: maximeq̃ aptus ad exprimendas veneres ac delitias.In quo numero a grãmaticis nostris relati præcipue sunt.Quintus Catullus:Portius Licini⁹:& Val. Catullus.Magnopere cõmendat̃ Aeditu⁹ ab.A.Gellio:tãtũq̃ illius carmini

concessit:vt affirmare ausus sit:nihil se legisse vel apud græcos Poetas venusti⁹ aut suauius:qui videri solent cæteris omnib⁹ in hoc genere scribendi gratiores atq; elegantiores:Sed est adiiciendum carmen Val. Aedituí.Quo facili⁹ possint de hoc statuere:qui hæc leget.nt.Sic igitur ad Pamphilam.

Dicere cum conor curam tibi Pamphilia cordis
Quid mi abste quæram:membra labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor
Si tacitus:subidus:duplo ideo pereo.

Neq; illud prætermittam ad puerum philerotem:in quo suauior atq; ad ignem profluentior apparet.

Quid faculam præfers phileros:qua nil opus nobis
Ibimus:hic lucet pectore flamma satis:
Istam non poris est vis sæua extinguere venti.
Aut imber cœlo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris:si non Venus ipsa
Nulla est:quæ possit vis alia oprimere.

Laudatur idem Aedituus:cum ab aliis multis:tum a.M.Varrone:qui ei⁹ versiculos alicubi citauit.De morib⁹ aũt & vita ipsius nihil aliud legimus.

C.Valerius.Catullus.Caput.XXVII.

C.Valerius Catullu⁹ Veronæ natus ẽ.Quo tempore Terẽtius Varro in vrbe claruit:quidam Crispũ Salustiũ Catullo supparem faciunt.A Catulli autem natalib⁹ ad Pub.Vergilium paulo minus: q̃ duodevinginti ãni cõ numerantur:si quorundam annales sequimur.Quando & illud p cõperto habetur: carmen de passere lesbyæ ad Vergilium fuisse missum

Sic forsan tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem maroni.

Cæterum nõ humili loco:aut obscuro natus est:sicdẽ eius parens authore Suetõnio Iulii Cæsaris hospitio familiariter vsus est: Val.autem Catull⁹ primo traditur a Mallio Romam deductus:cum adhuc in tenera ætate ageret. Paulo mox ingenii facilitate & doctrina adeo Romæ acceptus atq; ciuibus grat⁹ fuit:vt Marci Tullii patrocinium meruerit:quod ipsum eleganti epigrãmate ingenue testatus est: quo gratias Ciceroni patrono egit

Disertissime Romuli nepotum
Quot sunt:quotq; fuere Marce Tulli
Quotq; post aliis erunt in annis
Gratias tibi maximas Catullus
Agit pessimus omnium Poeta
Tanto pessimus omnium Poeta
Quanto tu optimus omnium patronus.

Mallium vero & eius nuptias magno studio celebrauit:cũ quo se excusat parũ sibi licere veteres amores(vt antea)decantare:quoniam fratrem amiserit.Ex cuius interitu studium inquit suum scribendi carminis se abiecisse:Sic enim ad Mallium.

Sed tibi ne mea sint ignota incommoda Malli
Neu me odisse putes hospitis officium:
Accipe q̃ merser fortunæ fluctibus ipse
Ne amplius a misero dona beata petas.

Tempore:quo primum:vestis mihi tradita pura est:
Iucundum cum ætas florida ver ageret:
Multa satis lusi:non est dea nescia nostri:
Quæ dulcem curis miscet amariciem.
Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
Abstulit:heu misero frater adempte mihi
Tu mea:tu moriens fregisti commoda frater:
Tecum vna tota est nostra sepulta domus.

Inter cæteros amicos Furium & Aurelium magnopere dilexit.Cinnam quoq;:Cornificium: Fabullum:& Verannium:quem alicubi Veranniolum blãditer appellat: Puellam preterea Ipsitillam cõciuem suã &: Clodia amauit:quam ficto nomine Lesbiã dicit.Sicuti Madaurẽsis Apuleius testatur in oratione ad Claudium maximum Eruditorum consensu docti cognomen accepit:ita enim peculiari epitheto Catulli⁹ censetur:atq; hũc quidem Ouidius Vergilianæ maiestati opponit.Tantum nomis apud eruditos ac laudis est cõsequutus.Sed & versus ipsius q̃q̃ vt duriusculi notãt (quod vterq; Plinius asserit)tamen perelegantes habiti sunt:ac sectatores complures in his inuenit:sicuti Pompeium Saturninum:& Sentium Augurem: qui Catulli epigrãmata:ac Licinii mira diligentia ac studio sunt æmulati:vt alias diximus. Val. Martialis Catullum sibi ipsi audacter præponit .Sic enim ad Macrum.

Nec multos mihi præferas poetas
Vno sed tibi sim minor Catullo.

Opus suum ad Cor.Nepotem misit:virum doctrina & rerum cognitione egregium Diuiditur autem in libros tres:vt Primus Lyricos:Secundus Elegiacos:Tertius Epigrammata contineat.Ad hunc enim modum ordinem fere meliorem custodiemus Elegiam de coma berenices ex poeta Callimacho in latinos numeros cõuertit.eãq; ad Ortalum amicum misit:quæ i elegiarum adhuc libro legitur.Idem Val.Catulli⁹ a Fabio Quintiliano & Diomede inter Iambicos reponitur:ab aliis inter Lyricos.In atticis noctibus:vt poeta elegantissimus ac venustissimus a Gellio laudatur. Neq; illud omittendum est:fuisse ab ipso Catullo alia cõplura composita:quæ vitio lõge vetustatis desiderantur.C.autẽ Plinius libro historiæ naturalis.xxxviii.ad Cæsarem Vespasianum(cum de magia disserit)Amatorium de incantamentis carmen a Catullo editum refert.Hinc Theocriti inquit apud græcos:Catulli apud nos:proxime q; Vergilii incantamẽtorum amatoria imitatio.Sed carmen lthyphallicum scripsit vt est optimus testis Maurus Terentianus ad Nouatemum:qui hos Catulli versiculos citat.

Et ferme modus hic datur a plæriq; priapo:
Inter quos cecinit carmen quoq; Talle Catullus:
Hunc tibi lucum dedico:consecroq; priape
Nam te præcipue in suis vrbibus colit ora
Hellespontiaca cæteris ostreosior oris.

Cæsarem maxime Iulium Mamurram & Non'ũ Strumam Iambicis nominatim p scidit ex veterum consuetudine:vt.C.Lucull⁹ Iambicorum auctor.Luciliusq; & Neuius.Qua in re dignum illud memoria est:quod ipse Cæsar cũ perpetua sibi stygmata(vt ait Suetonius)imposita videret:ex Catulliano carmine de Mamurra:Eadem tamen die Poetam ipsum cœnæ adhibuit simulq; hospitio suo non secus atq; antea vti eum permisit. Mortuus Romæ est iuuenili admodum ætate cum annũ circiter

trigesimũ ageret: vt quidã putarunt. Quo tempore Publius Vergilius in vrbe Cremona studiis operam daret: vulgatum quoq; de Valerio Catullo illud:

Tantum parua suo debet Verona Catullo
    Quantum magna suo Mantua Vergilio.

Cor. Licinius Caluus. Cap. XXVIII.

COr. Licinius Caluus in poematis scribũdis perelegans habitꝰ est: & apud veteres inter optimos poetas relatus. Ingenio lepido & vrbano fuit: cumq; suauissimis moribus præstaret pręcipue dilectꝰ est a Val. Catullo: qui summa familiaritate cum eo vixit: quod ex Catulli versibus facile possumꝰ colligere. Dicitur fuisse breui statura: & exiguo corpore: quocirca Sollopichius est appellatꝰ a Catullo: vt apud Anneum Senecã copiose exponitur. Idem Caluus puellam Quintiliã amore incredibili dilexit: cuius interitum q̃ molesto animo ferret testatus est scriptis carminibus de obitu illius.

Hoc etiam docti confessa est pagina Calui
    Cum caneret miseræ funera Quintiliæ.

Eruditionem Calui atq; elegantiam in componẽdis versibꝰ præcipue cõmendauit Sentius poeta: & M. Cicero: qui refert eum in scribendis Iambicis præstitisse. In his enim minime dubitauit principes etiam ciuitatis acerrime insectari: vt C. Cæsarem & Pompeium: fuisse eundem oratorem ostendunt Fabius Quintilianus: & Anneꝰ Seneca: qui Caluum hunc tradunt habuisse diu iniquissimam litem cum M. Cicerone de principatu eloquentiæ: & contra Vatinium in eo accusando violẽtum se atq; acerrimum præstitisse. An fuerit alter Caluus orator commodius disseremus: cum probatissimi auctores in hoc videantur dissẽtire.

Q. Cornificius. Cap. XXIX.

Q. Cornificius per eadem tempora in poetice floruit: quibus in scribẽda historia Sallustiꝰ: Luceius: & Cor. Nepos in vrbe præstiterunt. Fuit ingenio eleganti & lepido: atq; in scribendis epigrammatis versatus est. Pub. Ouidiꝰ Cornificium hunc nominat inter eos poetas: qui poemata & amores decantarũt: vt Caluum: Metellum: Cinnam: Hortensium: Catullum: Propertium: & alios Grãmatici veteres: siquando citant versiculos Cornificii: permultum illis concedunt. Val. Catullus sæpe ad hunc ipsum scribit: qua in re facile demonstrat: quanta familiaritate cum eo vixerit. Sororem habuit nomine Cornificiam: vt ab Eusebio relatũ ẽ: cuiꝰ carmen in magno precio habitum inuenio. Idem Cornificius in militia versatꝰ dicitur: & cum prefecturam cohortium haberet: suosq; milites paulo ignauiores videret ad subeunda belli discrimina: non destitit eos liberius increpare: & iocularibus dictis illudere: galeatos lepores appellans: ꝙ audito pugnæ classico minime gradum seruarent: Sed relicto præsidio temere palantes diffugerent. Neq; desunt qui referãt eundem aliquando destitutum a militibus inter dimicandum occidisse. De Cornificio oratore (qui rhetoricos composuit) diximus in libris de oratoribus.

C. Heluius Cinna. Cap. XXX.

C. Heluius Cinna in epigrãmatis & poematis describẽdis nobilis habitus est. Eadẽ etate claruit (vt constat) q̃ Catullꝰ: Caluꝰ: Hortensiꝰ: & Cornificiꝰ celebres fuerunt. Cõmendatur illius maxime ingeniũ: neq; diligentia in absoluendis carminibꝰ. Inter cæteros amicos poetam Catullum: & Val. Catonẽ summa beniuolentia dilexit: qui Lydiam & Cianam composuit. Idem Cinna opus perfecit titulo Smyrnæ: in quo nouem annos consumpsit nõ sine maxima laude sui nõis.

Itaq; L. Crassitius inter veteres grãmaticos excellens illud interpretatus est: ac tanta eruditione id effecit: vt vulgo relatum sit.

Vni Crassitio se dicit Smyrna probare:
    Desinite indocti coniugio hanc petere
Soli Crassitio se dixit nubere velle
    Intima cui soli vota sua extiterant.

Fabius Quintilianus magnopere cõmendauit Cinnæ opus: vt magno studio elaboratũ: ac diligenti lima perfectũ: in qua & sententia Catullꝰ fuit: qui Volusio & Hortensio poetis Cinnæ carmen prępósuit. Gellius & alii grãmatici persæpe citant Heluii Cinnæ poemata: ex quibꝰ aperte colligitur: q̃ falsa sit: atq; inepta illorum opinio qui scripserunt fuisse hunc poetam implicatum: & perobscurum. Sunt qui credant eundem esse qui occisus fuerit a plębe Romana pro Cor. Cinna similitudine nominis decepta. Quo tempore celebratum est funus. C. Cæsaris: ac Romana plębs cum facibus ad ædes Bruti & Cassii accessit.

M. Furius Bibaculus. Cap. XXXI.

M. Furius q cognomine Bibaculus ẽ appellatꝰ: Cremonæ (vt quidã scribũt) natus est hisdem prope temporibus: quibus poeta Lucilius & Sex Turpiliꝰ comœdiarum scriptor perierunt. Fuit ingenio summo & in primis lepido: adeo vt de suo quoq; nomine iocatus dicatur: Et Bibaculus eram & vocabar: quod est ab eo dictũ imitatione poetæ Anacreontis: qui neq; proprio nomini pepercit. Idẽ Furius Bibaculus in carmine Iambico versatus est: cuiꝰ acerbitatẽ tam docte q̃ egregie expressit: vt non minorem laudem tulerit q̃ Val. Catullus aut Horatius: vt asserit Fabius Quintilianus. Quocirca verisimile est Messalam Coruinum pertimuisse ingenium & mordacitatem Bibaculi: cum ĩ epistola scripserit: nihil sibi esse cum poeta Bibaculo. Amicos habuit Gallum Poetam: & Val. Catonem: quorum ingeniũ ac doctrinam suis hẽdecasyllabis laudat. Extant adhuc elegãtes versiculi ad Gallũ de villa Tusculana Catonis: quæ propter æs alienum creditoribus cesserat. Nos eos ascribemus: quo melius possit iudicari de Bibaculi ingenio:

Catonis modo Galle Tusculanum
Tota creditor vrbe venditabat
Mirati sumus vnicum magistrum
Summum grammaticum: optimum Poetam.
Omnes soluere posse quæstiones:
Nullum difficile expedire nomen.
En Cor Zenodoti: En iecur Cratetis.

Afferuntur & alia complura eiusdem Bibaculi a nostris grãmaticis: quibus facile intelligitur: quantum ingenio & elegantia præstiterit. Hæc sunt: quæ legimus apud veteres de Furio Bibaculo.

Pu. Terentius Varro Atacinus. Cap. XXXII.

PVblius Terentius Varro Atacinus hisdem temporibus natus est qbꝰ M. Cicero: & Hortensius clari habebãtur in eloquẽtia: quidã ob id vocarunt Atacinum: ꝙ oriundꝰ foret ab Atace vico prouinciæ Narbonensis: vel ab Atace fluuio: vt alii existimant. Ingenio præclaro fuit: & in componendis poematis mirifico studio incubuit. Idem Varro singulari diligentia (vt traditur) gręcas litteras didicit: quo facilius posset illorum ingenia atq; doctrinas imitari. Scripsit Argonautica sequutus Apollonium Rhodium: suumq; opus libris quattuor absoluit: si

antiquis authorib⁹ credimus. Fabius Quintilianus de hoc Varrone sic ad Marcellũ scribit: quo loco iudicium facit de latinis poetis. Aracinus in his (per quæ nomen est assequutus) interpres operis alieni non spernend⁹ quidem: verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Probus Valeri⁹ & alii grãmatici celebrant Argonautica Aracini: ac sæpe versiculos ex illis refertũt. Scripsit etiam epigrãmata: & carmen elegiacum: in quo decantauit puellam nomine Leucadiam quam præcipue dilexit. hinc illud notum.

Hæc quoq; perfecto ludebat Iasone Varro
Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.

Illud præterea relatum est ab antiquis authoribus Pub. Vergilium magnopere delectatum Varronis ingenio: ac illius carmen magno studio imitatum. Citantur a Prisciano hi versus in Varronis orthographia.

Ergo inter solis stationem & sidera septem
Exporrecta iacet tellus huic extima fluctu
Oceani: interior Neptuni cingitur ora:

C. Ticida. Cap. XXXIIII.

C. Ticida in scribendis epigrammatis claruit his maxime temporib⁹: quib⁹ Cor. Cinna: Val. Catullus: & Cornifici⁹ præstiterunt: afferuntur a grãmaticis nostris Ticidæ versi⁹: ex quib⁹ colligitur: fuisse illum eleganti ingenio & ad scribendum carmen accõmodato. Messala Coruin⁹ in epistola quadam (vt a Suetonio relatum est) de hoc Ticida meminit: scribẽs nihil sibi esse cum Furio Bibaculo & Ticida. Neq; desunt apud nos: qui tradant ab eodem Ticida dilectam fuisse Metellam quam mutato nomine Perillam appellauit: quod etiam Catuli⁹ fecit: qui Lesbiam pro Clodia nominauit. Habuit inter principes amicos Val. Catonem cui⁹ poemata illustrauit editis versibus de Iydia illius. Priscianus Ticidam in hymeneo citat: repetens hunc versiculum.

Felix lectule talibus sole amoribus.

Ouidius quoq; inter eos poetas hunc enumerat: qui amores decantarunt: vt Metellum: Cornificium: Hortensium: Catonem: Caluum: & alios: Hæc sũt: quæ de. C. Ticida apud veteres legimus.

Furius Antias Cap. XXXIIII.

Furius Antias poeta insignis habitus est: & inter vetustiores recept⁹: Macrobius Furium hunc & alios complures enumerat: a quibus poeta Vergilius permulta (vt fit) mutuatus est: vt Ennium. Neuium: Accium: Lucretium: & Varium. Idem Furius annales composuit hexametris versibus: & poemata satis etudite: & eleganter: neq; probandus est Cesellius vindex grãmaticus: qui reprehendere Furium ausus est: atq; in ordinem redigere. Qua in re parum prudenter se criticum professus est: vt. A. Gellius testatur: Itaq; petulantiæ simul atq; inscitiæ arguitur q; hæc verba damnauerit in Furii poematis: idest terram lutescere: noctescere: increscere: purpurare: opulescere. Versus adiiciemus ex poematis Furianis: in quibus hæc sunt: sicuti adhuc leguntur in Atticis commentariis.

Sanguine diluitur tellus: caua terra lutescit.
Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.
Increscunt animi: virescit vulnere virtus.
Vt fulica ipsa leuis volitat super æquora classis
Spirit⁹ eurorum virides cum purpurat vndas

Quo magis in patriis possint opulescere campis.

Nonius Marcellus & alii grãmatici persæpe afferunt versus Furii Antiatis: ex quibus colligitur: non defuisse illi ingenium aut eruditionem. De. M. Furio (qui Bibaculus est appellatus) suo loco diximus.

L. Iulius Calidius. Cap. XXXV.

L. Iulius Calidi⁹ Romæ nat⁹ ex nobili Calidiorum familia equestrem dignitatem seruauit: vir probo ingenio ornatus: & optimis artibus institut⁹. Pedianus & alii veteres multum Calidio tribuunt: q; in absoluendo carmine plurimum præstiterit. Coluit enim magno studio poeticen: vt Cor. Nepos testatur: qui Calidium hũc elegantissimum poetam vocat: & Lucretio ac Val. Catullo adiũgit. Neq; dubium est: eundem fuisse vehementer dilectũ a Pomponio Attico: & maximis periculis ab eo diligẽter defensum atq; seruatum: vt veteres authores referũt. Idem Calidius (cum esset relatus in numerum proscriptorũ a Pub. Vclusio: qui fuit præfect⁹ fabrum Antonii) ab Attico absolutus est propter ingenium suum atq; elegantem eruditionem: quod a Cor. Nepote scribitur. De poematis Calidii & ei⁹ obitu: nihil hactenus legimus. De. M. Calidio dicemus commodius.

Laurea Tullius. Cap. XXXVI.

Laurea Tulli⁹. M. Tullii oratoris libert⁹ fuit: & a patrono suo propter ingenium: atq; eruditionis elegantiam magnopere dilect⁹. Cicero enim Tyronem ac Lauream libertos suos magni fecit: q; cum alia multa: tum illi⁹ epistolæ testantur. Ipse autem Laurea ingenio præstitit: ac in poematis scribẽdis claruit. Quæ res Plinii testimonio patet: qui precipuis laudibus carmen illius commendat. Inter alia epigrammata scripsit illud notum de laude Marci Ciceronis: ac de aquis in academia villa erumpentibus: quæ remedium ægris oculis afferrent. Carmen id est dignum sane q̃d vbiq; legatur propter egregiam indolem: & elegantem suauitatem

Quod tua Romanæ vindex clarissime linguæ
Silua loco melius surgere iussa viret.
Atq; Academiæ celebratam nomine villam.
Nunc reparat cultu sub potiore vetus.
Hinc etiam apparent lymphæ non ante repertæ
Languida: quæ infuso lumina rore leuant.
Mimirum locus ipse suii Ciceronis honori
Hoc dedit: ac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem
Sint plures oculis: quæ medeantur aquæ:

Leguntur & apud græcos Epigrammata Laureæ: in quibus par elegantia: atq; eruditio habetur. Mihi non satis constat: an idem sit qui fuerit Marci Tullii libertus.

Eiusdem Liber. III. ad eundem.

Peeruentum est ad ea tempora Cosme Pont Arreti ne: quib⁹ omnes bonæ disciplinæ accesserunt ad summum fastigium vna cũ maiestate Romani Imperii: qua in re cum considero vitæ mortalium cõditionem: permultum quidem interesse existimo i reb⁹ humanis quo maxime æuo: quibusq; potissimũ ciuitatib⁹ ipsi homines ætatem degant. Imperante enim Cæs. Augusto tam prospere: tãq; feliciter humano generi consultum videri potest: vt nemini dubium sit: optimis auspi

elisatq; consiliis per ea tempora administratum fuisse imperiũ: & omnes artes in sũma dignitate Romæ claruisse. Nã vbi præmiorum spes aliqua est illorum animis q̃ in præclaro facinore intenti sunt: mirum profecto est: quantũ excitentur indies: atq; accẽdantur studia mortalium ad capessendam virtutem. Quo factum est: vt vigente Romani imperii fortuna clarissima ingenia in ciuitate præstiterint: non modo in facultate poetica: sed in cæteris omnibus disciplinis: quæ honestæ ac liberales haberi solent: sequentibꝰ deinde sæculis posthabita virtute: cũ vitia hominũ magis æstuarent: paulatim respub. delapsa est in partem deteriorem: & simul fortunæ cõditio cũ moribus ĩmutata est. Itaq; luxus & ĩmoderatę libidines ciuitatem primo ĩuaserunt: Deinceps (vt ĩ magno malo atq; licentia accidit) nimia imperandi ambitio cuiusq; animos occupauit: quibus malis impedita ac fatigata ciuitas: nõ tantum pristinam dignitatem diminuit: Sed ipsum præterea imperium pessime affecit: quæ omnia relata sunt a nobis ob eam rationem: vt facilius intelligere possimus: quãtum eorũ imperio mortales iure optimo debent quibus datum est: recte ordineq; rempub. moderari: & ingenia ciuium digna mercede cõfirmare. Nunc ad Pub. Vergilium accedemus: qui Augu. principi gratissimꝰ fuit: & simul cõplectemur eos omnes poetas hoc volumine: qui vsq; ad Flauios Imperatores deuenerunt.

P. Vergilius Maro Cap. XXXVII.

P. Vergilus Maro natalem suũ habuit Idibus Octobris. M. Crasso: &. Cn. Põpeio Cos. quæ res probatur cum veterum monumentis: tum versibus illis Val. Martialis.

Maiæ Mercurium creastis Idus.
Augustis redit Idibus Diana:
Octobres Maro consecrauit Idus.

Natus est in vico Ande: qui non longe abest ab vrbe Mantua: ob idq; Andinꝰ vates appellatur a Silio Italico: Modicis facultatibus peneq; exiguis primam ætatem trãsegit: Deinde cum tempus aduentasset capiendæ eruditionis optimis præceptoribꝰ atq; eruditis operam dedit: idq; effecit variis ac diuersis vrbibus. Nam Cremone primum. deinceps Mediolani: ac postremo Neapoli ingenium suum magna diligentia & incredibili studio excoluit: maximeq; Orbilium & Scribonium Aphrodisium audiuit: a quibus mature instructꝰ est. Traditum est a veteribus eodem die poetam Vergilium induisse virilem togam: quo. T. Lucretius in fata concessit: Adeo insigni modestia & verecũdis moribus dicitur fuisse: vt vulgo appellatus sit Parthenias: q̃d præter alios multos etiam poeta Ausoniꝰ testatur in epistola ad Paulinum. De poematis ipsius minime oportet hoc loco pluribꝰ agere: cum Seruius grãmaticus & alii plures diligenter de his scripserint tradentes: quæ sint ad hunc ipsum referenda: quibusq; temporibus ab eo composita. Idem Seruiꝰ octo opuscula pro Vergilianis enumerat: hoc est Cyrin: Aethnam: Culicem: Catalecton: Priapeia (de quibus inter grãmaticos non satis adhuc certis argumẽtis constat) Copam: Epigrammata & Diras In Buccolicis Theocritum poetam est imitatꝰ. In Georgicis Hesiodum: quem sine vlla quidem controuersia longe superauit. In ipsa Aeneide sequutꝰ est ex auctoribꝰ græcis: Parthenium: Pisandrum: Apolloninum Rhodium & in primis Homerum Ex latinis. Q. Ennium: Liuium Andronicum: Neuium. T. Lucretium & alios complures: q̃d ipsum cum alii permulti adnotarunt: eum præcipue Macrobius. Octauiꝰ Cæs. (qui per ea tempora optimis auspiciis imperium orbis terrarum gubernauit: & in poetica facultate excelluit) maxima voluptate tenebaẽ in legendis atq; audiẽdis

Vergilii carminibꝰ: quocirca frequentes epistolas ad eum mittere consueuit plenas officii atq; beniuolentię. Neq; ab re futurum est apponere particulam epistolæ Pub. Vergilii in quã respondet Octauio principi: vt Symachꝰ testatur: De Aenea quidẽ meo inquit: si me hercle iam dignum auribus haberem tuis libenter mitterem: Sed tanta inchoata res est: vt pene vitio mentis tantum opus ingressꝰ mihi videar: cum præsertim (vt scis) alia quoq; studia ad id opus multoq; potiora impertiar. Quibus verbis facile possumus colligere: quantum laboris atq; vigiliarum posuerit Vergilius in hoc poemate absoluendo. Statius Papinius: & Silius Italicus ita Vergilii opera admirati sunt: vt nihil præterea se dicant magis cupere: q̃ posse imitari aliqua in parte maiestatem Vergiliani carminis. Fabiꝰ Quintiliansu (cũm de Poetis latinis loquitur) Maronem ipsum longe omnium principem constituit: quem cæteri maximo interualo subsequantur: quod etiam Domitius Afer existimauit: qui eum post Homerum fecit secundum: Sed magis proximum primo q̃ tertio. Neq; defuerunt apud veteres: qui tam peruerso igenio fuerint: tanq; absurdo: vt reprehendere Vergilium ipsum non dubitauerit: & in omni poetica elegantia ineptum dicere. Carbilius quidem grammaticus librum composuit de Vergilianis erroribus: cui titulus fuit Aeneidomastix. Alii prẹterea complures furta eiusdem colligentes vt imperitũ furem accusarunt: de quo multa scribuntur a Nacrobio in Saturnalibus. Cæsar Caligula nihil veritus est affirmare nullo ingenio: minimaq; doctrina fuisse Vergilium Itaq; paulo absuit (vt Suetonius refert) quo minꝰ ex omnibꝰ bibliothecis scripta & imagines illius aboleret: qui vero summa eruditione præstant: vt in exploranda atq; censenda antiquitate excellunt: eam dicunt esse maximam laudem: præcipuamq; gloriam Vergilii: vt nullius laudibus crescat: nullius vituperatione minuatur. Vulgatum est cautum ab eo fuisse testamento: vt hoc opus æneidos cremaretur velut imperfectum atq; inemendatum. Qua in re apponemus eos versus: qui referuntur ab antiquis grammaticis in Octauium Augustum.

Ergo ne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes?
Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis?
Ah scelus indignum: soluetur littera diues
Et poterunt spectare oculi: nec parcere honori
Flamma suo: ductumq; operi seruabit amorem?
Pulcher Apollo veta: musæ prohibete latinæ.
Liber & alma Ceres succurrite: vester in armis
Vester miles erat: docilis per rura colonis
Nam docuit quid ver ageret: quid cogeret æstas.
Quid pater Autumnus: quid bruma nouissima ferret.
Arbuta formauit: sociauit vitibꝰ vlmos.
Curauit pecudes: apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit: vt pereant? ipsum si dicere fas est.
Sed legum est seruanda fides: suprema voluntas
Quod mandat fieriq; iubet parere necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas
Q̃ tot congestos noctesq; diesq; labores
Hauserit vna dies: supremaq; verba parentis

Amittat vigilasse suum:si forte superbum
Erauitq; in morte piger:si lingua loquuta ē
Nescio quid titubante animo:non sponte:sed altis
Expugnata malis odio langoris iniqui:
Si mens cæca fuit,iterum lentire ruinas
Troia suas:iterum cogetur reddere voces.
Ardebit misere post vulnera:vulnus Elisæ.
Tam sacrum soluetur opus:tot bella:tot enses.
In cineres dabit hora noscens & perfidus error
Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores
Expirent ignes: Viuat Maro:doctus vbiq;
Ingratusq; fui:studiorumq;:inuidus orbi
Et factus post fata nocens:quod iusserat ille
Sit veruisse meum:satis est post tempora vitę
Immo sit æternus tota resonante Camœna
Carmen:& in populo diui sub numine nomen
Laudetur:vigeat:placeat:relegatur ametur.

Inter pręcipuos amicos coluit Asinium Pollionem.Cor.Gallū: Quintiliū Varrum Horatium Flaccum & Mecœnatem:cū quibus summa familiaritate vixit. Octauio principi adeo acceptus est ob singularem modestiam atq; ceteras virtutes:vt relatū sit:nihil fuisse vnq̄ illi denegatum.Scribit Corn.Tacitus eundem Vergilium maximo honore habitum ab vniuerso populo Roma,& assurrexisse illi auditis vel sib9 in theatro:pręsentemq; ac spectātē Vergilium pari veneratione obseruasse:atq; Octauium principem. Traditum est habitasse in esquiliis secundum hortos Mecœnatis: sæpeq; in campaniam solitum decedere ad animum atq; ingenium recreādum: quo liberius pro loci amęnitate nauare operam posset inchoatis a se operib9.Helius Melissus grammaticus excellens(qui cōmētarios de loquendi proprietate composuit) refert Vergilium fuisse paulo tardiorem in loquendo peneq; indoctum & subagrestem.Quæ scripta sunt de illius dicteriis cum Cæsare Augusto:deq; contentionib9 cum Cornificio grammatico:& appensis carminibus in palatinis valuis:ea quidem neq; refellere hoc loco:neq; ascribere in animo est. Tarent i periit:vt Seruius refert:vt alii volunt Brundusii contracta ægritudine ex itinere ad visendum metapontum p ter calores ac nimios æstus.Paulo mox delatum ē illius cadauer Neapolim:ibiq; sepultus Vergilius addito hoc carmine:

Mantua me genuit.Calabri rapuere:tenet nunc
Parthenope:cecini pascua:rura:duces.

Quod etiam notatū est ab Eusebio in annalib9: Deploratūt eiusdē obitum complures alii:& inter cæteros Cornelius Gallus his versibus ad Cæsarem Augustum.

Temporibus lętis tristamur maxime Cæsar
Hoc vno amisso quem gemo Vergilium.
Sed vetuit relegi si tu pariere libellos
In quibus Aeneam condidit ore sacro:
Roma rogat:precibusq; etiam tibi supplicat orbis
Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Atq; iterum Troiam:sed maior flamma cremabit:
Et laudes Italum:fac tua facta legi.

Aeneamq; suum fac maior nuntius ornet
Plus satis possunt Cæsaris ora dei.

De effigie ipsius:cæterisq; animi virtutibus permulta scribuntur a nostris grāmaticis:quæ pręretermittimus studio institutæ breuitatis.

Q.Horatius Flaccus. Cap.XXXVIII.

Q.Horatius Flaccus ī Venusio Apulię oppido natus est:patrem habuit libertini generis:vnde illud.

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Pro certo habetur eius natalem fuisse duobus circiter annis ante cōiurationē. L. Sergii Catilinæ:quo tempore celebres erant in ciuitate:ex poetis Val.Catulī Licinius Caluus:& Heluius Cinna:ex oratoribus.M.Cicero.Q Hortēsius:&.Q. Catullus:ex philosophis Var. Terentius & Figulī Nigidius.Orbiliū beneuentanū (vt cōstat) a puero audiuit:quem appellat alicubi plagosum. Ac mirum:q̄ breui tempore in bonis litteris profecerit:.Ingenio enim facili & auidissimo fuisse traditur in capiēdis optimis disciplinis. Vbi autem satis visus est nauasse operam latinis studiis :Athenas se contulit:vt philosophorum pręceptis liberius incumberet:maximeq; Epicureorū placita videtur probasse:vt illud vrbane dictum testatur:

Me pinguem:& nitidum bene curata cute vises
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Moribus fuisse dicitur subobscœnis:& ad bilem interdum paulo excitatior:adeo erga amicos gratus:atq; officiosī:vt nobiliorum etiam studiis & gratia clarior in dies ac nobilior esset:nam primo dignitatem tribunitiā honestis suffragiis est adeptī:& Romanæ legioni præpositus:quod ipse de se scribit. Amicos vero habuit ex poetis Albium:Tibullum:Quintilium Varum:cuius obitum officiose deplorat. Valgiū cōsularem:Vergiliumq; ipsum:ex prima nobilitate Iulium Florum:Maximum Lollium:& Mecœnatem:cū quo supra septem ānos summa familiaritate vixit: Quod cum locis multis:tum maxime his versibus apparet.

Septimus octauo propior iam suggerit annus
Exquo Mecœnas me cœpit habere suorum

In numero:nā cū ipso quidem Horatio iocari liberius Mecœnas atq; agere cōsueuit eidēq; concredere sua studia.In rebī ciuilibus(cum ipsa ciuitas magnis factionibus teneretur:variisq; seditionibī æstuaret)sequutī primo est Bruti & Cassii partes:q; a multis aliis:& a Sidonio Apollinare traditū est:qui ad Iulium Maiorianū sic refert

Et tibi Flacce acies Bruti Cassiq; sequuto
Carminis est auctor:qui fuit & veniæ.

Mox vero accidit:vt fauore Mecœnatis nō dignitates tantū assequeret:Sed ipsi quoq; Octauio Impe.foret insinuatī:cū libere & amice ad illū scribat:illas ramē epistas:quæ referunt a quibusdā Augusti ad Flaccū:magis cōfictas opinamur:q̄ dignas tāto principe:eiusq; summa eruditione:qd̄ ipsum cum alia multa:tum elocutio in primis probat.Composuit perplura:quæ vulgo etiam sunt notissima:nos q̄ breuissime repetemus.Libros carminum quattuor:Epodon.& Sęculare carmē:quibus Augustum ac Mecœnatem miris laudibus celebrat. In scribendis Iambicis mire efficax habitus est quod & Fabius Quintilianus testatur.Inter lyricos inquit fere solus dignus est legi Horatius:quoniam & insurgit aliquando & plenus est iucunditatis & gratiæ: variisq; verbis & figuris fœlicissime audax.Ex quo illud peruulgatum.

Hic inter Lyricos sublimi vertice vates

Sidera summa ferit:seu dulcia furta puellæ
Cantat,amicitias:conuiuia prælia:paces.
Siue lycambeis lacerat latratibus hostem
Imperit aut vario corruptos carmine mores.

Apollinaris quoq; sic ad Tonantium de Horatio.

Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis vt nostra de hinc cursitet orbita
Qua Flaccus lyricos pindaricum ad melos
Frenis:flexit equos plectri potentibus
Dum metro quatitur chorda gliconio
Nec non Alchaico vel pherecratio
Iuncto & lesbiaco:siue anapestico
Vernans per varii carminis ecglogas
Verborum violis multicoloribus

Diomedes grammaticus & alii veteres vndeuiginti carminum modos ab Horatio decãtatos asserunt:quorum rationes in tertio de grammatice libro a Diomede ipso referuntur.Scripsit de poetica librum ad Pisones:volumina duo Satyrarum:ac totidem epistolarum.In Satyra vero Lucilium sequutus est:etsi eum vt lutulentum accusat.Fabi9 certe Quintilianus præceptum in Satyra dicit hunc ipsum Horatium ac purum in primis:& tersum:Quin hoc illi proprium & peculiare fuit:vt ridenti similis & quasi dissimulãs improbitatem ac vitia hominum accusaret:q̃ ea magis vt geant atq; afficiant:quæ sensim irrepunt:q̃ quæ aperta fronte inuadunt. Quod ipsum & poeta Persius demonstrat.

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit:& admissus circum præcordia ludit:
Callidus excusso populum suspendere naso.

Sed & poeta Ouidius ingenue fatetur magnopere se Horatianis versibus delectatũ & eius carmẽ diligenter audisse:veluti Propertium:Macrum Ponticum:& Bassum qui iambicos lusit.

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures.
Cum ferit ausonia carmina culta lyra.

Permultos vero enumerat Horatius:quorũ & studiũ & iudiciũ pcoluit:vt Plotium Mecœnatẽ: Variũ: Vergiliũ:Fuscos: Valgiũ:Pollionẽ:Messallã:& alios: Sequut9 ẽ eũ in cõponẽdis lyricis Paulus Passien9 :qui(vt est author Plini9)mirifice illũ exprimebat.Statura fuisse tradit breui:corpore obeso:oculis lippis:q̃ vel ex carmine illius variis locis colliguntur.Mortu9 est autẽ Horatius anno ætatis suæ.vii.& quinquagesimo:vt in Eusebianis annalibus relatum est:alii supra.lxx.anno vixisse scribunt: Quod ego tamen falsum existimo:vt alibi obseruatum est.

T.Valgius. Cap.XXXIX.

T.Valgius inter eos poetas refertur a veteribus:qui elegias & poemata scripserunt:familia ortus est nobili & insigni:vt quæ consulares viros tulerit. Neq; desunt qui eius ingenium atq; elegantiam commendent in scribendis carminibus.Horatius Flacc9 plurimum tribuit Valgio: & in eodem numero eũ collocauit:in quo Plotium:Varium:Mecœnatem:Asinium:& Vergilium:ad quorum iudicium sua scripta probari postulat.Messala item Coruinus(qui cum rebus

pręclare gestis:tũ eloquẽtia maxime præstitit)magnopere Valgiũ coluit:ppter ei9 elegantiã & ingeniũ.Itaq; pręcipue laudatus est a poeta Tibullo:qui eũ dicit aptissimum ad canendas laudes Messalæ:& assurgere in carmine ad Homerum.

Est tibi:qui possit magnis se accingere rebus
Valgius æterno propior non alter Homero.

Relatũ est a Seneca de Valgio poeta:q̃ is ęthnã Siciliæ montẽ nobilissimũ imperite vnicum vocauit:qui ignes euomeret.cum alii plures tradantur:qui idem efficiant. Inter alios versus:qui afferuntur a grãmaticis:& hoc carmen Valgii legitur

Hic mea me longo succedens prora remulco
Lętantem gratis fistit in hospitiis.

Fuit in magno precio & alter Valgius:qui inter Apollodoreos referẽ:quoniã Apollodori Pergameni sectam magno studio dicatur consequutus:sed agimus de hoc in oratoribus.

Albius Tibullus. Cap.XL.

Albius Tibullus Romæ(vt crediur)natus:Hircio & Pansa Cos.qui annus etiam Nasonis poetæ natalib9 insignis fuit:nam vterq; consul cum ad liberandum Brutũ apud mutinam mitteretur:fugato Antonio occisi9 est Parentes habuit ex equestri ordine bello & pace satis illustres.Is autem Tibullus(q̃ ingenio facili:& egregia forma foret)nobiliores ciuitatis sibi cõciliauit:in quorum numero fuit Messala Coruinus:qui mira diligentia & assiduis officiis poetam Tibullũ fouit.Quocirca sui studiosum vocat eum Tibullus:& insigni carmine laudes eiusdẽ ac virtutem celebrauit.Neq; illud ignoratur:cum in eiusdem Messalæ comitatu in prouinciam pheacum pergeret:in aduersã valitudinem incidisse:Ex quo tali carmine fidem suam atq; fortunam voluit posteris commendari.

Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus
Messalam terra:dum sequiturq; mari.

Horatiũ Flaccũ:& Macrũ poetã(qui de herbis libros cõscripsit)familiariter dilexit eũq; hortat:vt relictis castris:& militia ad amores & venetes redeat.Albius em̃ Tibullus i amorib9 & delitiis(vt apparet)paulo pcliuior fuit:vt qui Marathũ & Cherynthũ pueros maximo affectu dilexit:sicuti Deliam:Sulpitiã:Neerã:& Nemesim: de cuius forma & moribus frequens in veterũ libris mentio est.Vnde illud notum:

Vsit amatorem Nemesis Lasciua Tibullum
In tota iuuit.quem nihil esse domo

Sed &.L.Apuleius:quo loco de amorib9 disserit apud Claudium maximum: procõsulẽ fictũ Deliæ nomẽ a poeta Tibullo refert:cũ Plautia vocaretur.Flaccus Horati9 libere illum hortatur amicitię nomine:vt forti animo:& constanti ĩmitis glycerę fastum atq; insolentiam perferat:tum aliorum exemplis discat:quanta sit in sequẽdis amoribus varietas.In scribendo autem carmine Cassio Parmensi eundem pręponit quo loco suorum sermonum iudicem facit:bonaq; animi & corporis illi ascribit.

Albi nostrorum sermonum candide iudex:
Non tu corpus eras sine pectore:dii tibi formam:
Dii tibi diuitias dederant:artemq; fruendi.
Quid voueat dulci nutricula maius alumno?
Qꝫ sapere & fari possit:quæ sentiat:& cui:
Gratia:fama:valetudo:contingat habunde:
Et mundus victus non deficiente crumena?

Is vero Tibullus in carmine ad Messalam copiose ostendit: parum sibi licere in otio versari: & musis pro animi arbitrio incumbere: ꝙ aduersantis fortunæ iniquitas nimium illi obfuisset: & cũ satis illi opes florerẽt; cõditione tẽporum factum est: vt ad paupertatem redigeretur.

Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci
Horrea fœcundis indeficientia mensis
Cuiq; pecus denso pascebant agmine colles.
Et domino satis: & nimium: furiq; lupoq;
Nunc desiderium superest.

Idem Tibullus libros quattuor elegiarum: siue amorum composuit: in quibus facile probatur: q̃ elegans & candidum sit eius carmen: vt eiusmodi caloribus describẽdis latinos omnes videatur superasse: cum affectib⁹ exprimendis: tum elegantia & suauitate ingenii: qd ipsum etiam Fabius Quintilianus ad Marcellum Victoriũ refert. Cum poetam Tibullum & elegantem in primis ac tersum existimarit. Obiit aũt cũ adhuc iunior esset: neq; sine maxio mœrore Ouidii poetæ qd ille testatus est est lõgo carmine: ĩ quo probatur: quãta litterarum iactura Tibull⁹ occiderit: eoq; molestior fuit ei⁹ interitus: quo ĩmaturior visus est. In funere illius & parens: & soror præstiterunt pietatis officium: qd & Nemesis: & Delia pari animo fecerũt. Sicuti ab Ouidio refertur: Vulgatum illud est: de elegantia & carmine Tibulli.

Donec erunt ignes: arcusq; cupidinis arma:
Discentur numeri culte Tibulle tui.

M. Mallius. Cap. XLI.

MNallius ex illustri familia natus creditur: hisdem temporibus in vrbe claruit: quib⁹ diuus Augustus imperium Romanę vrbis felicissime gubernauit: Neq; dubitandum est fuisse illum tanto principe gratissimum propter egregiam disciplinarum cognitionem: & ingenii excellentiam. Fabius Quitilianus nullam mentionem de poeta Mallio fecit: quocirca mirantur quidam: cur illum prętermiserit: p̃cipue cum de. T. Lucretio & Aemilio Macro iudiciũ fecerit. Studiũ suũ atq; industriã collocauit in Mathematicis artibus: tantũq; in his pfecit: vt maximas ingenii sui laudes tulerit. Scripsit libros quiq; de Astronomicis carmine hexametro In quibus magna ex parte Hipparchũ Eudoxum atq; Aratũ sequutus traditur. Idẽ Mallius se ipsum excusat: parum sibi licere in suo carmine propter difficultatem operis omnia verbis latinis exequi: & in eo maxime laborare: vt magis iustruere: ac docere videatur: q̃ delectare: quoniam ornari res ipa negat cõtenta doceri. Neq; desũt: q̃ existimẽt. C. Pliniũ de hoc ipo Mallio intellexisse: quo loco de obeliscis disserit. Is em suo ingẽio pilã auratã in obelisci apice cõstituit: ex cui⁹ vmbra horaꝝ momẽta obseruarent: q̃ in re maximã cõmendationẽ accepit. De obitu illi⁹ nihil a nobis cõptũ est.

Cn. Cornelius Gallus. Cap. XLII.

CN. Cornelius Gallus poeta eximius habitus est in elegia & poematis describendis: eodem prope anno creditur natus: quo. M. Terentius Varro doctissimus Romanorũ periit: vt a Hieronymo relatum est in annalibus. Quidam tradunt fuisse illum patria foroiulensem: & eruditum bonis artibus: diuq; cum Cæcilio Epirota versatum in summa familiaritate. Fortuna tenui fuit: peneq; infima: sed studio & fauore Octauii Augusti ad præfecturę gradum ascendit. Factusq; in dies nobilior: vt mox dicemus. Scripsit elegiarum libros: in quibus commendatur magnopere illi⁹ Ingenium: & elegantia. Fabius tamen Quintilianus duriorem

hunc fuisse dicit. Seruius grãmaticus sic de Gallo scribit. Is inquit Euphorionẽ Poetam in latinum sermonem trãstulit: & amorum suorũ de cytheride libros quartuor cõposuit. In amicis Octauii Cęsaris primo recept⁹ est: ac deinde cum in suspitionem venisset: ꝙ in eum coniurasset occisus est. Fuit in primis Publio Vergilio amicus: adeo vt quartus liber Georgici operis a medio vsq; ad finem: eius laudes contineret: quas postea iubente Cæsare Augu. in Aristei fabulam cõmutauit. Idem Gallus amauit Cytheridem meretricem libertam Volumnii: quæ eo spreto: Antoniũ eũtem ad Gallias est secuta. Diomedes (cum de elegia loquitur) eundem Gallum Tibullo & Propertio adiungit. Cytheridem vero: quam prope ad insaniam dilexit: mutato nomine Lychorim vocauit: hinc illud vulgatum.

Gallus & hesperiis: & Gallus notus eois
Et sua cum Gallo nota Lychoris erit.

Notatum est a plurib⁹ ipm Gallum ab Augu. principe factum Aegypti prefectum diuq; summis officiis atq; honoribus euectũ atq; honestatũ Ammian⁹ refert a Gallo in prefectura exhaustam fuisse Thebarũ ciuitatem: & cum furti ac populatę prouincię in ius vocaretur: veritum indignationem nobiliũ ferro incubuisse. Tranquillus videtur hac in re nõ nihil dissentire: qui scribit: ob ingratum & maleuolũ animũ ab Octauio Augu. domo: & prouinciis suis Cor. Gallo interdictum: illachrymatum preterea Augu. vicem suam doluisse ꝙ amicis non liceret: quatenus vellet irasci: nec desunt: qui tradant tertio & quadragesimo anno Poetam Gallũ propria manu se interemisse. Legũtur ætate nostra elegiarum libri sub nomine Cor. Galli: qua ĩ re facile est imponere imperitis hominibus. Qui aũt paulo diligenti⁹ antiquitatem obseruarunt: nihil minus censebunt: q̃ vt hæc referenda sint ad Poetam Gallum. De Asinio Gallo dicemus paulo post: qui filius fuit Asinii Pollionis.

Sex. Aurelius Propertius. Caput. XLIII.

SEx. Aurelius Propertius ex Meuania oppido oriund⁹: quod in vmbria est vt ipse author copiose testatur: quo loco vmbriam Romãi Callimachi patriam vocat.

Vt nostris tumefacta superbiat vmbria libris:
Vmbria Romani patria Callimachi.

Sunt qui scribant eius patrem equestri dignitate ornatum: ac triumuirali potestate fuisse: tum inter eos connumeratum: qui. L. Antonium secuti Perusia capta ex Octauii Cæs. auctoritate ad aram Diui Iulii perducti ibidem occisi fuerunt. Illud omnino constat. Aur. hun: Propertiũ magna ex parte amissis bonis Romam se recipisse Cũ patrem suum adhuc in tenera ætate amisisset: quod illis versibus apparet.

Aspice me: cui parua domus: fortuna relicta est:
Nullus & antiquo marte triumph⁹ aui.

Et alibi clarius:

Ossaq; legisti non illa ætate legenda
Patris: & in tenues cogeris esse lares.
Nam tua cum multi versarent rura iuuenci.
Abstulit exultas pertica tristis opes.
Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo
Matris: & ante deos libera sumpta toga:
Tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo
Et vetat insano verba tonare foro.

In vrbe autem nominis celebritatem breui adeptus est cum summa ingenii comitate: tum elegantia carminum Mecœnati: & Corn. Gallo maxime accept⁹ fuit: quod vtetq; poetæ studiis & doctrinæ pro similitudine pfessionis fauerent. Ouidiũ quoq; Tibullum & Bassum inter principes amicos coluit: ad quos de suis calorib⁹ & puellæ ingenio sæpius scripsit. C. Plinius in epistola ad Romanum Paulum refert Passienum in scribendis elegis eruditum habuisse inter suos maiores Propertiũ eaq; ratiõe gentile inquit est hoc in passieno: qui eodem quoq; municipio est: Quo Propertius. vnde maximũ studiũ Passieno fuit calores Propertii atq; ingeniũ suo carmine expriimere: cum in elegiis (vt inquit Plinius) foret egregius atq; pręcipuus Propertius: libros quattuor elegiarum cõp. fuit: i quib⁹ fere suos calores: & Hostię laudem ac formã celebrat. Nam in puellam Hostiam miro qdem affectu exarsit: quã mutato nomie (vt est author. L. Apuleius) Cynthiam appellare maluit. Hinc Apollinaris Sidoni⁹ ad Hesperium scribit. Meminisse debes: q; sæpe versum Corinna cum suo Nasone compleuit. Lelbia cum Catullo. Cesennia cum Getulico. Argẽtaria cum Lucano Cynthia cum Propertio: Delia cum Tibullo. Callimachum pcipue Cyreneũ Mimnermum & Philetam gręcos Poetas in carmine secutus est: quorum manibus comitem se profitetur. Nam vt illi apud gręcos in elegia consensu omnium longe præstiterunt: ita Propertius apud latinos eorũ imitatione primas videtur quorundam iudicio consecutus. Fabius Quintilianus censor in litteris acerrim⁹: cum Tibullũ maxime cõmendauerit: nõ deesse tamen inquit: qui Propertiũ malint. Cum sit Ouidi⁹ lasciuior: Gallus in elegia durior. Ouidius certe cũ sæpe de ipo Propertio agat, blandum tenerum ac dulcem appellat: multumq; illius carmini semper cõcessit: & recentesti sua carmina auditor affuit.

Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes
lure sodalitii: qui mihi iunctus erat.

Sed & Val. Martialis Propertii ingenio & amoribus plurimũ tribuit: vt eo maxime loco probauit: quo Galli lycorim: Tibulli Nemesim: & Lesbiam Catulli celebrat. Sic enim scribit in Apophoretis.

Cynthia facundi carmen luuenile Properti
Accepit famam: nec minus ipsa dedit.

De obitu ei⁹ parum compertũ est. qdam scripserunt illum periisse annos alterum & xl. natum Fuisse alterum Propertiũ Fulgentius ostendit: qui in libro ad Calcidiũ de prisco sermone. & verba hæc ex Propertio refert. Catillata geris vadimonia publicũ prostibulum.

L. Varius. Caput XLIIII.

L. Varius hisdem tẽporib⁹ floruit: quibus in eloquentia præclari habiti sunt Messala Coruinus. M. Caillidi⁹: Numatius Plancus & Asini⁹ Pollio. Relatum est ab antiquis eundem Variũ inter epicos poetas censeri: & in scribẽdis tragœdiis maxime præstitisse. Quocirca magnopere dilect⁹ est a principe Octauio: qui in studio Poetices magna voluptate versat⁹ creditur. Tantũ illi tribuit Horatius Flaccus: vt cum sciberet ad. M. Agrippam consularem virum: vnũ dicat esse L. Varium: qui possit eius gesta atq; egregias virtutes præclarissimo carmine posteris cõmendare. Cor. Tacit⁹ sub Materni persona ita laudat Varii Thiestem: & Ouidii Medeam: vt inter præcipua opera referat. Nullus inquit liber Pollionis Asinium aut Messalę: tam illustris est: q̃ Medea Ouidii: aut Varii Thiestes. Sed & Fabi⁹ Quintilianus author est Varii Thiestem cũ omnibus qdem gręcis potuisse conferri. Tantum sublimitate carminis: & ingenii facilitate excelluit. Habuit inter amicos Horatium Flaccum. Pollionem Asiniũ: & Plotium Tuccam. Pub. aũt Vergilium familiarissime coluit: vt in eodem cõtubernio versarent: neq; desiũt qui scribãt fuisse dilectã a Pub. Vergilio vxorem Varii: eoq; nomine dono illi datam tragœdiam a se compositam. Ac deinde sub nomine ipsi⁹ Varii editam: quæ res aperte refellitur authoritate doctiorũ. Illud pro cõperto habetur. relictos fuisse hęredes a Pub. Vergilio ex parte. L. Varium & Plotium Tuccam: tum illis demandatũ prudentia: & authoritate Octauii principis: vt æneam Vergilii emendarent sed ea cõditione: vt nihil operi adderetur Quidam ętate nostra imprudenter faciunt: qui cum. L. Vario: Quintilianũ Varrum confundunt. Parum intelligentes: quantum inter se differant & carminũ genere & moribus.

C. Mecœnas. Caput. XLV.

C. Mecœnas ex clarissima familia regum ethruscorũ nat⁹ est. In Secundo ordine permansit: tanta suæ modestiæ cõmendatione: vt relatus sit inter nobilissimos ciues. Quidam arretio oriundum putarunt quę vrbs habita est inter ãtiquissimas ethrurię. Illud minime obscurũ est: eundem Mecœnatem dum ageret in tenera ætate maxime prestitisse facilitate ingenii in litteris perdiscẽdis: vt Horatius Flacc⁹ & alii plures testantur: ac primo incubuit summa diligentia pręceptis eloquentiæ: in qua mediocriter excelluit. Deinde ad poeticam facultatem diuertit, tragœdiasq; & alia varii generis poemata scribere aggressus est. Octauio adeo grat⁹ fuit propter singularem fidem: & ingenii comitatem: vt ab eo receptus sit inter præcipuos amicos. Vulgatũ est de Mecœnate: q̃tum litteris ac litteratis oĩbus fauerit: cũ i vrbe vn⁹ hic potissimũ haberet: ad quem poetę oms: atq; oratores velut ad certam anchoram perfugium sibi haberent. Itaq; ab eo vehemẽter dilecti sunt: operaq; & muneribus amplissimis honestati Pub. Vergilius: Horatius: Flaccus: Asinius Pollio: Valgius: & alii cõplures: repræhensus est a veteribus: q; esset animo molliori: ac solutis vestibus vteretur: nimiũq; sinuosis & fluentibus. De cuius mollicie atq; deliitiis: cum multi alii scripserunt: tum Anneus Seneca: qui in censendis notandisq; moribus acerrimus censor fuit. Magnũq; inquit exemplum Romanę eloquentiæ daturus erat Mecœnas: nisi illum enetuasset felicitas. Referuntur ab eodem Seneca alia multa: in quibus orationem Mecœnatis maxime accusat: vt molẽ ac nimiis deliciis fluentem: quod & Suet. Tranquillus tradit. Itaq; consueuit Octaui⁹ princeps sæpe illum exagitare suis epistolis: aut per iocum irridere. Scripsit Tragœdiã Prometheũ: & elegias cõplures: vt veteres authores testantur: inter cætera illi⁹ laudatur hoc carmen de contemnendo sepulchro.

Nec tumulum curo: sepelit natura relictos.

Hortos Romæ habuit pulcherrimos in esquiliis: vbi versari interdum cõsueuit: deq; liberalibus disciplinis sermonem habere cũ amicis suis. Ad hos persæpe diuertit Cæsar Octauius propter loci amœnitatem: velut qui animũ liberũ haberet a curis in eo quietis secessu. Tanta animi libertate vixit Mecœnas cum Augusto: vt monere illũ & reprehendere aliquando nõ dubitauerit: vt copiose scribit Dion gręcus author in Romana historia: qui eundem refert primum inuenisse notas quasdam litterarũ: quibus ad scribendi celeritatem vteretur: ac per Aquilam libertum ad aliorũ vsum traditas. Notandum est a. C. Plinio de Mecœnate iter mirifica naturæ officia: eũ nunq̃ horę momentum dormisse per totum trienniũ ante obitum: Sed hoc nõ plane compertum est: an referendum sit ad alterũ Necœnatem. Publius Vergili⁹ ad hunc Me

cœnatem libros suos misit:qui Georgica inscribuntur:absolutissimũ omnium op⁹: quæ in eo genere composita vnq̃ ab aliquo fuerint.Extant adhuc Propertii Poetę: & aliorum laudes de ipo Mecœnate:q̃ liberali animo fuit:q̃q̃ docta eruditione excelluit:quæ a nobis hoc loco omittũtur studio breuitatis.Cõstat eum obiisse edita iam ætate:& in senium vergente:vt veteres authores testantur.

Pub.Ouidius Naso.Caput. XLVI.

PVb.Ouidi⁹ Naso genit⁹ est Sulmone patria:quod oppidũ in pelignis fuit natalem habuit Aprili mense dieb⁹ quinquatriis:quibus sacra Minerue celebrari mos fuit apud Romanos.A.Licinio:&.L.Pansa Cos.qui mutinensi pugna cõtra Antoniũ ceciderũt:neq̃ desunt:qui referãt eodem die natos fuisse Pu. Ouidium & Albium Tibullum Poetã in scribendis elegantiis maxima elegãtia.Maiores illi contigerunt nobili genere atq̃ satis honesto:a quibus equestrem dignitatẽ acceptam perpetuo seruauit.In ipso adolescẽtiæ suę principio magnopere probauit quantum prestaret ingenii facilitate:ac preclaris moribus.Quocirca Romæ institutus est in latinis litteris maxima diligentia parentis:& cum in tenera ætate(vt constat)summa voluptate & gratia teneret cõponendis carminib⁹:ab eo studio retractus est parentis monitionibus:qui monere illum & assidue hortari nõ destitit ad oratoriam facultatem:vt qui ad quæstum & opes cõparandas animũ magis intendisset Itaq̃ factum est vt Pub.Ouidius studiũ illud atq̃ curam absoluendi carmina intermitteret:animũq̃ ad causas & forum cõuerteret preceptoribus Arellio Fusco & Portio Latrone:cuius eloquẽtiam atq̃ eruditionem vehementer admiratus est:Neq̃ in ea re tulit vulgarem laudem aut cõmendationem ingenii sui:vt refert Anne⁹ Seneca.Nam & in priuatis & in centumuiralib⁹ causis præsedit:aliasq̃ preterea dignitates obiuit postea q̃ virilem togam assũpsit:& latumclauum ade pt⁹ est de quo habẽtur complura apud ipsum Ouidium diuersiis locis:quæ sunt a nobis ptermittenda studio breuitatis.Cęterum cum nihil animo suo potius foret q̃ versari in otio litterarum posthabita omni cura rerum publicarũ ad institutum suum rediit:ac totũ se dicauit poeticæ facultati:vnde perpetuum sibi nomen & quietem singularem fore sperabat:Minime dubiũ est.eundem habuisse tres vxores.Primã.n.sub ipam adolescentiam vt inutilem parũq̃ se dignam repudiauit:cunq̃ ea more veterũ diuortiũ fecit. Alteram bonis parentibus ortam beneq̃ moratam sed parũ stabili cõnubio sibi coniunctam mature dimisit.Successit his Perilla:cuius egregiam formam atq̃ probitatem plurib⁹ locis extollit:neq̃ tantũ dilexit eam maxima fide & beniuolentia singulari:Sed in poetica etiam eruditiuit:magnaq̃ cura excoluit. Quo factum est:vt Perilla exulanti marito fidem suam diligẽtissime seruauerit. Amicos habuit permultos cum doctrina & generis nobilitate insignes:tum probitate ac moribus ornatissimos vt Albium Tibullum:Cor.Seuerũ:Sabinum: Sex:Pompeium: Grecinũ & Flaccũ viros consulares:quorũ familiaritate intime vsus est.Messallam præterea Albinouanum:Aemilium Macrũ:Maximũ & alios cõplures:cum quibus (vt ipe refert) coniunctissime vixit.Relatum est a Suetonio Tranquillo Iulium Higinium(qui Augusti libertus fuit summoq̃ ingenio & doctrina prestitit)familiarissimũ fuisse Ouidio Poetę.De ipsius operibus haud magnum operepreciũ est pluribus agere:cum multi de hoc scripserint:eaq̃ vulgo satis nota sint ex cõmentariis nostrorũ grãmaticorũ Et sane hic vnus preter cæteros omnes videtur plura atq̃ varia poematũ genera descripsisse.In eo opere(cui titulum fecit Metamorphoseon)secutus est Parthenium Chium Poetam:qui græce scripsit preclarũ poema pari argumẽto:& materia simili

Id Ouidii op⁹ in tanto precio habitum est grecorum ingeniis:vt illud conuerterint in suũ sermonem.Est enim refertum varia atq̃ multiplici eruditione.q̃q̃ ipse author inemẽdatum atq̃ imperfectũ reliquit:vt ipse testatur versiculis additis. Nam absente illo atq̃ etiam nesciente editum est in vulg⁹ ab amicis.Fastorum libros sex cõposuit eosq̃ ad Germanicum Drusi filium misit:reliquos per importunum obitum: & aduersam exilii fortunam(vt pleriq̃ putant)nõ potuit perficere. Istamen alicubi asserit duodecim a se compositos.Op⁹ quidem eruditum & plenum magna & copiosa rerum scientia.

Sex ego fastorum scripsi:totidemq̃ libellos
Cumq̃ suo finem mense libellus habet.

De amoribus libros tres:in quibus sub ficto nomine Corinnę maxime probauit ingenium suum:complures etiã epistolas:in quibus est vsus mira elegãtia & artificio singulari vt Critici asserunt.In elegia habit⁹ est paulo lasciuior:vt qui nimiũ quandoq̃ indulserit ingenio suo Prætereo libros artium amandi & remediorũ:in Ibim:de obitu Drusi:epigrammata:& poemata cõplura:quæ ab eodem cõposita sũt:(vt grammatici veteres testantur)Quędam tamen falso atq̃ improbe ad eum referuntur: vt carmen de vocibus auium:de pulice:& alia indigna prorsus atq̃ aliena ab ingenio & doctrina tanti Poetę.Volumen præterea scripsit alieuticon:in quo cõplexus est varia & inaudita ad eam diem nomina piscium:quod amissum est(vt alia multa eiusdẽ authoris)iniuria hominũ & longa vetustate insequẽtium temporũ.Idem Ouidius magnopere cõmendatus est in Medea tragœdia propter ipsam elegantiam & sentẽtiarũ grauitatem:vt Cor. Tacitus & Fabius Quintilian⁹ referunt.In vrbe secundũ capitolium habitauit:hortosq̃ habuit in colle positos:qua via appia coniũgebatur cum flaminia.In his magna animi voluptate versari consueuit:suũq̃ otium mitioribus curis traducere.Relegat⁹ est a Cęsare Augusto in pontum ad oppidũ Tomos quo tempore Ouidius maiorem quietem atq̃ otium dari sibi sperabat recolendis veteribus studiis:vt qui accessisset ad ętatem quiectiorem.Causam vero tam sæui tãq̃ inciuilis exilii varie multi(vt in re ancipiti euenit)interpretantur.Alii hoc referunt ad eos libros:qui ab eo scripti sunt de amoribus:quod essẽt paulo lasciuiores vt ẽ author Sextus Aurelius:qui de Rom.principib⁹ scripsit.Pleriq̃ existimant prouenisse hoc ex adulterio cũ Iulia Augusti filia.Qua in re et si pub. Ouidi⁹ nihil omnino apte retulit:tamẽ alicubi videtur id ipm insinuare velata proprii carminis causa. Itaq̃ Sidonius Apollinaris videtur existimasse ob id fuisse illum relegatũ ab Augusto: vt satis declaratur his versibus:

Nec te carmina per libidinosa
Notum naso tener:tomosq̃ missum
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
Ficto carmine subditum corinnæ.

Hoc idem innuit Ouidius cum refert.

Lingua sile:non est vltra narrabile quicq̃.
Et alibi seruata ratione obstinati silentii.
Nec breue:nec tutum est peccati quæ sit origo
Dicere:tractari vulnera nostra timent.

Minime autem obscurum est Iuliam Augu.principis filiã deflagrasse magna libidine:& infamem fuisse vulgatis per vrbem adulteriis:vt ab antiquis scriptoribus refertur:Quapropter inclinat anim⁹:vt existimem haud satis potuisse Octauiũ sibi tem

perare:quo minus deſeuiret in Poetam Ouidium conficta cauſa noui nominis: q̃ in impudicis carminib⁹ operam atq̃ ſtudiũ poſuiſſet. In exilio ſupra ſeptem annos ver ſatus eſt. Cumq̃ illi viuendum foret inter incultas atq̃ barbaras nationes:tantũ ſibi prometuit gratiæ atq̃ ſtudii bene pręclareq̃ agendo:vt in eius obitu Getæ illi ac Tomitani populi tenere lachrymas nõ potuerint. Fuit enim Ouidi⁹ moribus apprime honeſtis & facilitate mirifica ad conciliandaſibi ingenia hominũ:quod imprimis dignum eſt ſumma admiratione. Cum geticũ ſermonem atq̃ ſarmaticũ didiciſſet poemata deſcripſit getica lingua:laudeſq̃ Cęſarũ decãtauit. Obiiſſe tradit eodem ãno quo. T. Liuius:qui nobiliſſimus author habitus eſt in Romana hiſtoria deſcribenda: ſepultuſq̃ fuit iuxta oppidum tomos vt Euſebius teſtatur:permulti ſcriptores cum veteres:tum iuniores deplorarunt obitum illi⁹ vt indignum atq̃ miſerabilem habita deteſtatione tam ſęuæ tamq̃ calamitoſæ relegationis:ſed eleganter imprimis & copioſe(vt ego exiſtimo)Ang. Politianus id fecit his verſibus

Et iacet euxinis vates Romanus in oris
  Romanum vatem barbara terra tegit.
Terra tegit vatem:teneros qui luſit amores
  Barbara:quam gelidis alluit iſter aquis.
Nec te Roma pudet:quæ tanto immitis alumno
  Pectora habes ipſis barbariora getis?
Ecquis io muſæ ſcythicis in finibus ægro
  Tædia qui morbi demeret vllus erat?
Ecquis frigidulos:qui lecto imponeret artus
  Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret ſalientis tempora venæ:
  Aut fomenta manu qui properata daret?
Conderet aut oculos media iam morte natantes:
  Aut legeret ſummam qui pius ore animam?
Nullus erat:nullus:veteres tu dura ſodales
  Heu procula ponto martia Roma tenes.
Nullus erat:procul ah coniunx:paruiq̃ nepotes
  Nec fuerat profugum nata ſequuta patrẽ.
Scilicet immanes beſſi flauiq̃ coralli
  Aut vos pelliti ſaxea corda gethæ.
Scilicet horribili dederit ſolamina vultu
  Sarmata ab epoto ſæpe vehend⁹ equo.
Sarmata:cui rigidam demiſſo in lumina frontẽ
  Mota pruinoſo tẽpora crine ſonant.
Sed tamen & Beſſi extinctum:& fleuere coralli
  Sarmataq̃:& durus contudit ora gethes.
Extinctum & montes flebant:& ſilua:teræq̃
  Et fleſſe in mediis dicitur iſter aquis.
Quin etiam pigro concretum frigore pontum
  Nereidum lachrymis intepuiſſe ferunt.
Accurrere leues paphia cum matre volucres
  Arſuroq̃ faces ſuppoſuere rogo.

Quem ſimul aſſumpſit rapidæ violentia flammæ
  Relliquias tecto compoſuere cado.
Impoſitumq̃ breui ſignarunt carmine ſaxum.
  Qui iacet hic:teneri doctor amoris erat.
Ipſa locum late ſancto cytherea liquore
  Irrorat niuea terq̃ quaterq̃ manu.
Vos quoq̃ pierides vati libaſtis adempto
  Carmina:ſed noſtro non referenda ſono.

Caſſius Seuerus. Caput. XLVII.

CAſſius Seuerus patria fuit Parmenſis:vt ab authoribus traditur:grammatici veteres referunt eum ſcripſiſſe elegiacum carmen & epigrammata neq̃ a ſtudio Tragœdiarum abfuiſſe Publius Ouidius enumerat hunc Seuerum inter eos Poetas:qui ſua ætate claruerunt: vt Sabinus: Montanus: Meliſſus: Propertius: & alii plures. Relatum eſt:eundem Craſſum in acie verſatum:& pro Bruto & Caſſio ſtrenue operam ſuam nauaſſe:quibus ſuperatis Athenas ſe recepit ad ſtudia litterarum: ibiq̃ (dum in otio verſatur) a Quintio Vario dicitur interfectus opera & conſilio Octauii Auguſti. Illud notiſſimum eſt Horatium Flaccum infenſo animo fuiſſe contra hunc Caſſium:quod ab eo pluribus locis demonſtratur:ſed præcipue Iambico carmine:quo Poetam Archilochum expreſſit. Nam concitato animo atq̃ acri illum eſt inſectatus:neq̃ me præterit:quantum decipiantur quidam noſtra ætate:qui Cor. Seuerum pro Caſſio temere acceperunt. Fuit alter Caſſius Seuerus hiſdem ferme temporibus:qui in cauſis:ac Romana eloquentia magnopere excelluit:de quo diximus ſatis in libris de oratoribus.

Domitius Marſus. Caput. XLVIII.

DOmitius Marſus Poeta inſigniſ eſt habitus in ſcribendis epigrãmatis:vt veteres teſtantur. Pu. Ouidius & hunc ipſum nominat inter Poetas ſui temporis:vt Cor. Seuerum: Montanum: Pedonem: Rabirium: & reliquos. Laudantur eius epigrammata cum ab aliis: tum a Val. Martiale:qui ad exemplum illius laſciuam verborũ licentiam excuſat in ſuis carminibus. Idem Marſus compoſuit bellũ Herculis contra Amazones eoq̃ argumento vocauit Amazonidem ſuũ opus:in quo non magnam laudem adeptus eſt:vt ex antiquis authoribus poſſumus colligere:vulgatis verſibus:in quibus Poetæ Perſio poſtponitur. Melenem puellam dilexit: eamq̃ celebrauit longo carmine:vt Catullus Leſbiam. Quocirca de Marſo Val. Martialis.

Nota tamen Marſi fuſca Melenis erit.

Citatur hoc carmen Marſi de Orbilio grammatico

Si quos Orbilius ferula ſcuticaq̃ cecidit.

Fuit enim Orbilius paulo aſperior in diſcipulos:& ob id ab Horatio plagoſus vocatus. Hæc ſunt quæ legimus apud veteres de Domitio Marſo.

Iulius Montanus. Caput. XLIX.

VIius Montanus in poetica nobilis habitus eſt a Publio Ouidio refertur inter eos Poetas qui ſua ætate claruerunt: vt Sabinus: Meliſſus: Priſcus: Camerinus: Marius: Seuerus: & alii plures. Primum tempus cauſis: atq̃ declamationibus dedit: ſuumq̃ ingenium diligenter excoluit cum Cæſtio: Arellio Fuſco Aſinio: Marcello Aeſernino: & aliis. Commendatur præcipue Montani vrbanitas & lepor. Quo factum eſt: vt Tibe. Cæſari pergratus haberetur. Scripſit poemata verſibus hexametris ac pentametris: in quibus non vulgarem laudem meruit: vt copioſe aſſe-

runt Ouidius & Anneus Seneca. Repræhensus est a quibusdam:ꝙ in suo carmine pa
rum prudenter quædam repeteret:quo vitio & Ouidius dicitur laborasse. Quocirca
dictum pereleganter est a Scauro:non minorem esse virtutem scire desinere:q̃ scire di-
cere. Referuntur ab antiquis Montani versus: in quibus ortum solis atq; occasum de
scripsit. Vnde festiue dictum cõmendatur Nactæ viri clarissimi:carmen id est.

Incipit ardentes Phœbus producere flammas
Spargere se rubicunda dies:iam tristis hyrundo
Argutis redit vsa cibis immittere nidis
Incipit:& molli partitos ore ministrat.

Et paulo mox.

Iam sua pastores stabulis armenta locarunt:
Iam dare sopitis nox pigra silentia terris.

C.Germanicus Augu. Caput.L.

C.Germanicus Augu.ex nobilissima Claudiorum familia ortus est. Patre Dru
so:ac diligenti cura in vrbe eruditus. Tantum profecit sub primam adolescen
tiam in optimis disciplinis:vt incredibile dictu sit:quantum ab antiquis scri-
ptoribus commendetur. Suetonius ac Fabius Quintilianus maximis laudibus eius in
genium atq; opera extollunt:etsi paulo iunior ea ipsa composuit. Idem Germanicus
in causis præterea versatus est:& his quidem triũphalibus. Inter alia studia græcas co-
mœdias a se editas reliquit:& opus Arati de rebus cælestibus in latinos numeros con
uertit. Nihil cõmotus:ꝙ a.M. Tullio foret interpretatum:vt obseruatum est a Hiero-
nymo. Quintilianus inter Poetas heroicos hunc constituit:quo loco enumerat Val.
Flaccum:Saleium Bassum:Rabiriũ:& Lucanũ. Quid inquit Germanici operibus subli
mius:doctius:& omnibus deniq; numeris præstantius! Quis bella canere melius po-
tuit:q̃ qui sic egerit! Reliqua omittimus: ne videamur plura nunc repetere: q̃ institu-
tum opus patitur. Cognomẽ Germanici a deuictis Germanis reportauit:contra quos
magno exercitu ac summis viribus dimicauit. Vxorem Agrippinam habuit.M.Agrip
pæ filiam:& ex ea liberos plures procreauit. Traditum est eum obiisse in vrbe Antio-
chia:cum quartum ac.xxx.annum ageret:neq; sine suspitione veneni:Tiberio authore
tali facinori:vt Suetonius putauit. Quæ res credita est non modo propter liuores qui
toto corpore extiterunt:sed ex ipso etiam corde:quod igni ad motum cremari haud po
tuit. Publius Ouidius opus suum de Romanis Fastis ad hunc Germanicũ misit:eiusq;
doctrinam tanti fecit vt inter egregios Poetas illius nomen rettulerit: nec defuerunt:
qui existimarent ab eodem Germanico compositum fuisse epigramma illud vulgatũ
de puero Thracensi:quod equidem propter egregiam: singularemq; in eo genere ele-
gantiam:subiiciendum existimaui.

Thrax puer astricto glacie:dum luderet æbro.
 Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumq; imæ partes rapido traherentur ab amni:
 Præsecuit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet vrna
 Hoc peperi flammis:cætera(dixit)aquis.

Cæsius Bassus Lyricus. Caput. LI.

CAesius Bassus inter Poetas Lyricos relatus est. Floruit ætate Claudii princi-
pis:& vsq; ad flauiorum imperium peruenit:quod ipsum Fabi. Quintilianus

testatur. Qui refert illum a se visum:quo tempore libros suos de oratoria institutiõe
componeret. Fuit hoc obseruandum ea ratione:vt facilius deuitem⁹ illorum errorẽ
qui parũ prudẽter de Cæsio Basso disserũt. Idem libros aliquot scripsit vario & mul
tiplici carmine:vt Flaccus apud nos:& Pindarus apud gręcos. Veteres authores cũ
de Poetis lyricis agunt:Horatium Flaccũ & Cæsum Bassum præcipue enumerant:
qui legi mereantur. Diomedes quoq; grammaticus molossicos numeros refert (qui
durissimi habentur)a Cæsio Basso compositos. Amicos habuit Publium Ouidium
& Persium Satyrarũ scriptorem. Qui ad hunc Bassum scribens ita illum alloquitur.

Admouit iam bruma foco te Basse sabino
Iam ne lyra:& tetrico viuunt tibi pectine chordæ
Mire opifex numeris veterum primordia vocum
Atq; marem strepitum fidis intendisse latinæ
Mox iuuenes agitare iocos:& pollice honesto.
Egregios lusisse senes.

Neq; desunt:qui scribant:eundem Cæsium cum villa sua con
flagrasse ardente veseuo monte ignibus late æstuantibus. Celebres fuerunt hisdem
ferme temporibus Aufidius Bassus historiæ author:& Saleius Bassus Poeta Epicus
De vtroq; dicemuus suis locis

Aemilius Macer Veronensis. Caput.LI.

AEmili⁹ Macer patria Veronensis fuit vt quidam existimant. Ingenio & do
ctrina tradit̃ pręstitisse:quod eius carmen satis indicauit. Floruit his maxi-
me temporibus:quibus Messalla Coruinus:& Asinius Pollio in latina elo-
quentia claruerunt. Id cum aliis multis colligitur:tum ex Publio Ouidio:qui comes
illi fuit:dum iter faceret in Asiam:ac Siciliæ Regionem perlustraret. Amicos præci-
pue habuit Albium Tibullum:& Ouidium ipsum:cum quib⁹ propter suauitatem
morum:atq; communia studia magna familiaritate versatus est. Idem Macer præ-
ter opus de Bello Troiano:scripsit etiã libros de venenatis animãtib⁹ ac de herbis:se
cutus Micandrũ Poetam Colophoniũ. In q̃bus nõ mediocrem laudem tulit suæ dili
gẽtiæ acq; laboris. Fabi⁹ Quintilian⁹ elegantiã carminis ĩ hoc Poeta cõmendauit:
ac legẽda q̃dem esse illius opa refert:et si ad eloquentiã oratoris nõ multũ ptinere vi
deant̃:Nonius Marcellus Aemilium Macrũ citat in Theogonio:referens id carmen

Et nunc agrestes inter picunnus habetur.

Obiit in Asia paucis annis post Publium Vergilium:vt ab Eusebio relatum est

C.Rabirius. Caput.LII.

C.Rabirius Poeta insignis habitus est:vt a multis traditur:Fabius Quĩtilia
nus censor omnium pene scriptorum posuit hunc Rabirium in eorum poe
tarum numero:qui Epici appellãtur. Sicuti Varronem Atacinum: Corui-
num Seuerũ:Saleium Bassum: Lucanum & alios. Laudatur maxime ab Anneo Se-
neca & Ouidio:ꝙ in suis carminibus multum animi ac virium demonstrauit. Ver-
ba Senecę hæc sunt de Rabirio:Egregie mihi videtur.M.Antonius apud Rabirium
Poetam exclamare:cum fortunam suam ad alios transeuntem videt:nihilq; aliud si
bi relictum præter ius mortis:

Hoc habui:quodcunq; dedi.

Parum mihi compertum est:an idẽ sit hic Rabirius:qui Satyras scripserit quod
a Fulgentio refertur. Rabirius inquit in Satyris de Mecennia.

Abstemium temulenta fugit Mecennia nomen

Hæc sunt:que legimus de.C.Rabirio apud veteres authores.

L.Anneus Seneca Tragicus. Cap.LIII.

L.Anneus Seneca natione Hispan⁹;patria Cordubēsis fuit.Inter eos Poetas refertur:qui tragœdias scripserūt:vt Pacuuius: Accius:Attilius:& Pomponius secundus.Qui eadem ętate claruit:& cum ipo Seneca paribus studiis versatus est in faciendis tragœdiis: vt Fabius Quintilianus testatur.In magno pcio habitus est:& ob elegantiam ingenii plurimū cōmendatus. Scripsit tragœdias .x.in quibus propter sublimitatem carminis:grauitatemq; sententiarū nō vulgarem laudem cōsecutus est:& si tempora illa(in quæ incidit)magna ex parte aduersa extiterunt melioribus disciplinis.In suis fabulis Eurípidem atq; Eschilum traditur imitatus.Quę res facile intelligitur ab his:qui paulo diligētius eas obseruabunt.Qui scribunt Poetam hunc filiū fuisse Annei Senecæ:qui in stoicorū disciplinis magnopere claruit:cōiecturis tantū nituntur:neq; hāc rem(vt ego existimo)vllis authorib⁹ asserunt.Minime aūt dubiū est:duos fuisse Senecas:quorū alter in phiæ studiis pclar⁹ atq; excellens habitus est.Itaq; diuus Hieronymus propter egregiā illius pbitatem singularēq; vitæ constantiā(vt puto)iter authores christianos collocauit:q̄ res optimis rōibus &ātiquis scriptoribus probatur.Val.Martialis duos celebrat Senecas:& vnicum Lucanum ex eadem corduba.Sidonius Apollinaris in suis poematis:sic de Anneo Seneca scribit ad Felicem eo carmine:in quo de latinis Poetis disserit.

Non quod Corduba præpotens alumnus
Facundum ciet hic putes legendum
Quorum vnus colit hispidum Platona
Incassumq; suum monet Neronem:
Orchestram quatit alter Eurípidis
Pictum fęcibus Eschilum secutus
Aut plausitris solitum sonare Thespim
Qui post pulpita trita sub cothurno
Ducebat olidæ patrem capellæ.

Ex his manifeste colligit qd existimari debeat de vtroq; Seneca. Pręcipue qd elici potest ex octaua eiusdem Tragœdia:in qua Neronis scelera:& crudelissima flagitia copiose enumerant.Grāmtici veteres vident maximi fecisse pter cęteros omnsPacuuiū & Acciū in scribēdis tragœdiis:vt alibi diximus:non me pterit:q̄ multa scripta sint:de hoc Seneca a Xicone Poletano:sed his mihi videt abuti sua diligētia:& aliorum iudiciū cōtemnere:qui tam anxie defatigatur in re minime dubia explicanda

C.Asinius Callus.Caput.LIIII.

C.Asini⁹ Gallus patrem habuit Asiniū Pollionem virū cōsularem:& in Romana eloquētia excellentē.Filius Asinius diligētia &studio parētis secut⁹ est primo disciplinā paternā:Deinde in Poetica suū ingeniū pcipue excoluit Anneus Seneca & alii veteres oratorem & Poetā hūc faciūt.Afferunt a nostris grāmaticis versiculi aliquot Galli Asinii.ex qbus apparet:quantū valuerit in scribendis epigrāmatis & acumine & grā.Fecit inter cętera carmen de Pōponio grammatico quē pugilem fuisse iocat.C:quoq; Plinius de Asinii epigrāmatis meminit:in epla ad Pōtiū.Dicit em scriptos libros a Gallo Asinio:de cōparatiōe patris & Ciceronis in quibus amores.M.Tullii cū suo Tyrone rettulerit:Itaq; sic Plini⁹ de Poeta Gallo

Cumq; libros Galli legerem:quibus ipse parenti
Ausus de Cicerone daret:palmamq; decusq;
Lasciuum inueni versum Ciceronis:& illo

Spectandum ingenio:quo seria condidit:& quo
Humanis salibus multo varioq; lepore
Magnorum ostendit mentes gaudere virorum.

Celebrantur adhuc carmina quædā sub nomine Galli Asinii de puero Hippolyto quem vnice dicitur dilexisse:sed parum mihi compertū:an hoc asseratur a probis authoribus: Quidam scripserunt hunc Gallū Tiberio principi inuisum:& ob id magnis suppliciis ab eo fuisse occisum.

A.Persius Flaccus.Caput.LV.

A.Persius Flaccus Volaterris ethrurię oppido nat⁹ est.Quidam existimarūt Lunis:q; hoc videatur insinuari ab ipso Persio. Eusebius certe & grammatici veteres Volaterranum faciunt.In secundo ordine permāsit:vt adnotatum est.Constat eum claruisse hisdem ferme temporibus:qbus Domitius Nero Imperium Romanę vrbis suscepit.In grāmatice pceptorem habuit Rhemniū Palemonē Vicentinū:qui grauissimas inimicitias dicit exercuisse cū.M. Varrone.In rhetorice Flauium verginiū:si fides adhibeatur grāmaticorum cōmentariis:qui eundem Persium exposuerunt.Anneū vero Cornutū(qui phię studio excelluit)m agna diligentia singularię obseruatione coluit.Cūq; eo familiarissime diu vixit:qua in re mirifice gratulatur Persius sibi ipsi q; sibi cōtigerit Cornutum habere pręceptorem:optimamq; illius disciplinā atq; institutionem sequi:vt amice ac libere ad eum scribit

Cumq; itet ambiguum:& vitę nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes:
Me tibi suppositi:teneros tu suscipis annos
Socratico Cornute sinu.

Amicos pręterea maxime dilexit Anneū Lucanū:Cęsiū Bassū:qui in lyricis carminibus claruit:& Macrinū:quod aperte colligit:cū ipius Persii versibus:tum veterū cōmētariis:Probis morib⁹ fuit & egregia vitæ integritate.Quocirca cōtinere se nō potuit:quin ipm quoq; Neronē:eiusq; iniqssima flagitia liberius accusaret:vt q sub Mydę Regis noe illū irriserit:satyrica quadam vrbanitate:sed admonēte Cornuto carmen immutauit.Cōposuit Satyras numero sex.pfatus in his multū se laboris atq; diligētię posuisse:neq; se repēte Poetā pdiisse.Nō desunt:qui scribāt:imperfectū fuisse hoc op⁹ a Persio relictū.Quod mihi verisimile videt:ppter immaturū illi⁹ obitū cū publicarent Persii Satyrę:mirū est q̄ fuerint iudicio eruditorū approbatę.Itaq; maiorem laudem atq; ampliorem cōmendationem meruit q̄ grande illud atq; operosum poema Marsi.qd Amazonidis nomine inscripsit:vt Fabius:& Val.Martialis testāt.

Sępius in libro memoratur Persius vno
Qz totus magna Marsus Amazonide.

Secutus est in scribendis Satyris Poetam Lucilium:qui acerrimus fuit in notādis atq; in sectandis Romanorum vitiis.Relatum est ab Eusebio:eum periisse cū nōdū xxx.vitę annum compleuisset.Quo tempore Nero Impet.omnium scelerum cumulatissimus cum cantoribus ac scęnicis hominibus in Theatro decātauit:Habitus est in maximo pcio alter.C.Persius ob singularem doctrinam:cuius iudicium atq; grauissimam censuram Lucilius reformidare se dixit:sed hæc suo loco exponentur.

Corn.Seuerus: Caput.LVI.

Corne.Seuerus inter Poetas Epicos relatus est ab antiquis authoribus. Ingenio fuit magno:& in scribendis versib⁹ facili.Cōstat eundem diu fuisse versatū in agendis declamationibus:qua in re ingeniū suum atq; eruditionem

maxime probauit cum in eodem officio forent alii cõplures: vt Asinius Pollio: Pompeius Sylo: Arelius Fuscus: Sextilius Hena: Cæstius Pius: Portius Latro: & Aufidius Bassus. A Fabio Quintiliano ita cõmendat: vt versificator q̃ Poeta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa opus de Bello Siculo: quod ab eo absolutũ nõ est propter importunũ obitũ: Q; si potuisset illud perficere ad exemplũ primi libri merito sibi secundũ locũ vendicasset: vt ab eodem Fabio relatũ est: qui alia inqt Seueri opera maximã indolem & admirabilem grãm indicasse. Afferuntur versus Corn. Seueri a nostris grãmaticis: ex qbus colligi potest: q̃tũ pstiterit igenio & doctrina: sed apponemus carmen illud: in quo elegãter defleuit interitum. M. Tullii. Quod etiam ab Anneo Seneca magnopere commendatum est.

Oraq; magnanimum spirantia pene virorum
In rostris iacuere suis: sed enim abstulit omnes
Tanq̃ sola foret rapti Ciceronis imago
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta
Iurataq; manus: depræsaq; foedera noxa:
Patriciumq; nefas: est nunc & poena Cethegi.
Deiectusq; redit votis Catilina nefandis.
Quid fauor aut coetus: pleni quid honoribus anni
Profuerunt: sacris exacta quid artibus ætas
Abstulit vna dies æui decus: ictaq; luctu
Conticuit latiæ tristis facundia linguæ
Vnica sollicitis quondam tutela salusq;
Egregium semper patriæ caput: ille senatus
Vindex: ille fori: legum: ritusq; togæq;
Publica vox: sæuis æternum obmutuit armis.
Informes vultus: sparsamq; cruore nefando
Canitiem: sacrasq; manus: operumq; ministras
Tantorum: pedibus cuius proiecta superbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata deosq;
Respexit: nullo luet hoc Antonius æuo.
Hoc neq; in hemathio mitis Victoria persæ
Nec te dire Siphax non fecit in hoste Philippo
Inq; triumphato ludibria cuncta Iugurtha.
Affuerat: nostræq; cadens ferus Hannibal iræ:
Membra tamen stygias tulit inuiolata sub vmbras.

Idem Cornelius carmẽ fecit de Aethna monte: in quo nõ vulgarem laudem cõsecutus est. Cum alii quoq; in eadem materia se exercuerĩt: vt Pub. Vergili⁹ & Ouidius. Hec sunt quæ legimus de Cornelio Seuero.

M. Anneus Lucanus. Caput. LVII.

M. Anneus Lucanus natione Hispanus patria Cordubẽsis fuit. Patrẽ habuit L. Anneum Melam qui habitus est Senecę & Gallionis frater: vt obseruatũ est: in annalibus Eusebii Natalis eius tradit. C. Cæs. Germanico iterũ: & L. Cęsiano Cos. delatus ad vrbem cũ in prima adhuc infantia esset: quo facili⁹ pro ætate in bonis disciplinis cultũ ingenii caperet: Adolescẽs factus illustres habuit pceptores in litteris Rhemniũ Palemonẽ: qui principẽ locum inter oĩs grãmaticos tenuit in Rhetoricis Flauiũ Verginiũ rhetorẽ illis tẽporib⁹ nobilissimũ: tantũq; diligentia

sua ac facilitate ingẽii profecit: vt gręce ac latine declamaret non sine summa admiratione audientium. Inter ceteros cõdiscipulos Saleium Bassum: & C. Persium: qui Satyras scripsit: singulari beniuolentia dilexit: mutuisq; officiis prosequutus est apd Cęs. Neronem permultum gratia & beniuolentia in prima ætate potuit: adeo illi efficax fuit ingenium ad promerendos: conciliandosq; sibi animos hominum. Itaq; nõ modo ad quæsturę dignitatem prouectus est; Sed in augurum quoq; collegium ascitus compositis versibus de laudibus Neronis: Non tamen permansit in gratia apud eum principem: qui alienas laudes molestissimo animo ferret: quiq; in repellẽdis opprimendisq; aliorum virtutibus acerrim⁹ ac sæuissimus fuit. Vxorem habuit nomine Pollam Argentariam: de cui⁹ ingenio atq; doctrina multa referuntur a Sidonio Apollinare & Papinio: qui maxima quadam reuerẽtia inquit ad natalem Lucani celebrandum se accedere & esse hoc imputãdum Pollæ Argentarię: cui⁹ eruditio atq; nobilitas summa fuit. Val. quoq; Martialis multis carminibus Natalem Lucani describit: quale est illud contra Neronis iniquitatem.

Hæc est illa dies: quæ magni conscia partus.
Lucanum populis: & tibi Polla dedit.
Heu Nero crudelis: nullaq; inuisior vmbra.
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

Enumeratur a grammaticis nostris: præter opus de Bello Cæsaris & Pompeii: complura alia ab eodẽ Lucano composita: in quibus maximã: laudem adeptus est ingenii & doctrinę. Scripsit eñi Saturnalia: Siluarum libros. x. Tragoediam Medeam: quam non absoluit: de incẽdio vrbis: de incẽdio Troiæ cum Priami calamitate: Orpheum fabulas cõplures: & eplas: ex libris Pharsalię tris primos emẽdauit: cũ vxore Argẽtaria: reliquos impfectos: atq; inemẽdatos reliquit pter intempestiuũ interitũ. Fabi⁹ Quintilianus author est: Lucanũ ipm magis annumerandũ esse oratorib⁹ q̃ poetis Est (inquit) ardens & cõcitatus: sentẽtiisq; clarissimis excellẽs. In cõtionibus admirãdus atq; excultus: adeo vt videatur satis exprimere singularem illã elegantiã & maiestatem Vergilii. Sunt qui scribãt eum periisse florenti adhuc ętate cũ nondũ. xxx. annũ attigisset: sed referendũ id est verbis Corn. Taciti: qui de hoc agit in gestis Neronis. Attico vestino & Silio Nerua Cos. facta est cõspiratio cõtra Neronẽ Impe. pricipe tã pręclari facinoris. C. Pisone. Lucanũ proprię causę ad hoc accẽdebant. ꝙ famã carminũ ei⁹ Nero deprimebat: phibueratq; ostẽtare vanus assimulatione. Patefacta aũt cõiuratiõe Lucani cædẽ imperauit Nero. Is brachiũ dedit medico ad secãdas venas: & vbi pfluente sanguine pedes frigescere: manusq; & paulatim ab extremis cedere spiritum: feruido adhuc: & compote mentis pectore intelligit: recordatus a se carmẽ compositum: quo vulneratum militem per eiusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat: versus ipsos rettulit: eaq; illi suprema vox fuit. Visitur adhuc Romæ in marmoreis monumentis id elogiũ de Lucano Priscis litteris. M. ANNEO LVCANO CORDVBENSI POETAE BENEFICIO NERONIS CAES. FAMA SERVATA. Sed apponẽdũ pręterea est illud carmen vulgatũ de ipo Lucano

Corduba me genuit. rapuit Nero: prælia dixi:
Quæ gessere pares: hinc socer: inde gener.
Continuo nunq̃ direxi carmina ductu
Quæ tractim separant. plus mihi comma placet.

Pomponius Secundus. Cap. LVIII.

Pomponius Secundus nobili ac illustri familia natus: hisdem temporibus claruit in vrbe: quibus optimi rhetores habiti sunt Portius Latro: Domitius Afer: & Albuti9 Sylo: inter eos poetas refert: qui tragœdias cõposuerunt: vt Acci9: Pacuuius & Atili9. Relatũ est a Fab. Quintiliano: longe oim excelluisse hunc Põponiũ in eo genere carminis, quos ipe viderit. Tanta em doctrina atq; sublimitate excelluit: vt vulgo sit appellatus Pindar9 Tragicus. Multa de Põponio tradunt ab antiqs scriptoribus: q̃ copiose indicant vixisse illũ in summa dignitate: & gratia apd nobiliores ciuitatis: quod &. C. Plini9 afferit: qui duos libros cõposuit de vita & moribus Põponii Secũdi: tantũ illi9 nomini: sũmisq; virtutibus cõcessit. Germanico Cesari gratissimus fuit: quẽ aliquãdo cena accepit: vt notatũ est ab antiquis C. Plinius eundẽ Pomponiũ ciuẽ ac vatẽ clarissimũ vocat: quo loco de monumentis Tib. & Caii Gracchorũ differit. afferuntur versi9 a Mauro Terentiano & aliis veteribus: ex quibus facile intelligitur quantũ iacturæ factum sit: ex amissione Tragœdiarum Pomponii. De obitu illius nihil apud authores legimus.

Gn. Getulicus. Cap. LIX.

GN. Getulicus poeta nobilis habit9 est in scribẽdis epigrãmatis: vt grãmatici nostri tradunt. Val. Martialis ad exẽplũ Getulici carmina sua excusat si paulo lasciuiora in illis videtur. Relatũ est ab ãtiquis scriptorib9 fuisse ab eo dilectam puellam nomine Cesenniam: magnoq; studio celebratam. vt Corinnam ab Ouidio: Lesbiã a Catullo: Argẽtariã a Lucano: qd a Sidonio scribit in epistola ad Hesperiũ: Val. Probus affert hos versus Getulici: cum de cardinibus cœli loquitur.

Non aries illum: verno ferat aere cornu:
Gnesia nec geminos præcidunt cornua tantum
Sicca Lycaonius resupinat plaustra bootes.

Nominat a Suetonio Trãquillo. G. lẽtul9 Getulicus: sed in dubio est: an idẽ haberi debeat: & si temporũ rõ satis congruit. Hæc sunt fere: q̃ de poeta Getulico legimus.

Sextilius Hena. Cap. LX.

SExtili9 Hena natione hispan9 patria Cordubensis fuit: ex eodẽ municipio quo Lucan9 poeta: Anne9 Gallio & vterq; Seneca. Traditũ est de hoc Sextilio fuisse illũ magis ingeniosum: q̃ eruditũ: & in suo carmine pegrinũ qdam & iequale retinuisse: vt est author Seneca. Inter alia opera carmem cõposuit de laude & interitu. M. Tullii: qd ab eodẽ recitatũ est in ædib9 Messalæ Coruini q̃ in re nõ ptermittã referre hoc loco: qd acciderit satis vrbanũ ac lepidũ de Asinio Pollione Is em cũ esset cõuocatus ad audiendũ Sextiliũ nõ potuit sibi tẽperare: quo min9 indicaret q̃ infensus esset nomini. M. Tullii: q̃q̃ iniquo animo illi9 laudes acciperet. nam cum principio Sextilius hoc carmem rettulisset.

Deflendus Cicero: Latiæq; silentia linguæ.

Tum Pollio Asinius vehementer ea re permotus. Tu inquit Messala videris quid tibi liberum sit in domo tua: ego istum non sum auditurus: cui videar mut9: & simul cõsurgens discessit: ne cæteros versus audiret. Permulta referuntur de hoc Sextilio: & eius ingenio: cũ alibi: tum apud Anneum Senecam in controuersiis.

Saleius Bassus. Cap. LXI.

SAleius Bassus his temporibus Romę claruit: quibus in eloquentia nobiles habiti sunt Domitius apher: Iulius secũd9. Trachalus: & Vibius Crispus. Ingenio magno fuit: & in versibus componendis vehementer excitato. Inter eos poetas relatus est: qui carmẽ heroicum decantarũt. Quitilian9 Val. Flaccũ:

Saleiũ Bassum: & Rabiriũ inter epicos nominat: Quo loco Vergiliũ: Enniũ ac Lucanum ponit. Laudatur ab antiqs magnopere Saleius: neq; tantũ vt vir optim9: sed vt poeta egregius atq; absolutissimus. Coluit pręcipua beniuolentia & vsu cõturbernii Lucanũ Cordubẽsem: & Iuliũ Secundũ: qui inter summos oratores suæ ætatis celebratur. Cæsar autẽ Vespasianus plurimi fecit Saleii ingeniũ atq; doctrinã: tantũq; illi cõcessit: vt inter illustria monumẽta positũ sit. Aug. Vespasianũ quinq̃ginta. HS. elargitũ fuisse Saleio Casso: ppter ingeniũ singularẽq; eruditionẽ. De quo scribũt cõplura a Cor. Tacito. Iuuenalis quoq; in Satyris de hoc Saleio meminit: eumq; tradit maxime nobilem fuisse: sed exiguo ac tenui censu. Hęc de Saleio poeta legimus.

Clodius Sabinus. Cap. LXII

CLodi9 Sabinus poeta satis nobilis: inter eos relatus est: qui elegiacũ carmẽ scripserũt. Primũ tẽp9 suę ætatis in causis atq; declamatiõib9 collocauit cũ Ouidio: Argẽtario: Cor. Seuero & aliis: q̃ in re magnã laudẽ cõsequut9 dicit ingenii & vrbanitatis: vt est author Anneus Seneca. Erat (inquit) Sabin9 hõ vrbanissim9 ac siqd illi defuit in eloquẽtia. vrbanitate ac salib9 pẽsauit. Referũtur dicta illius complura: ex quibus colligitur q̃ Comis & ingeniosus fuerit Sabinus. Scripsit opus de bello Troiano: & item epistolas aliquot: quæ nostris temporibus legũt & ab Ouidio summa laude commendantur. Periit immatura ætate: & ob importunum obitum non potuit incœpta opera perficere.

C. Pedo Albinouanus. Cap. LXIII.

CPedo Albinouanus inter eos poetas relat9 est a veteribus: q epigrãmata: & iocos scripserunt: pręcipue claruit tẽporibus Neronis principis: ac in tenera ętate operã & studiũ posuit i declamationib9: qd ex Anneo Seneca facile colligit: Ouidi9 poeta enumerat hũc ipm Pedonẽ cũ illis: q sua ętate carminũ studio pstiterũt: vt Marsum. Rabiriũ Macrũ: Montanũ: Sabinũ: & alios plures: Ingenio eleganti & vrbano fuit: versatusq; est in scribẽdis epigrãmatis nõ sine magna cõmendatiõe sui noĩs. Itaq; Val. Martialis refert se habere authores (quos sequit) Catullum: Pedonẽ: Marsiũ atq; Getulicũ: & i primis cupere: vt sua carmina ad illorũ ęstimationem atq; gratiã accedãt. Idẽ Pedo laudat ab Anneo Seneca: vt fabulator egregi9: & maxie festiuus. P. Ouidiũ singulari beniuolẽtia dilexit: cũq; eo in iocis. & cõmunib9 studiis familiariter versat9 est. Legunt adhuc Pedonis versus: quos dixit nauigante Germanico in Alexandri deliberatiõe de trãsferendo Oceano cũ exercitu. Nos eos subiiciemus: quo facilius iudicari possit de illius ingenio.

Iamprídem post terga diem: solemq; relictum:
Iamprídem notis ex torres finibus orbis
Per non concessas audaces ire tenebras
Hesperiílmetas: extremaq; littora mundi:
Nunc illum pigris immania monstra sub vndis
Quiferat Oceanum: qui sæuas vndiq; pistres
Aequoreosq; canes ratibus consurgere pransis
Accumulat fragor ipse metus: iam fidere limo
Nauigia: & rapido desertam flamine classem
Seq; feris credunt per inertia fata marinis
Tam non fœlici laniandos sorte relinqui.
Atq; aliquis prora sedat sublimis ab alta
Aera pugnaci luctatus rumpere nisu:

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Petri Crinitide Poetis latinis

Vt nihil erecto valuit dignoscere mundo
Obstructo talis effundit pectore voces.
Quo ferimur? ruit ipse dies: orbemq; relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris.
An ne alio positas vltra sub cardine gentes
Atq; alium libris intactum quærimus orbem?
Dii reuocant: rerumq; vocant cognoscere finem
Mortales oculos: aliena quid æquora remis:
Et sacras violamus aquas? diuumq; quietas
Turbamus sedes?

Volcatius Sedigitus. Caput.LXIIII.

Volcatius Sedigitus in poetica illustris est habitus: vt a.C.Plinio refertur: q huncipm locis pluribus celebrat: Gellius cõplures versus eiusdẽ Volcatii repetit in atticis noctibus: ex quib9 facile colligitur præstitisse illũ ingenio & multiplici doctrina. Neq; desunt apud veteres: qui asserant appellatũ fuisse Sedigitum ea ratione: q; singulis manib9 senos digitos haberet. Vnde & Horatii filię Sedigitę nuncupatæ sunt: de quo scripsimus suo loco. Idẽ Volcatius librũ cõposuit de poetis latiis senariis versibus: quo opere iudicẽ se atq; criticũ prębuit in adnotandis atq; iudicãdis poetis: qd & Lucilius: & Horatius Flaccus fecerunt. Fuisse alterũ Volcatium constat: qui Romæ nobilissimus est habitus: quiq; ius ciuile Cesellium edocuit: Quod & Caius Plinius commemorat.

PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRI QVARTI DE POETIS LATINIS AD COSMVM PACCIVM PONT. ARRETINVM.

Postea q̃ de his poetis Cosme Pont. Arretine accurate ac diligẽter scripsimus qui sũma elegãtia: pariq; doctrina hoc munus obierũt Reliquum est: vt de his etiam agamus: qui sequentibus sęculis in hac studiorũ facultate ingeniũ suũ excoluerũt: qua in re seruabim9 rationẽ tẽporũ: Ne quis me ipm parũ diligentem existimet in his oibus adnotãdis: quæ ad inchoatũ opus videãtur pertinere: neq; potest accidere aliquid mihi gratius aut potius: q̃ ꝓsequi institutũ nostrũ: qd a principio adolescẽtię certis atq; optimis rationib9 suscepi peruigilãdi in bonis studiis: eaq; assidue meditãdi: q̃ laborẽ atq; diligentiã nostrã virtuti atq; posteritati cõmendent. Sed hæc alias transigem9: illud abs te rogatũ atq; impetratũ magnopere volum9 ꝓ tuo erga me aio atq; optima volũtate: vt Maximi Tyrii orationes (quas ĩ latinũ sermonem paulo ante ex greco cõuertisti) ad nos aliquãdo mittas. Maiora em̃ ac lõge gauiora indies agitamus: quę mature ad frugẽ ꝑducent diis bene volẽtib9. Interim ad Statiũ Papiniũ & reliquos poetas accedemus: quo cumulatius absoluamus hãc partem: & simul pleniori officio ingeniis consulamus Neq; te latet magnum prouẽtum poetarum extitisse his temporibus: vt Caius Plinius refert

Pub. Statius Papinius. Cap.LXV.

Publius Statius Papinius inter poetas heroicos relatus haud ingnobili genere ortus est. Quidã scribunt maiores eius oriundos epiro: diuq; versatos

Sellis non sine commendatione ingenii atq; probitatis. Patrem Papinium habuit: qui ob insignem eruditionem egregiasq; virtutes ciuitate Neapoli donatus est: in qua Statius poeta natalem suum habuit: quæ res cum locis multis indicatur: tum illis præcipue carminibus: quibus Claudiam vxorem hortatur: vt relicta vrbe Neapolim se recipiat: quo liberius atq; facilius animo suo indulgere posset. Primã ętatẽ in studiis litterarũ & honestis disciplinis collocauit diligentia Papinii patris institutus. Cũq; poetica in facultate multum profecisset breui tempore adeptus est summam celebritatem nominis. Vxorem habuit nomine Claudiam: quæ ingenio magno fuit: minimeq; vulgari doctrina: vt ipse Statius alicubi refert. Quidam falso existimarũt eandem esse Pollam Argentariam: quæ vxor Annei Lucani fuit: vt dictũ est a nobis commodius. Composuit multa & varia poemata: de quibus breuiter agendũ est. Thebaidem libris. xii. quos consecrauit Cæs. Domitiano. In hoc opere sequutus est magna ex parte poetam Antimachum: qui pari argumento maximum atq; operosissimum opus reliquit: Neq; dubium est poetam Statium in eo absoluendo mira solertia vsum & incredibili studio per. xii. annos. Fateturq; libere & ingenue se magnopere adiutum a parente suo in pernoscenda ac describenda locorum historia: & a se editum atq; publicatum iudicio ac monitionibus Iunii maximi: qui per ea tempora excelluit magna eruditione & eloquentia. Deinde aggressus est scribere opus de Achille: in quo maiore spiritu ac longiori carmine parabat exequi gesta illius atq; virtutes: sed per importunum obitum minime potuit inchoatum opus perficere. Quidam existimarunt fuisse ab eo absolutum: ac maiori ex parte amissum iniuria temporum. Siluarum libros quinq; edidit auspicatus a Cæsare Domitiano. qui studium poeticæ quantum potuit maxime simulauit. In his facile probauit Statius: quantum faueret bonis ingeniis: quantumq; amicorum studiis atq; officiis concederer. Idem tamen refert: se diu multumq; dubitasse in his libellis emittendis: qui subito calore & quadam festinandi voluptate fluxerunt. De his Apollinaris Sidonius meminit: magnisq; laudibus prosequitur: non modo in epistolis: sed in suis etiã hendecasyllabis.

Non quod Papinius tuus: meusq;
Inter labdacios sonat furores
Aut cum forte pedum minore rithmo
Pingit gemmea prata siluularum

Inter cæteros amicos præcipue coluit Atredium Meliorem: Pollium: Septimium: Stellam Patauinum & Marcellum Victorium: ad quem Fabius Quiatilianus libros suos misit de oratoria institutione. Cæsar Domitianus tantum studii atq; officiorum demõstrauit erga poetam Statium: vt eum quandoq; susceperit magnifico atq; apparatissimo conuiuio: de quo scriptum est carmen a Statio adiecta laudatione principis: quem indulgentissimum vocat. Idem Domitianus donauit eum insigni corona & aliis muneribus atq; dignitatibus honestauit. Filium amisit: cũ in tenera ætate esset: cuius acerbum interitum defleuit pater mœstissimus longiori carmine: vt habetur eo siluarum libro: quem Abascantio misit. Minime dubium est petiisse Statium prouecta ætate: vt grammatici nostri testantur. Neq; inclinat animus: vt verum esse existimem: qd a quibusdam scribitur: fuisse illum stilo præacuto occisum a Cæsare Domitiano: cũ tam diligenter tamq; officiose multis ac variis poematis blandiatur principi in extollendis atq; assiduecelebrandis illius officiis. De Statio Cæcilio (qui nobilissimus habitus est inter Comicos) diximus suo loco.

Silius Italicus. Cap.LXV.

Sillius Italicus poeta Heroicus ex Hispania oriundus traditur deducto genere ab Italica vibe nobili: vnde cognomen reportauit: Sed Romæ natus est (vt creditur) atq; etiam educatus. Neq; obscura fama est principio adolescẽtiæ præ se tulisse optimam indolem capiendis litteris: cumq; studio & diligentia vehementer præstaret breui consequutus est: vt Romæ haberetur inter præcipuos oratores: Nam magna solertia: & incredibili cura conatus est exprimere Marci Tullii eloquentiam: quem præ cæteris omnibus sibi proposuerat ad imitandum. Sub Imperatore Nerone dicitur famam suam læsisse accusatis atq; insimulatis non nullis apud sequissimum principem. Cum Vitellio gessit se prudenter & egregia vitæ honestate. Mox factus est Asiæ proconsul: in quo manifesto apparuit: quanta modestia præstaret: vt qui eam dignitatem gesserit singulari continentia & integritate maxima. Domitiano Augusto gratissimus fuit: eo auctore perductus est ad tertium consulatum honestissimis suffragiis: De quo leguntur adhuc versiculi poetæ Martialis: quibus venerationem suam profitetur.

Augusto pia Thura: victimasq;
Pro nostro date Silio Camœnæ
Bissenos iubet en redire fasces
Noto consule: nobiliq; virga
Vatis Castaliam domum sonare
Rerum prima salus & vna Cæsar
Gaudenti superest adhuc quod optet.
Felix purpura: tertiusq; consul.

Caius Plinius permulta refert de poeta Silio in epistolis: qua in re minime alienũ fuerit particulam subiicere: quo facilius atq; cumulatius percipiatur q̃ eleganti ingenio fuerit atq; studioso in prosequendis optimis exemplis. Plures villas (inquit) possidebat: adamatisq; nouis priores negligebat: multumq; vbiq; librorum: multumq; statuarum: multumq; imaginum: quas non habebat modo verumetiam venerabatur. Vergilii ante omnes cuius natalem erligiosius q̃ suum celebrat: maximeq; Neopolim: vbi monumentum eius adire vt templum solebat. Opus composuit libris. xvii. de bello punico Secundo non vulgari neq; absurdo carmine: etsi illud maiore cura (vt traditur) q̃ ingenio perfecit. Præcipue Maronem imitatus est: cuius ingenium atq; felicissimã maiestatem admirabatur in describẽdis carminibus. De hoc poemate Silii Valerius Martialis sic refert.

Sili castalidum decus sororum
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore: perfidosq;
Fastus Hannibalis: leuesq; pœnos
Magnis cedere cogis aphricanis]
Nostris ocia commoda Camœnis.

Complura leguntur apud eundem Martialem de laude ingenii atq; optimæ eruditionis Silii: quæ hoc loco prætermittimus. In agro Neapolitano prædium habuit. in quo cum frequẽter secederet: maxima animi voluptate consueuit suum otium transigere. Neq; dubium est eundem ad extremam pene senectutem deuenisse: vt qui maior septuagenario vitam finierit: nam morbo detentus insanabilis claui singulari constantia obitum præposuit. Felix propemodum ac beatus vsq; ad extremum diem: vt copiose relatum est a Plinio in epistolis.

C. Val. Flaccus Setinus. Caput. LXVI.

C. Valerius Flaccus Setinus inter eos (qui heroica decantarũt) poetarum iudicio admirandus: Patauinus fuit iuxta Aponum natus: vt a veteribus traditum est: qui scribunt eius patriam fuisse maxime insignem natalibus Liuii: Stellæ: & Val. Flacci. Itaq; hunc ipsum Val. Martialis lar s antenorei alũnum appellauit: alii Setinum crediderunt ex Setia Campaniæ vrbe: quæ haud procula Velitris fuit: vnde in magno precio habita sunt Setina vina: vt ab antiquis scriptoribus relatum est: & mirum videri debet quãto spiritu Flaccus insurgat: quãtaq; ingenii felicitate in scribendo carmine præstaret. Hic est ille Valerius Flaccus in cuius obitu multum fuisse amissum: queritur Fabius Quintilianus in libris ad Narcellum Victorium: extant ipsius adhuc volumina de Argonauticis: quod opus dicatũ est Cęs. Domitiano: vel vt alii volunt patri Vespasiano: quoniam sic ad eum scribit in ipsa præfatione operis.

Eripe me populis: & habenti nubila terræ
Sancte pater: veterumq; fauc veneranda canenti
Facta virum: versam proles tua pandit idumen
Namq; potes: Solymo nigrantem puluere fratrem
Spargentemq; faces: & in omni turre furentem.

Scripturus erat multo plures libros: nisi mors intempestiua eũ nobis eripuisset. Videtur autem in illis (qui supersunt) Apollonium Rhodium in tantum argumento operis expressisse: sed etiã singulis quãdoq; carminibus. Aracinus quoq; Varro pari titulo cõposuit libros de Argonauticis: quod alibi notauimus. Idem Flaccus inter amicos habuit Secundũ: Maternũ: Stellam & Val. Martialem: cui ad eũ scribit: eruditionẽq; illius magnopere extollit. Constat hunc mediocri censu ac pene tenui fuisse: & prædium possedisse exiguum. In quo (vt Martialis refert) musarum curas reponeret. Itaq; Martialis idem libere illum monet: vt relictis musis atq; otio: malit in foro & causis agendis versari quoniam Poetarum studia parui admodum censeretur: vt his versibus patet

O mihi curarum precium non vile mearum
Flacce Antenorei spes: & alumne laris:
Pietios differ cantusq; chorosq; sororum
Aes dabit ex istis nulla puella tibi.
Quid tibi cum cyrrha quid cum permessidos vnda?
Romanum propius: diuitiusq; forum est.
Illic æra sonant.

Habuit Flaccus puerum in delitiis: quẽ Amazonicum quidã appellant: eius formam: indolem atq; venustatem Martialis prosequitur eleganti epigrãmate. De alio Flacco (qui epigrammata scripsit) suo loco diximus.

Dec. Iunius Iuuenalis. Caput. LXVII.

Decius Iunius Iuuenalis patria fuit Aquinas. Quęres nõ modo percipitur ex inscriptione veterum codicũ: sed his etiam versibus. qui sub persona Vmbricii dicuntur.

Ergo vale nostri memor: & quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino:
Me quoq; ad Eluinam Cererem: nostramq; Dianam
Conuelle a Cumis.

Natus est patre libertino: vt quidam credunt. Alii ab eo institutum: proq; filio habitum dicunt. Temporibus Domitiani principis floruit: et si ad Neruę ad Traiani ętatem peruenit: quod indicatur multis atq; variis locis: præcipueq; hoc carmine.

Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantum
Solus enim tristes hac tempestate Camœnas
Respexit: cum iam celebres notiq; Poetæ:
Balneolum gabiis: Romæ conducere furnos
Optarent.

In hoc enim gratulatur Neruę: q; inter alios pricipes maxime prestaret summis officiis atq; effectibus in prosequendis atq; honestandis disciplinis. Quidam putarunt referendũ esse ad Cæs. Domitianũ: qui magnopere simulauit studiũ Poeticę: vt authores sunt Tacit⁹ & Suetonius. Frõtonem grãmaticũ primo audiuit: summaq; diligentia ab eo dicitur institutus. Qui Romæ docuit illis tẽporibus magna celebritate nominis: vt Gellius testatur. Deinceps probauit ingeniũ suũ in foro & causis agẽdis. In quo magis videtur elaborasse pro veteri consuetudine declamandi: q̃ vt versari diu vellet in eo studiorũ genere: neq; desũt qui referant eruditũ fuisse Iuuenalem præceptis atq; institutionibus Quintiliani: qui per ea tempora maxime excelluit inter cæteros rhetores. Versatus est maximo studio in scribẽdis Satyris: secutus exemplum Lucilii atq; Horatii. Qua in re haud mediocrẽ laudem adept⁹ est iudicio eruditorũ: cõpositis quinq; voluminibus. In his enim facile ostendit q̃ acrem se atq; violentum præberet accusandis atq; insectandis hominũ vitiis: vt qui molestissimo animo ferret corruptos ciuitatis mores. Inter amicos præcipuo affectu coluit Volusiũ Bithinicum & Coruinũ. Val. quoq; Martialis plurimũ detulit Iuuenali: suũq; studiũ atq; singularem beniuolentiam pluribus locis testatus est vt his versibus apparet.

Cum Iuuenale meo: quæ me committere tentas
Quid non audebis perfida lingua loqui?

Quidam grãmatici tradunt eundem accessisse ad vltimã senectutẽ: & in remotissimam ægypti partem missum a Cæs. Domitiano sub prętextu demandatæ dignitatis: ibiq; senio confectũ ac nimio vitæ tædio periisse: quod ego nõ dum reperio apud eos authores: qui pro receptis ac fide dignis habentur.

Aruntius Stella Patauinus. Caput. LXVIII.

ARuntius Stella nobili genere natus est familia honesta & consulari. In qua seruato a maioribus ordine perpetuam dignitatẽ retinuit: Id satis colligit ex his versibus Poetæ Papinii.

Clarus de gente latina
Est iuuenis: quem patriciis maioribus ortum
Nobilitas gauisa tulit: præsagaq; formæ
Protinus e nostro posuit cognomina cœlo

Val. Martialis oriundũ Patauio refert. Cum scribit Aponi regionẽ magno pręcio haberi ob natalem Liuii: Stellæ: ac Flacci. Claruit aũt per ea maxime tẽpora: quibus Flauii Cæs. Romæ imperarunt: tantumq; scribendis carminibus dicitur præstitisse vt inter optimos Poetas habitus sit in Poematis absoluendis: vt satis testantur Martialis & Papini⁹. Qui eundem stellam clarissimũ Poetam vocat. Violantillam puellam Neapolitanam cum vehementer diligeret impetratis nuptiis vxorem accepit: De quibus complura legũtur apud veteres. Martialis eam appellat Ianthidam græco nomine. Idem Stella vsus est magna familiaritate cum iulio Secundo & Val. Martiale: Papinius vero tanti fecit ingeniũ atq; eruditionem Stellę vt minime dubitauerit dicare illi sua poemata: eiusq; laudes & epistolis & carminibus editis prosequi. Inter alia (quæ dicũt a Stella cõposita) elegię ponũtur & opus de Asteride. Sed imprimis laudatur eiusdem poema de interitu columbæ. Quod a Martiale præpositũ est Catullianis versibus de passere Lesbiæ: sic enim refert:

Stellæ delitium mei columba
Verona licet audiente dicam
Vicit maxime Passerem Catulli.

Quãtum præstiterit in vrbe publicis dignitatibus atq; honoribus satis explicatur a Papinio in siluis. Non enim prætor tantum creatus est: sed etiã duũuir: quocirca magnam gratiam singularemq; cõmendationem suæ virtutis reportauit. Hæc sũt quę legimus de poeta Stalla in veterum commentariis.

M. Valerius Martialis. Caput. LXIX.

MValerius Martialis genere Hispanus fuit Bilbili natus haud ignobili oppido Celtiberię: vt veteres authores tradunt: & ipse Martialis cum pluribus locis demonstrat: tum maxime his versibus ad Licianum municipem suũ

Vir celtiberis non tacende gentibus
Nostræq; laus Hispaniæ
Videbis altam liciane bilbilim
Equis & armis nobilem

Sub primã ætatem profectus est ad vrbem Romam: quo facili⁹ in litterarum studio versari posset: suũq; ingeniũ erudire. Sed cum agendis causis minime se idoneum videret: omnem operam atq; diligentiam rettulit ad scribenda epigrãmata: in quibus magnopere excelluit iudicio veterũ. Maxime aũt valuit in promerẽdis sibi atq; cõciliandis hominũ studiis: adeo vrbanitate & salibus præstitit. Relata sunt a C. Plinio permulta de ingenio & eruditione Val. Martialis: quibus satis colligere possumus: quanti fecerit hunc ipm Poetam: quantũq; illius versibus oblectari cõsueuit: sic enim scribit. Fuit Martialis ingenio acri & qui plurimũ in scribendo & salis haberet & fellis: neq; candoris minus. Itaq; minime mirari oportet: si Aelius verus Imp. (qui Ges. Hadriano gratissim⁹ fuit) solitus est singulari affectu psequi lepores atq; iocos Poetę Martialis: suũq; Vergilium vocare. Neq; dubiũ est illum Romæ publicis honoribus ornatũ atq; honestatum fuisse. Nam equestri dignitate donatus est: & prætura & iure trium liberorũ: vt ipse de se testatur. Libros. xii. epigrãmaton cõposuit miro ingenio: & singulari vrbanitate: quibus adiecit Xenia & Apophoreta libellis duobus absoluta. In his secutus est Marsum Poetam: pedonem atq; getulicum quorũ exemplo seipm tuetur: ac lasciuiam verborũ licentiã excusat. Valerium quoq; Catullum & Liciniũ Caluũ plurimi fecit: qui in hoc scribendi genere insignes habiti sũt. In duodecimo libro Neruæ atq; Traiano Imper. blãditus est damnatis temporibus Domitiani Cæs. Ad eũdem refertur spectaculorũ liber: qui extra ordinem aliorũ habetur a nostris grammaticis: vt vetusti codices probãt. Inter amicos pręcipue habuit Stellã Patauinum: Decianũ: Siliũ Italicũ: Val. Flaccũ: Parthenium aliosq; complures. Ad quos sępenumero scribit. Stertini⁹ vir clarissimus (quem Martialis mutato nomine Auitum appellat) tantũ concessit ipius ingenio atq; doctrinæ: vt viuenti adhuc illi imaginem more veterum in sua bibliotheca posuerit. Postremo cum Martialis foret prouectior tædio rerũ vrbanarum affect⁹ in patriam rediit: atq; in natali solo paulo

post interiit:non sine lachrymis ac magno mœrore.C.Plinii:vt ingenue testat⁹ est: scripta epistola ad Cor.Priscum.De Gargilio Martiale dicem⁹ suo loco:q libros cõposuit de gestis Imperatorum.

Sentius Augur.LXX.

SEntius Augur Romæ nat⁹ atq; honestis artibus eruditus:inter eos Poetas cõnumeratur:qui epigrãmata & poemata scripserũt.Permulta de hoc referuntur a Plinio in epistolis:quibus facile colligitur quantum præstiterit elegantia ingenii & optimis morib⁹.Vixit magna familiaritate cum Spurina & Antonino viris grauissimis:maximeq; ab illis probat⁹ est propter ingenii modestiã & egregiam vitę probitatem.Sequut⁹ in scribendis epigrammatis Val. Catullum & Licinium Caluum:multaq; cõposuit elegãter & lepide.Alia cum bile & stomacho vt a Plinio refertur:qui nõ sine magna admiratione solitus est audire poemata ipsius Sẽtii.Leguntur adhuc versiculi aliquot.quibus aperte explicatur:quantum in eo genere valuerit & gratia & salib⁹ Sic enim scribit ad Plinium.

Canto carmina versibus minutis
His olim: quibus & meus Catullus
Et Caluus:veterescq;:sed quid ad me
Vnus Plinius est mihi prior:Is
Mauult versiculos foro relicto
Et quærit quod amet:putatq; amari
Ille Plinius ille:quid Catones!
I nunc:qui sapias amare nóli.

Hęc hactenus de Poeta Sentio obseruaui:de obitu illius nihil legi apud veteres authores.

Vestricius Spurina.LXXI.

VEstricius Spurina nobili ac pręclara familia ortus:inter eos Poetas relat⁹ est ab antiquis scriptoribus:qui lyrici appellantur.Per eadem tempora floruit quibus Vespasiani principes rerum potiti sunt:Moribus optimis fuisse traditur:ac domi forisq; magna & excellenti virtute se gessisse non sine cõmendatione summæ grauitatis ac singularis prudentiæ:Idem Spurina factus est Imperator contra Breueterum Regem. Cunq; illum strenue ac ingenti animo repulisset fuso atq; fugato exercitu ferocissimarũ gentiũ triũphali statua donatus est.Filiũ Cocceiũ adhuc iuuenem amisit:cuius interitũ cõstanti animo tulit:vt qui humanæ fragilitatis improbitatem optime cognosceret.Poemata ipsi⁹ p̃cipue cõmendãtur a Plinio his verbis.Scribuntur a Spurina Lyrici versus & quidem vtraq; lingua & doctissime:mira illis dulcedo:mira suauitas:mira hylaritas:cuius gratiã cumulat sanctitas scribẽtis.In his secut⁹ est Flaccum Horatiũ:cuius indolem atq; elegãtiam magna felicitate exprimebat.Vixit sũma familiaritate cũ Iulio Apro & Agricola:q socer fuit Cor. Taciti Pliniũ Secundũ vehementer dilexit.Propter ingeniũ atq; singularem modestiam.neq; dubiũ est eũ ad extremã senectutem peruenisse integris sẽsibus validoq; ac vigenti corpore.De sapientia ipsius in rebus gerendis:cæterisq; animi virtutibus cõplura scribũtur a.C.Plinio q̃ nos breuitatem p̃fati magna ex parte omittimus. Celebratur ab antiquis scriptoribus alter Spurina:qui p̃nunciauit. C.Cęsari futurũ interitum:eumq; submonuit:cauẽdas sibi esse Martias Idus.

Voconius Victor.Caput.LXXII.

VOconius Victor nobili genere ortus traditur.Romę vixit in Secundo ordine:Sed illustrior factus est poeticæ studio. Præcipue floruit temporibus

Hadriani pricipis:qui ex Italica vrbe Hispanię genus duxit.Idem Voconius sub primam ętatem in foro & causis agendis operam posuit magna laude ingenii sui atq; studiorum.Fuit enim modestia singulari: & in consiliãdis sibi hominum animis mire efficax:vt relatum est a.C.Plinio:qui maxima familiaritate vixit cum Poeta Voconio: paribusq; studiis atq; disciplinis diu ĩcubuit. Neq; dubium est eum excelluisse in scribendis elegis atq; epigrammatis:vt Martialis testatur:in quibus affectauit veneres ac lasciuiam verborum licentiam: vir alioqui probis moribus atq; honestissimis Quocirca Cęs.Hadian⁹ (cum permultũ cõcederet Voconii poematis) singulari affectu prosequut⁹ est illi⁹ memoriã:taliq; carmine decorauit eiusdẽ sepulchrum Lasciuus versu:mente pudicus erat.

Qua in re seruauit veterem legem scribendis epigrammatis:
Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum:versiculos nihil necesse est.

Quod a Lucio Apuleio relatum est:celebratur apud veteres adolescẽs Testil⁹ quem propter egregiam præclaramq; indolẽ magnopere dilexit Voconius:vt a Martiale scribitur his versibus.

Testyle Victoris tormentum dulce Voconi
Quo nemo est toto notior orbe puer.
Sic etiam positis formosus amare capillis
Et placeat vati nulla puella tuo.

L.Paulus Passienus. Cap.LXXIII.

L.Paulus Passienus nobili atq; honesta familia ort⁹ equestrem dignitatem a maioribus suis acceptam retinuit:sed quãtum colligere possumus ex veterum monumentis:in vrbe factus est longe nobilior ob elegantiã ingenii: ac poeticę studium:in qua magnopere excelluit:vt Plinius & Gellius testantur. Traditum est eum fuisse Otiundum ex Vmbria eodem oppido:quo poeta Properti⁹ a quo genus suum deduxit. Pręcipue claruit in scribendis elegis imitatus Propertiũ: cui⁹ gratiam atq; venustatem magno studio dicitur expressisse:ut a Plinio relatum est his verbis.Reddit Propertium in primis:elegos eius in manus sumpseris leges opus tersum:molle:iucundum: & plane vt Propertium. Idem Passienus non tantum in elegia versatus est:sed ad poemata & lyricos ingenium suum conuertit:in quib⁹ Horatio Flacco magnopere accebebat:Inter cęteros amicos pręcipue coluit Iulium Celsinum:Gellium & Caium Plinium:qui omnium officiorũ genere singulariq; diligentia Passienum fouit.Hic est ille Paulus Passienus:quem Gellius vocat in Atticis noctibus poetam doctissimum.In agro vaticano prędium habuit in quo magna cũ voluptate versari in studiis: & de litteris agere cõsueuit:vt a Gellio scribit:q Pauli eruditionem atq; poemata pluribus locis cõmendat:Hæc sunt quæ de hoc poeta apud veteres obsetuauimus.

T.Annianus. Cap.LXXIIII.

T.Annianus per eadem tempora floruit:quibus Cæs.Hadrian⁹ ad Imperiũ ascitus est.Tradit fuisse lepido ingenio maximeq; vrbano:vt veteres grãmatici satis testãtur.Fescenninos versus composuit variis locis atq; salib⁹ refertos:nam in his liberam iocorum lasciuiam ac festiuam procacitatem admittebant.Sumpta origine ab vrbe Sabinorum:vnde indĩtum est nomẽ.Ausonius poeta de Anniani Fescẽninis meminit in excusanda petulãtia sui carminis. Neq; em̃ sunt accusãda (inq̃t) ea poemata:q̃ pruritum mouent:q̃ in carminib⁹ lasciuia cõmẽdat

in moribus grauitas. Grãmatici veteres pſepe citãt eiuſdẽ verſiculos: qb⁹ haud dubie apparet Annianũ ipm iter eos poetas iure optimo cõnumerari: q ingẽio & doctrina pſtiterint. Sũma familiaritate vſ⁹ eſt cũ Gellio & Erutio Claro vt habet apd eundem Gellium: qui Annianum poetam vt elegãtiſſimũ atq; vrbaniſſimũ celebrauit.

M. Marullus. Cap. LXXV.

M. Marull⁹ mimorũ ſcriptor habit⁹ eſt: p ea tẽpora Romę vixit: qb⁹ Cęſ. Antonin⁹ rerũ potiret: q p inſtituto vitę ac pfeſſione ſtudiorũ vendicauit ſibi cognomẽ philoſophi. Itaq; minime mirũ ẽ: ſi ea tẽpeſta e omnes bonę diſciplinę maximũ incrementũ accepterint auſpiciis & fauore optimi pricipis. Cõmedat Marulli ingenii atq; eruditio ab antiquis grãmaticis in cõponẽdis mimis: in quo genere ſcribẽdi claruerũt apud latinos Deci⁹ Laberius: Publi⁹ Lẽtulus & alii permulti. Relatũ eſt a Iulio Capitolino tantũ animi atq; libertatis fuiſſe in hoc poeta: vt minime verit⁹ ſit notare principes ciuitatis: ac noiatim ſuis carminib⁹ pſtringere: & iter alios dicit accuſaſſe Cęſ. Antoninũ: pſentẽq; ac ſpectãtẽ reprehẽdiſſe: q; eos viros potiſſimum ad ampliores dignitates promouiſſet: qui infames vulgo haberentur adulteriis Fauſtinæ vxoris. Palamq; eſt nominatum ab eo fuiſſe Tertullum hoc verſiculo. Ille iam tibi dixi Tertullus dicitur.

Seruius grammaticus perſæpe meminit de fabulis huius poetæ: referens peturbanũ dictũ Marulli cõtra nequã parasitum: Tu & Hector ab Ilio non recedis: quod in prouerbium venit. Diuus quoq; Hieronymus inter mimographos authores hunc poetam enumerat: cum de Philiſtione & Lentulo agit in Apologia contra Ruffinum. Celebrat alter Maruli⁹ apud Valeriũ Martialem de quo nihil dicẽdum eſt hoc loco.

Aulus Serenus: Cap. LXXVI.

AVlus Serenus inter poetas lyricos relatus eſt ab antiquis grammaticis: in quo genere apud latinos p ęcipue claruerũt Horatius Flaccus: Cęſius Baſſus & alii plures. Traditũ eſt de hoc Sereno: eum fuiſſe ingenio eleganti & facili ad amores & iocos deſcribendos. Maurus Terentian⁹ cum de eo loquitur: egregium ac nobilem poetã acit. Pcemata ſcripſit vario & multiplici carmine vt Hieronymus teſtatur: qui eundem inter veteres lyricos enumerat. Nonius Marcellus & Martianus capella pluribus locis citant Sereni poetę opuſcula: quibus manifeſto apparet: illum præſtitiſſe magna erudione & elegantia. De Quinto Sereno commode a nobis dicetur: ſeruata temporum ratione: qui libros compoſuit de remediis morborum.

Vergilius Romanus Comicus. Cap. LXXVII.

VErgilius Romanus per eadem tempora in vrbe floruit: quibus Hadrianus Cęſar & Antoninus imperarunt. Ingenio pręclaro fuit: & antiquitatis maxime ſtudioſ⁹. Scripſit inter alia opera mimiambos: in quo genere poematis Gn. Matium ſequut⁹ eſt poetã vetuſtiſſimũ. Relata ſũt cõplura de eruditione & elegantia huius Vergilii a Plinio Secundo: qui illius Comœdias atq; mimiambos magnopere celebrauit: quod his verbis colligitur Fecit mimiambos tenuiter: argute: venuſte: atq; in hoc genere eloquentiſſime. Idem Plinius Vergilii fabulas adeo eſt admiratus: vt minime dubitarit Plautinis atq; Terentianis eas adiungere. Fuit enim in accuſandis vitiis atq; deteſtandis acer & violent⁹: in quo tamen fictis nominibus ac perſonis eſt vſus non ſine gratia & ſingulari vrbanitate. Inter cæteros amicos: pręcipue coluit Caium Plinium: vt ex epiſtolis illius elicitur. De obitu ipſius nihil apud veteres auctores legimus.

PETRI CRINITI PRAEFATIO LIBRI QVINTI DE POETIS LATINIS AD COSMVM PACCIVM PONT. ARRETINVM.

IN hoc extremo volumine opis noſtri Coſme Põt. Arte tĩe. ſeruatum ẽ a nobis: vt de his poetis agerem⁹: q Antoninorũ tẽporibus vſq; ad Theodoſiũ & Cõſtantios Cæſ. vixerũt. Neq; em viſũ eſt p tinere ad inſtitutũ noſtrũ de oĩbus ſcribere: declinata ipii maieſtate: boniſq; artibus magna ex parte deſtitutis. Itaq; dabũt mihi venia eruditi hoĩes: q cũ legẽt hos libros: videbũt a nobis referri poetas illos: q re vera paulo ineptiores atq; inelegãtes haberi poſſũt: q̃les ſunt Iuuencus Fortunat⁹ & alii generis eiuſdẽ: in quo moderate me geſſi: nã mutata religiõe mutatum etiã indolẽ atq; gratiã carminis. Quocirca minime mirari oportet (pcipue cum vniuerſa Italia magnis atq; variis cladib⁹ cõfecta eſſet diſtrahẽtibus eã plurimis populis atq; Barbaris nationib⁹) ſi antiquorũ elegãtia atq; puritas violata eſt: & ſimul iſcitia bonarũ litterarũ atq; impitia ſuccreuit. Noſtra vero tẽpeſtate magnopere debemus lætari: q ad id acceſſerũt honeſtæ ac liberales diſciplinæ: vt aliq̃ ex parte videantur cũ ipa antigrate cõtendere: quã rẽ facile pbaturi ſunt: q Põtani opa & Marulli paulo attenti⁹ perlegerint: nam vterq; (niſi ego forte hac in re decipior) in ſuo genere abſolut⁹ haberi debet: ſed minime par eſt: de his facere iudicium hoc loco: quos noſtri homines pro optimis exemplis agnoſcunt. & velut decora quædã & illuſtria monumenta vetuſtatis admirantur. Nos inſtitutum opus proſequamur: capientes pricipium a Feſto Auieno: qui pręter alia multa opera quæ cõpoſuit Aratum poetam conuertit in latinos numeros: vt ſuo loco a nobis referetur.

Ruffus Feſtus Auienus. Cap. LXXVIII.

RVffus Feſtus Auienus poeta eruditus & elegãs per eadem tempora floruit quibus Cæſ. Dioclitianus Imperator eſt appellatus: quæ res cum multis aliis argumentis colligitur: tum ex cõmentariis diui Hieronymi: qui (cum loquitur de Arati Phœnomenis) Auienũ refert paulo ante in latinum ea cõuertiſſe poſt. M. Tulliũ atq; Germanicũ. Quidã putãt illũ fuiſſe genere Hiſpanũ: ſed hoc mihi nõ ſatis cõpertũ eſt in tãta rerũ obſcuritate. Illud minime dubiũ eſt: cũ magna doctrina ac multiplici rerũ ſcientia pſtitiſſe: nã pter op⁹ Arati (quo maximã laudẽ adeptus eſt) cõpoſuit etiã librũ de orbe terrarum his verſibus: quos vocant hexametros: imitatus Dionyſium græcum poetam. De maritimis quoq; ſcripſit Iambicis verſibus: intactum opus latinis ingeniis: tantęq; difficultatis: vt diu multumq; ſibi elaborandum fuerit in eo abſoluendo. De hoc poemate ſic idem Auienus refert.

Laboris autem terminus noſtri hic erit.
Scythicum vt profundum: & æquor euxini ſali
Et ſi quæ in illo marmore inſulæ tument
Edifferantur: reliqua porro ſcripta ſunt
Nobis in illo plenius volumine
Quod de orbis oris: partibuſq; fecimus.

Plura in hoc opere inſeruit ex variis atq; reconditis authoribus: pręcipueq; ſequut⁹ eſt (vt ipe teſtatur) Hecateum Mileſium: Hellanicũ Leſbium: Philonem Athenienſẽ: Pauſimachũ: Euctemũ: Cleonẽ Siculũ alioſq; pmultos: vt ptermittam⁹ Annales

punicos:a qbus cōplura accepit.Neq; desunt:q existimēt fuisse alia cōposita ab eodē Auieno.Serui⁹ qdē grāmaticus(cū de Cometis disserit)Auienū scribit fecisse Vergilianas fabulas lābicis versibus: & historica q̄dā ex libris Liuianis:q̄ in re nō satis habeo exploratū:an hęc ad eundē sint referēda:et si ratio tēporū maxime congruit.Inter amicos p̄cipue coluit Myrmeciū Flauianū virū clarissimū & probū:cui⁹ virtutē atq; probitatē magnopere cōmendat dicato illi volumine de maritimis.Hæc sunt q̄ legim⁹ de hoc Auieno apud veteres authores.De Auieno poeta greco(cuius legūtur epigrammata)nihil dicendum est hoc loco.

Alphius Auitus. Cap.LXXIX.

ALphius Auitus poeta illustris est habitus:vixit hisdē pene temporib⁹ quibus Cęs.Cōstantii prestiterūt:quæ res abunde colligitur ex Mauro Terētiano:qui poetam Septimium atq; Alphi[illegible] Auitum inter recentiores cōnumerat. Sūt qui putent illum fuisse Carthaginensem: in quo desideramus auctores.Ingenio elegāti fuit & cōponēdis carminib⁹ accōmodato.Inter cętera(q̄ dicitur scripsisse)libros fecit:q inscripti sunt excellētiū.In his ppetuo est vi⁹ dimetris lambicis magna quidem venustate ac pari elegantia vt grāmatici veteres testātur: Quod etiam satis colligit his versiculis:qui adhuc supersunt ex libro secundo excellētium.

Tum litterator creditus
Ludo:Phaliscum liberos
Conatus in campi patens
Extraq; muri ducere
Spatiando paulatim trahit
Hostilis ad valli latus.

Maurus Terentianus persępe citat Alphii poetæ carmina:deq; eo sic scribit in libro de variis metris.

Phaselus ille:quem vides
Plęrunq;: nec carmen modo
Sed & volum en explicat.
Vt prīdem Auitus Alphius
Conscripsit excellentium.

Priscianus quoq; de eodem meminit pluribus locis.Hæc sunt q̄ de Alphio poeta observauimus.De Alphio fœneratore scriptum est ab Horatio & Iunio Columella.

Septimius Afer.Cap.LXXX.

SEptimius natione Afer inter eos poetas relatus est:qui poematis scribēdis operam atq; studium posuerūt.De hoc mentio habetur cum de apd alios tum apud Maurum Terentianum:qui per eadem tempora propemodum floruit:vt aperte indicauit his versibus.

Qui multos legere negāt hoc corpore metri
Romanos aliquid veteres scripsisse poetas
Dulcia Septimius:qui scripsit opuscula nuper
Ancipitem tali cantauit carmine Ianum.

Quibus colligitur compositum fuisse hymnum a Septimio de laudibus Iani.Neq; alienum fuerit eius versus aliquot subiicere:quo facilius iudicari possit de ipsius ingenio atq; eruditione.

Iane pater:Iane tuens:diue biceps:biformis.
O care rerum Sator:o principium deorum

Stridula cui lumina:cui cardinei tumultus
Cui reserata mugiunt aurea claustra mundi

In hoc carmine imitatus est Poetam Callimachū:qui inter cætera opera elegantissime scripsit hymnos deorum:eoq; genere metri vsus est. Legūtur alia plura eiusdem Septimii:quales sunt hi versiculi de Agello.

Inquit amicus ager domino
Si bene mi facias memini
Pinea brachia cum crepitant
Audio canticulum Zephyri.

Itaq; cū vteretur vario ac multiplici genere carminū:vocauit suos libros opuscula.Inter cæteros authores (qui hoc noie appellati sunt) p̄cipue cōmendatus est ab antiquis Septimius historiarū scriptor:qui de gestis Imperatorum libros cōposuit.

T.Calphurnius Siculus.Caput.LXXXI:

T.Calphurnius natione Siculus fuit:vt inscriptiones veterū codicum pbāt Inter eos Poetas relatus est:qui scripserunt Buccolicū carmen.In hoc enim iudicio eruditorum magnopere excelluit.Cū gratia carminis:tum elegantia & proprietate.Per eadem tempora floruit:quibus Dioclitianus Cæs.& Constātii principes Romanum Imperium moderati sunt:quæ res manifesto indicatur ex commentariis Flauii Vopisci:qui Olympium Nemesianū celebrat.Ad quem Poeta Calphurnius suum opus misit:vt in vetustis exemplaribus legitur.Quocirca in magno errore versantur.qui existimant eū fuisse ætate Cæs.Augusti.Modicis facultatibus vixit:Quod ex ipso authore satis possumus colligere:neq; desūt:qui putent de Dioclitiano Imperatore intelligi oportere cum scribit sub persona Orniti.

Aurea secura cum pace renascitur ætas.
Et redit ad terras tandem squallore situq;
Alma themis posito:iuuenemq; beata sequuntur
Sæcula maternis causam qui lusit in vlnis.

Alii hoc ad Numerianum referunt:qui & scribēdis carminibus & eloquentia præcipue excelluit.Sunt qui malint scribere Calpurniū sublata aspiratione:quod a Calpo deducatur nomen Calpurnii:sed hoc vt friuolum est:ita libentum relinquim⁹ nostris grammaticis.

Aurelius Olympius Nemesianus.Caput.LXXXII.

AVrelius Olympius Nemesianus Afer genere:patria Carthaginensis fuit: quod antiquiores Codices testant.Per ea tēpora i vrbe floruit:quib⁹ Cæs. Numerianus & dioclitianus imperarunt.Quantū præstiterit in condēdis poematis copiose relatum est a flauio Vopisco:qui hunc ipsū Nemesianum nobilissimum fuisse Poetam refert:omnibusq; coloniis atq; vrbibus magnopere illustratum. Calphurnius Siculus(de quo supra scripsimus)arctissima beniuolentia prosecutus est Nemesianum:eiq; dicauit suum carmen buccolicū veluti monumentū propriæ diligentiæ atq; optimæ voluntatis. Leguntur adhuc eiusdem Nemesiani ecglogæ. Quibus manifesto apparet eū merito cōmēdari inter præcipuos atq; optimos Poetas sui temporis.Quocirca verisimile est a Numeriano Impa:i maximo p̄cio habitū qui & eloquentia:& absoluendis poematis excelluit.Idem Nemesianus alia plura cōposuit.Nam Cynnegetica:Nautica & Alieutica scripsit.Ioānes Boccaci⁹ vir vt illa tempora tulerunt:haud omnino indoctus: citat Nemesiani Poetæ versiculos.Hæc sunt quæ legimus apud veteres authores de Nemesiano.

Maurus Terentianus. Caput. LXXXIII.

MAurus Terentianus natione Afer: patria Carthaginensis fuit. Per eadē ferme tēpora excelluit in Poetica: quibus Alphius Auitus: Septimius: Petronius arbiter: & Aurelius Apollinaris: qui Iambicos scripsit. Grāmatici veteres si quando citant Terentianū inter recentiores authores referunt: vt apud Seruiū & Priscianum legitur. Opus cōposuit vario multiplicique carminū genere de litteris syllabis: pedibus & variis metris. In quo habita ratione vtilitatis omnem prope gratiā contempsit: vt cum valde laboraret in scribenda atque explicanda varietate carminum. Minime alienum existimauit ab officio eruditionis: si eorum Poetarū exēplis vteretur: qui suis prope tēporibus aliquid scripsissent: vt Alphii Auiti: Septimii atque aliorum: quod his versibus ingenue profitetur.

Non equidem possum tot priscos nosse Poetas
Vt veterum exemplis valeam: quæ tracto probare.
Maurus item quantos potui cognoscere Graios
Quorum præcipue studiis pars maxima constat:
Nemo tamen culpet: si sumo exempla nouella:
Nam melius nostri seruarunt metra minores

Neque dubium est ipsum Terentianū ad extremam ætatem peruenisse: & in hoc opere condendo ita versari solitum: quasi animū tali studiorū officio recrearet: seniū suum molliorib̄us curis transigeret. De hoc Terētiano Augustinus etiā meminit referens illius versiculum de Marco Varrone.

Vir doctissimus vndecunque Varro

Qui habuerit filium nomine Bassum: & Nouatemū generum facile colligitur ex ipsis Terentiani carminibus.

Cl. Claudianus Alexandrinus. Caput. LXXXIIII.

CL. Claudianus Poeta insignis Archadii & Teodosii temporibus floruit. Patria fuit Alexandrinus nobilissima vrbe Aegypti. Quidam florentinū faciunt parum diligēter obseruantes veterū cōmentarios: authores græci (qui de Poeta Claudiano meminerunt) Alexandrinum appellant: cui sententię idem auctor astipulatur: dum Nilum suū vocat: vt nihil præterea dubitari possit ei patriam fuisse Alexandriam: ingenio eleganti fuit: maximeque apto ad carmen cōponendum Nam & assurgit feliciter: variisque figuris ac sententiis mirifice delectat: vt videatur a natura ipsa instructus ad Poeticam facultatem. Verisimile est eum Romæ diu versatum: multasque Italiæ vrbes peragrasse: quod cū alia multa testantur: tum hi versus quos de Balneis Aponi cōposuit. Opera illius satis nota sunt: sed præcipuā laudem iudicio multorū sibi vindicat his carminibus: quibus principes viros summis laudationibus seu panegyricis extulit. De raptu proserpinæ libros quatuor scripsit. eosque ad Florentinū misit: veluti monumentū suę beniuolentiæ atque optimæ voluntatis. Nā cū eo arctissima familiaritate cōiunctus vixit. Præterea eiusdem poemata: epistolas & epigrāmata. In quibus de Nilo: de Phœnice: de Magnete: de Cristallo: de Balneis Aponi: de Torpedine: de Gallicis mulabus deque aliis multis apte & elegāter carmē descripsit. Augustinus & alii veteres plurimū cōmendarūt ingenium atque eruditionem Claudiani referentes illius versū de laude & victoria principis Theodosii cōtra Eugenium Gallorum Regem Cōstat enim Theodosiū ipsum parua manu cōtra ingentes Barbarorū copias dimicasse: cæsisque magna ex parte hostibū clarissima victoria potitum: non tam suis auspiciis: q̄ ope & præsidio abortæ tēpestatis sæuientibus

ventis contra hostium aciem. Quocirca sic Claudianus elegantissime scribit.

Te propter gelidis aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies: reuolutaque tela
Vertit in authores: & turbine reppulit hastas
O nimium dilecte deo: cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes: cui militat æther.
Et coniurati veniunt ad classica venti

Idem Claudianus magna veneratiōe coluit Probum: Probinū: & Olibriū viros cōsulares. Gennadium præterea: Honoriū: Stiliconem ac Malliū Theodorū singulari studio & incredibili diligentia prosequitur: testatus officiū suum libellis a se cōpositis de illorum laudibus. Hæc sunt quæ de Poeta Claudiano obseruauimus. De obitu ipsius nihil apud veteres authores legimus. De Claudiano Mamerco (qui libros de anima scripsit) commode a nobis dicetur.

Decius Ausonius Gallus. Caput. LXXXV.

DEcius Ausonius genere Gallus patria Burdegallēsis fuit. Quæ res apte indicatur: cum locis pluribus: tum præcipue his versibus.

Burdegallia est mihi natale solum Vbi mitis est cœli clementia

Vixit vt constat impantibus Valentino & Valētiniano Augustis. Quibus magno pere acceptus traditur ob ingeniū atque excellentem doctrinā: sed lōge nobilior factus est sub Gratiano Cæs. quem in latinis litteris atque honestis disciplinis: magna diligētia erudiuit: vt paulo post dicemus. Parētem habuit nomīe Ausoniū professiōe medicum: multisque ac variis honoribus illustratum. Quod ipse Poeta Ausonius testatur eo carmine: quo pietatē suam prosequitur: est in deploramdo obitu patris. Quidā imperitissime faciunt: qui ad hunc Poetam referūt: quæ ad patrem Ausonii pertinēt. Cæs. Valentianus tantū concessit moribus atque doctrinę Ausonii: vt eū p̄cipue delegerit inter cæteros omnes: qui Gratianū filium instrueret: eiusque ingeniū latinis litteris erudiret. Quocirca maximam nobilitatem adeptus est: adeo vt paulo mox patrocinio Cæs. Gratiani prouectus fuerit ad consularem dignitatem q̄ honestissimis suffragiis: vt abunde percipitur ex illa nobili gratiarū actione: qua Imperatori optimo & discipulo hūanissimo gratulatur. Permulta cōposuit & prosa oratione & carmine: Librum epigrāmatū magna ex parte a græcis Poetis acceptū in latinos numeros cōuertit: mira elegātia pariq̄ ingenio. Fuit em̄ græce ac latine peritissimus. Itē de his vrbibus scripsit: quæ nobiliores atque clariores haberent vario & multiplici genere carminū. Ex quo poemate q̄dam veluti fragmenta adhuc leguntur. Puellā nomine Bissulam multis carminibus celebrauit: admiratus egregiā illius formā singlāremque venustatem. De fluuio Mosa (qui lingonum fines p̄tergrediēs in Rhenum influit) i quo maximā laudē (vt est author Symmachus) iure optimo sibi vendicauit. Siquidem incredibili elegantia vtitur in eo describendo. Fastorū p̄terea libros absoluit: opus magni laboris ac multarū vigiliarum. A principio enim vrbis conditæ auspicatus est continuato ordine vsque ad suum consulatū: vt his versibus testatur.

Vrbis ab æterno deductam Rege Quirino
Annorum seriem cum Procule accipies
Mille annos centumque: & his fluxisse nouenos
Consulis Ausonii nomen adusque leges.
Fors erit vt lustrum se cumulauerit istis
Confectam proculus signet Olypiadem.

Inter amicos pcipue habuit Tetradiũ Gallũ:Paulinũ poetã:& Hesperiũ:quorũ studium atq; beniuolentiam pluribus ac variis epistolis testatur. Symmachus autem vir Consularis & apprime doctꝰ tantum poetæ Ausonio detulit: vt assertũ ab eo sit neminẽ esse omniũ mortaliũ:quẽ in officio amicitiæ illi cõpararet.Extant adhuc epistolæ ipsiꝰ Symmachi velut optimi testes tã mutuæ tãq; singularis inter se necessitudinis Neq; dubium est eundẽ Ausonium inter Christianos relatum:q̃d illius opera multis locis demõstrant.De obitu ipsius nihil certi habetur ex veterum lectione Et si quidam tradũt nonagenarium periisse:in quo magno errore decipiuntur cum id ad parentem Ausonii pertineat.

Damasus Hispanus. Cap.LXXXVI.

DAmasus natione Hispanus nobili atq; clara familia ortꝰ est:vt veteres scribunt.Hisdem temporibus in vrbe floruit:quibus in scribenda historia nobiles habiti sũt:Paulus Orosius:& Eutropius:qui de rebꝰ Romanis libros plures composuit.Laudatur ingenium Damasi atq; eruditio in faciẽdis carminibus cũ ab aliis multis:tum pręcipue ab Hieronymo:qui complura opera a se composita huic Damaso dicauit. Adeo modestꝰ fuit:tamq; excellenti virtute ornatus:vt ingẽti studio creatus Romæ fuerit Pontifex maximꝰ repulsis atq; improbatis illorum accusationibus qui nomine adulterii conabantur famam atq; innocẽtiam eius insimulare.Plura de poeta Damaso relata sunt apud illos auctores:qui de gestis Põtificum scribunt.Poemata edidit non vulgari elegantia:& hymnos complures:vt Prudentius:Ambrosiꝰ:& alii eiusdem ordinis auctores:Item librum de Romanis Pontificibus soluta oratione:quẽ ad Hieronymum misit:eũq; libere & amice hortatur ad exponendam atq; illustrandam hebręorum doctrinam.Putabat enim lectionem ipam parum quidem conferre sine stilo:neq; posse aliquem satis proficere in studiis litterarum:atq; antiquis disciplinis sine magna ac diligenti vsu scribendi.Neq; desunt qui referant ipsum Damasum peruenisse ad extremã senectutẽ ac sub Theodosio Aug. periisse:cum octogesimum annum ageret:quod etiam Hieronymus tradit.

Iuuencus Hispanus. Cap.LXXXVII.

IVuencus poeta natione Hispanus familia insigni maximeq; illustri natus est:vt ab Hieronymo tradit.Pręcipue floruit Imper.Constantino & Cõstãte:qua tempestate in eloquentia apud latinos clari fuerũt Tiberianꝰ:Nazarius & Flauius Vopiscus:qui de gestis Romanorũ pricipum libros composuit.Inter alia poemata quæ dicuntur ab eo edita.Scripsit quattuor euangelia hexametris versibus:qua in re maiori diligentia vsus est in seruanda rerum historia:q̃ in demonstranda ingenii sui elegantia.Idem Iuuencus aliquot hymnos fecit:quibus facile indicant se optime meritum de religione christiana.Neq; dubium est fuisse illum relatum inter sacerdotes christianos:vt veteres authores testantur.Diuus Hieronymꝰ alicubi repetit Iuuenci carmina:eumq; vt eruditum & elegantem poetã cõmendat.

Aurelius Prudentius Clemens Cap.LXXXVIII.

AVrelius Prudentius Clemens:in latinis litteris magna diligẽtia pariq; studio institutus:vt Gennadius & Isidorus testãtur.Quibus potissimũ parẽtibus ortus fuerit:haud satis mihi compertum est ex lectione veterum authorum.Quidam existimant fuisse illum genere Hispanum:primã ętatẽ agẽdis causis posuit:& in ciuilibꝰ officiis versatꝰ est.Deinceps ad maiores:amplioresq; dignitates pueciꝰ ad pfecturã militiæ perductꝰ est studiis atq; suffragio Cæs. Theodosii:q̃ res satis intelligitur cum aliis argumentis:tum pręcipue his carminibus Prudentii.

Frenos nobilium reximus vrbium
Ius ciuile bonis reddimus:terruimus reos
Tandem militiæ gradu
Euectum pietas principis extulit.

Legũtur adhuc ipsius poemata multiplici ac vario genere carminũ cõposita quibꝰ facile pbari potest:eũ quidẽ pro conditione tẽporũ maxime pstitisse inter christianos Poetas nõ modo eruditis verborũ figuris:sed etiã grauitate sententiarum.Sidonius Apollinaris haud oino cõtemnẽdus author in legẽdis atq; obseruãdis antiquis scriptoribus cũ loquit de Poeta Prudẽtio minime veritus est illũ Horatio adiũgere:pręcipuã laudẽ cõsecutus est iudicio doctiorũ ex poemate:quo prosequitur illorũ probitatẽ atq; cõstãtiã qui se ipsos deuouerũt pro christiana religione:cuiusmodi ab eo celebrãtur diuus Laurẽtius:Vincẽtius:Romanus:Hippolytus:Cassianus & alii cõplures.Cõmẽdãtur pterea eiusdẽ carmina:de natali domini:de gestis & miraculis Christi:de expiãdis animis:de cõflictu vitiorũ ac virtutũ.Insectatus est acri animo:ac plurimis versibus hostes christiani nominis:maximeq; Symachũ virũ consularẽ: cuius sentẽtias atq; eruditionẽ lõgo opere accusat:minime autẽ obscurũ est: eundẽ Prudẽtium peruenisse ad summã senectutẽ:ac plurimis dignitatibus perfunctũ periisse.

Pontius Paulinus. Caput:LXXXIX.

POntius Paulinus nobili genere natus inter eos Poetas refertur: qui sub Imperio Cæs. Gratiani floruerunt:vt Faustus:Tetradius & Ausonius.Burdegalẽsis fuit:ac i poetica facultate magnope excelluit.Quidã putarũt fuisse Nepotẽ Ausonii.q; eũ grata ac beniuola quadã appellatione filiũ nominet:sed hoc nõ satis cõstat in tam varia & ancipiti rerũ obscuritate nter.Ialia opera:scriptum est a Paulino poema hexametris versibꝰ de regibus ex Suetonio Trãquillo collectis:in quo maximã laudẽ abeptꝰ est:vt ab Ausonio refertur his verbis. Coegisti i Epitomẽ tres libros Suetonii de regibus tanta elegantia:solus vt videare cõsecutus:q̃d contra rerũ naturã est:breuitas vt obscura nõ esset.Legũtur adhuc quędã ipsius Paulini carmina:in quibus mitifica eruditio & incredibilis elegãtia apparet.Idem Paulinus pręclaris atq; honestissimis dignitatibus perfunctus est.& inter principes viros atq; nobilissimos habitus.Fuit hildẽ ferme temporibus alter Paulinus Pont.Nolanꝰ:moribusq; & singulari cõtinentia clarissimus cuiꝰ epistolę atq; epigrãmata vulgo leguntur:quidã existimãt eundẽ esse habendũ:parum diligenter considerantes:quantum inter se differant:& professione vitę & carminum elegantia.

Licentius Hipponensis. Caput.XC.

LIcentius poeta natione Afer:patria Hipponensis fuit:q̃d aperte intelligit ex epistolis Augustini:qui hũc ipsum appellat ciuem suũ. Et si Tagastaoppido natus est Augustinus:vt veteres authores tradũt: qui scribũt de poeta Licentio magnopere cõmẽdant illius ingeniũ in perquirẽdis veterũ disciplinis:cũ Augustino versatus est summa familiaritate:eũq; veluti pręceptorem suum ac parẽtem magna obseruatione ac reuerẽtia coluit.Referuntur complura de hoc Licentio cum ab aliis multis:tum a Meropio Paulino qui plurimis carminibus eum cohortatur:vt abdicatis cæteris curis ad illustrandam Christi religionem animum referat: & Augustini exemplum atq; eruditionem prosequatur.Inter cætera (quæ dicuntur a Licentio composita) hymnos & epistolas plures descripsit:in quibus satis demonstrat:quantum teneretur poeticæ studio:q̃q̃ assiduam operam collocaret in condendis poematis.Leguntur ipsius carmina ad Augustinum:quæ a nostris grammaticis

in magno precio habita sunt pręcipueq; hi versus de Proteo cõmendantur.

Protea nanq; ferunt veterum commenta pelasgum
Qui dum sollicitis non vult apetire futura
Spumat aper:fluit vnda:fremit leo:sibilat anguis
Captum aliquando tamen in munera parua volucrum.

De probitate ipsius:cæterisq; animi virtutibus permulta apud Augustinum & Possidonium habentur.quæ ob institutam breuitatem ommittimus.

Venantius Honorius Fortunatus. Caput.XCI.

VEnantius Honorius Fortunatus inter christianos Poetas relatus est:& cũ ingenio atq; moribus lõge præstaret Rauennæ eruditus tradit:magnaq; diligentia in latinis litteris instituꝰ.de hoc Fortunato referuntur pmulta apud eos authores:qui de gestis Gallorum annales composuerunt.neq; desunt qui scribãt illnm diu versatum in Gallia:& ob egregiam eruditionem: optimũq; igeniũ Pontificem Pictauiorum factum.Plura ac varia opera edidit.quibus ingenii facilitatem.minimeq; vulgarem doctrinã demõstrat.Legũtur adhuc eiꝰ poemata:& hymni complures:qui magnopere cõmẽdati sũt a nostris grãmaticis.Sed & libros quatuor fecit de gestis diui Martini versibus hexametris.ꝓfatus tali opere se imitari christianos poetas:vt Alcymũ:Prudentium Iuuencum:Paulinum:& alios plures.Idem Fortunatus maximo affectu:singulariq; beniuolẽtia prosequutꝰ est Gregorium Põtificem Emphronium atq; Felicem:vt alios omittamus.In peruetustis exemplaribꝰ additum est nomen Clementiani.qd ab his probari poterit qui Paulo accuratius ãtiquitatem perscrutari voluerint.

Faustus Gallus. Caput.XCII.

FAustus natione Gallꝰ patria Vassates:vt quidam referunt.alii Lugdunẽsem fe cerũt:hisdem temporibus in poetica excelluit:quibus doctrina & ingenio prestantes habiti sunt Boethius:Claudianus Mamercus:& Cassiodorus:qui a secretis fuit Theoderici Impera.Enodius & Apollinaris permultum cõcedunt Fausti poematis q; in his eruditũ se atq; ingeniosum probaret. Scripsit enim pro instituto Christianæ professionis epigrãmata & hymnos de rebꝰ sacris:vt manifesto colligitur ex epistolis Enodii. Versatꝰ tradit Lugduni Gallię vrbe:quæ a Numacio Planco cõdita est:vt quidã putant:ibiq; maximã laudẽ adeptus est suę doctrinæ.Relatum præterea est:de hoc Fausto fuisse illum probis moribus:& ĩ accusandis vitiis magna seueritate:qd etiã Cassiodorus plurib9 locis affirmat. De ipius poematis atq; doctrina sic scriptum inuenio apud Enodium

In veterum morem pangit noua carmina Fastus
Et per membra suum desecat arte melos.
Doctus ad incudem verba infabricata referre:
Quosq; facit versus terq; quaterq; probat.

Complura alia de Poeta Fausto scribuntur ab Enodio:quæ a nobis omittẽda sũt: de Fausto Manicheo dicemus suo loco:contra quem leguntur adhuc multa volumina ab eruditissimo viro Augustino composita.

C.Sollius Sidonius Apollinaris. Caput.XCIII.

C.Sollius Sidonius Apollinaris genere Gallus fuit.Quidã Burdegalensem faciũt.ipse vero de se scribens pluribus locis atq; epistolis Aruernũ se dicit. Sũt enim Aruerni ppli finitimi eduis inter Cæltas cõstituti.Honestis parẽtibꝰ & illustri familia ortꝰ est:latinisq; litteris a prima statim ętate magna diligentia

institutus.nam sub Flauio Nicetio(qui per ea tempora excellens grãmaticus habebatur)eruditionem accepit:cũq; ingenio & industria in prosequendis disciplinis magnopere præstaret.breui effecit:vt eos omnes antecederet:qui paribus studiis tenebantur. Permulta scripsit cũ solura oratione.tum vario genere carminũ. Libros nouem epistolarum secutus Plyniũ Secundũ:vt ipse refert. & si tali opere magis ingenium probatur Sidonii q̃ iudiciũ:vt qui petegrinũ & gallicum redoleat:& simul inepta verborũ affectatione supra modũ laboret.Cuiusmodi accusantur a nostris grãmaticis Cassiodorus:Enodius:Fulgẽtius:& Claudianus:Mamercꝰ. qui violata passim ac disiecta Romani imperii dignitate minime seruarũt latini sermonis puritatẽ Itaq; multo maiorem laudem adeptꝰ est ex poematis atq; hendecasyllabis.q; in his multũ ingenii sit:atq; elegantiæ minime vulgaris. In his quoq; panegyricis cõmendatur.quos Antemio atq; Maioriano dicauit vitis cõsularibus atq; clarissimis.Idem Sidonius magnopere dilexit erudito: ũ ingenia summisq; officiis ac singulari humanitate fouit:vt Lampridium: Tonãtium: Tetradium:& alios plures. quã rem ipsius epistolæ atq; epigrammata satis ostendunt. De sacerdotio illius cæterisq; dignitatibus nihil dicendum videtur:qd in plerisq; aliis omisimus:qui collocati sunt ab antiquis scriptoribus inter christianos poetas.

Admonitio operis ad eos:qui legerint.

DEtfecimus ad hanc diem libros quinq; de Poetis latinis.In quibus permultũ diligentię ac laboris nobis collocatũ est.nihil enim satis dignum memoria effici posse existimo:in quo parum diligenter:parũq; accurate sit elaboratũ. Iuuabunt hoc institutum pernoscẽdę antiquitatis libri de grãmaticis:atq; oratoribus:qui paulo mox in lucem proditurĩ sunt diis bene iuuantibus.Non sũ de futurus operi inchoato in asserẽdis atq; approbandis studiis nostris:ac satis quidem factum existimo ab his hominibꝰ:qui alicui pręclaro facinori intenti cõtemnunt maliuolorum improbitatem:& alienam inscitiã paruifaciũt:præsertim in ea re: in qua munus substineatur iuuandę:atq; excolendę posteritatis.Qd equidẽ cum diligẽter considero multo acrius atq; vigilantius persistendum arbitror in presidio optimarũ disciplinarum:in quibus vniuersam ętatem non sine maxima voluptate consumpsimus perlectis atq; obseruatis veterum monumentis. Qd si nulla præmia sũt in ciuitate nostra constituta bonis ingeniis propter aduersam rerum fortunam: & incredibilem hominum ambitionem:spero tamen fore vt multi gratiam aliquam sint habituri nostris laboribus:q; in tam sæua conditione studiorum gradũ seruaui:ac re maxime inclinata minime desperandum putaui.q; vtcunq; acceptũ:extimatumq; sit in tam vario & ancipiti iudicio hominum haud equidem vehemẽter laboro: semel enim constitui honestiorem famam præclaris studiis quærere:q̃ turpiorem quæstũ malis artibus consectari.

Ex ædibus Ascensianis ad Octauum
Idus Ianuarias.M.D.XI.

Tabula alphabetica de poetis latinis.

Accius tragicus ca.vii.
Aemilius macer. lii.
Affranius comicus. xi.
Albinouanus lxiii.
Alphius auitus lxxix.
Andronicus liuius. j.
Annianus fescēni. xxiiij.
Apollinaris sidoni⁹.xciij.
Aquilius comicus. xvj.
Aruntius stella. lxviij.
Asinius gallus. liiij.
Atta comicus xxiij.
Attilius tragicus. xiii.
Auienus. lxxviij.
Aurelius olympi⁹.lxxxij.
Ausonius gallus. lxxxv.
Bassus. lj.&lxij
Bibaculus. xxxj.
Cęcilius comicus vj.
Cęlius Bassus. li.
Calidius. xxxv.
Calphurnius sicul⁹.lxxxj.
Caluus licinius. xxxvj.
Cassius seuerus. xlvij.
Catullus epigrā. xxij.
Cinna. xxx.
Claudianus alexā.lxxxiiij
Clodius sabinus. lxij.
Cornelius gallus. xlj.
Cornelius seuerus. lvi.
Cornificus epigrā. xxix.
Damas⁹ hispan⁹.lxxxvj.
Domitius marsus. xlviij.
Ennius epirus. ij.
Fabius dorsēnus. xii.
Faustus gallus. xcij.
Festus rufus. lxxviii.
Fortunatus. xci.
Furius Antias. xxiiii.
Furius Bibaculus. xxxj.
Germanicus. l.
Getulicus. lix.
Heluius cinna xxx.
Hena hispanus lx.
Horatius flaccus.xxxviij.
Iuuenalis satyric⁹.lxvij
Iuuenc⁹ hispan⁹.lxxxvij.
Laberius. xxj.
Laurea tullius. xxxvj.
Licentius hipponeñ. xc.
Licinius imbrex. xvij.
Licinius epigrā. xxv.
Licinius caluus. xxviij.
Liuius Andronicus. j.
Lucanus. lvij.
Lucilius satyricus. ix.
Lucretius philicus. xix.
Macer veroneñ. lj.
Mallius mathematic⁹. xlj.
Marcus marullus. lxxv.
Martialis epigrā. lxix.
Marius mimograph⁹. xj.
Mecœnas. xlv.
Montanus. xlix.
Neuius comicus. iiij.
Nouius comicus. xviij.
Ouidius Naso. xlvj.
Pacuuius tragicus. v.
Paulus passienus. lxxiij.
Pedo albinouanus. lxiij.
Plautus comicus. iij.
Persius satyricus lv.
Pomponi⁹ Bononieñ.xx
Pomponi⁹ secūdus. lviij.
Pontius paulinus. lxxxix
Propertius eleg. xliij.
Prudēti⁹ clemēs.lxxxviij.
Q. Ennius vide ennius
Rabirius lij.
Saleius Bassus xj.
Sedigitus. lxiiij.
Seneca tragicus. liij.
Sentius augur. lxx.
Septimius afer. lxxx.
Serenus lyricus. lxxvj.
Seuerus. xlvij.& lvj.
Sextilius hena. lx.
Silius italic⁹. lxv.secūdo.
Syr⁹ mimograph⁹.xxiiij.
Sollius sidoni⁹ apol.xciij.
Statius cęcilius. vj.
Statius papinius. lxv.
Stella. lxviij.
Terenti⁹ comicus. viij.
Terentius varro. xxxij.
Terentianus. lxxxiij.
Tibullus elegi. xl.
Ticida epigrā. xxxiij.
Trabeas comicus. xiiij.
Turpilius comicus. x.
Valerius ędituus. xxvj.
Valerius catellus. xxvij.
Valerius fl.setinus. lxvj.
Valgius xxxix.
Varius tragicus. xliiij.
Varro atacinus. xxxij.
Venātius honorius. xc.
Vergilius Maro. xxxvij.
Vergilius Roman⁹ comicus.cap. lxxvij.
Vestritius spurina. lxxj.
Voconius victor. lxxij.
Vulcatius sedigitus.lxiiij.

Finis.

¶ Luceius Veronensis. S.D. Petro Bembo Patritio Veneto. V. Claris.

Misit ad me superioribus mensibus Cotta noster Poemata Petri Criniti. Cupiebam enim (vt scis) magnopere ea legere: non tantū quia permultum delector illius ingenio: Sed quoniam ex tuis epistolis sæpe intellexi: q̄ tū præstaret nostris temporibus in hoc etiam genere scribendi: in quo perpauci (vt videmus) æquo animo legi possunt: nedum commendari ab eruditis hominibus debeant. Est enim (vt dicitur) rara auis bonus poeta. Audio cōplura alia ab eodem Crinito cōposita esse: eaq; haberi cū alibi locis multis: tum Ferrariæ apud Estenses principes. Ego vero quia valde fauco ingeniis nostræ ætatis nolui abs te desiderari officiū meum: & ob id curaui: vti pereos opifices: qui libros formis imprimūt diligenter atq; accurate excuderentur. Neq; pręterea me latet fore hoc minime ingratum his hominibus: qui veterum studia sectantur: ac bonas disciplinas colūt. Quod reliquum est: dabo operam q̄ diligentissime potero: vt cætera eiusdem poemata ad te perferātur: quæ mihi pollicitus est Io. Cotta vir summa fide: atq; excellenti doctrina ornatus. Vale.

PETRI CRINITI POETÆ NATVM LIBER PRIMVS.

Q; musis dicatus sit reiecta populi inscitia.

Vsis dicatus semoueo pcul
Vulgus pphanū nec populi ambitus
Aut liuor nimium procax
In me ius sibi vendicat
Si non decora cum chlamyde arduos
Inter receptus fulgeo principes
Si nec gemmea pocula
Nostris in laribus nitent:
At iure certo mi chelis aurea
Debetur olim: & per numeros graues
Insignis cythara deus
Me carmen tenerum docet.
Hinc peruirenti texere debitam
Lauro coronam Melpomene cupit.
Qua firmum statuens decus
Vatum me referat choris.
Seu me reductis vallibus audiat
Faunus canentem candida Næuiæ
Colla & labra corallia.
Quæ me sollicitum tenent.
Seu malim inanes pectoris anxii
Iactare curas: & nimium graui
Detentum laqueo caput
Solari ad cytharæ modos.
Vtcunq; doctis carminibus iuuat
Inter morari pieridum choros
Vt vulgi imperium insolens
Ceu dirum fugiam nefas.
Nam quis putabit maius adhuc scelus
Quantum nefandæ plebis inertiæ
Seruitę: & petulantiam
Probrosam populi pati?
O sancta vatum pectora: & o meis
Certum leuamen barbite questubus
Q; te suscipio libens
Porrectum idalia manu?
Tu testis: vt proludat amabilis
Inter vetendas Næuia virgines
Cum molles choreas agit:
Et blandos repetit iocos.

De sua æternitate ex oraculo Apollinis.

NVper solutus cum pharetra graui
Pæan resumpsit fatiloquam chelyn
Occepit inter carmina dulcibus
Vocare musas cantibus.
Vidi per antrum (fas mihi dicere)
Passim moueri pieridum choros
Heu mens recenti prætrepidat metu
Cum sacra phœbi cogito.
O q̄ verendus crinibus aureis
Ac prænitenti pectine celsior
De me camœnis fata recluserit
Nullis mouenda sæculis.
Cœlo receptus cum cythara breui
Cantabo vates: sic placuit Ioui:
Dicam potentes Romulidum duces.
Dicam feroces barbaros:
Cædesq; regum sanguine Gallico
Factas: & acri pectore Vandalos:
Addemus armis indomitos gethas
Viresq; turcharum graues.
Pridem resolui ferrea vincula
Qui colla regum parca tenax ligat.
Vitabo fœlix regna acherontica:
Diramq; tartari luem.
Visam Gelonos: & iaculo leues
Dacos: & alti brachia Caucasi:
Nil me mouebit degener ambitus:
Aut vana plebis gratia.
Liuore maior raptus in æthera
Lustrabo celsas cœlicolum plagas:
Et qua refulgens hesperium decus
Incandet alma lampade.
Non me reuinctis pallida crinibus:
Tu pię lucta nænia defleat:
Aeuo beatus perpetuo fruar
Sæclis dicatus posteris.

Ad Auitum exhortatio ad Virtutem.

Virtute nil fœlicius
Nil clarius sol aspicit:
Auite musarum decus.

Incumbe quod facis: & gradum
Virtutis erectum tene:
Nec te labores anxii
Ab instituto flexerint.
Absolue totis viribus
Quod inchoatum dixeras.
Haud ille præstat cæteris:
Qui cōgerendis nummulis
Impallet argento incubans.
Virtus repulsam despicit:
Ridetq; vanos ambitus:
Non fluctuat vento leui
Nec pallet ignauo metu
Variamq; sortis aleam
Audax inertam nuncupat.
Vbiq; virtus imperat
Suis decora fascibus:
Et acriter feruat gradum
Immota cunctis casibus
Ne fastus occupet grauis:
Aut luxus incidat impudēs
Virtus honestat purpuram:
Fiuntq; veri consules:
Verumq; nomen perferunt
Vbi illa successit comes:
Non consul auro & purpura
Sed consulendo præcipit:
Rectesq; patriam regens
In me nomen & decus
Vanū est habendū protinus
Se purpuratum venderet:
Ni virtus amplior prius
Circunster ipsos principes:
Ille est beatus omnium
Cui virtus affuit comes.

Nænia de obitu Laurentii Medicis Viri Claris. ad Ioan. Picum Mirandulam.

ET quis perpetuis cōstituet malis
Finem vllū? vt valeā reddere me mihi
Pridem seposui dulciloquam chelym
Et blandos charitum modos.
Accedunt miseris funera luctibus
Nec quicq̄ superos flectere victimis
Fas est (vt video) sic placitum loui.
Qui nutu regit omnia.
Heu noster Medices Italiæ decus
O Pice interiit: veh misero mihi.
Lugete aonidum qui colitis sacras
Et qui pro veteri fide
Virtutis precium rite teposcimus.
Nam quis tā rigido pectore barbarus:
Immanisq; animo quin videat, statim
Sublatum columen bonis:
Hic solus patriam consilio graui
Vndantem variis fluctibus extulit.
Nil diram veritus (dic ite posteri)
Regum sæuitiem & dolos:
Hic se pro pauidis ciuibus obtulit
Hostilemq; aciem robore pectoris
Perfringens viridi tempora gramine
Cinxit dum sibi non putat
Parcendum vt latio præsidium ferat.
Heu heu q̄ volucri decipimur bono:
Incassumq; pii vt qui nimio ambitu
Surdos distrahimus deos.
At tu mœsta nouis patria lachrymis
Indulge: nec enim cernere adhuc potes
Quantū mox miseris ciuibus imminet
Fatorum grauis exitus.
Diffecta horrisono marmora fulmine
Templorum: & nimium dira tonitrua
Non frustra exitium terrificis minis
Portendunt patriis deis
O fallax vtinam mentiar augur: &
Non vero auspiciū carmine proferam
Tu Pice interea desine conqueri:
Et parce imperio Iouis.
Q; si non alius mox aderit deus
Extinctum italiæ qui reparet decus:
Et phœbum cupiat sedibus Aonum
Transferre in latios lares.
Consiste in veteri præsidio tamen
Virtutū: & quod habes auspiciis tuis
Iam partum in tacito contineas sinu
Fœlix sorte tua satis.
Nam mitto tot opes ingenii: & sactum
Fœcundi genium pectoris: & simul
Preclaris animum doribus arduum.
Quo certum statues gradum.
Sed me sub tenerū tempus adhuc: velut
Surgentem viridi robore palmitem

Cœli sęuities inuida perculit:
Deiecitq; bonam indolem
Sic decussa iacent brachia viribus
Allisis neq; posthac animo pari
Audebo ingenium tollere: nec licet
Sperare vlterius mihi.

Ad Auitum de quiete viuendi.

AVite si beatus esse contendis:
Supraq; cunctos otio frui certo.
Nihil timebis vltimam diem fati.
Animoq; forti lubricam feras sortem.
Vites potentum purpuras velut pestem:
Colasq; semper liberum genus vitæ.
In quo voluptas adsit: & quies mollis:
Blandi lepores: & sodalitas grata:
Delecti amici: candidi: & fides simplex.
Vita est habenda non solutior luxu:
Non segnis: aut vexata pluribus curis:
Sed in vigenti corpore vigeant sensus.
Ille est beatus qui omnibus vacat curis:
Nec alteri: nec sibi negotium præbet.

De sua quiete post multas calamitates.

SI quis in tantis hominum procellis
Inter & curas: variosq; Casq̄
Gaudet assertor fidei decorā
Carpere vitam:
Huiq̄ exemplū sequar expedit
Et meos vitæ melioris annos
Liber ad certam referam quietē
Cultor honesti.
Cautiq̄ posthac mea cymba cursū
Acta per syrtes scopulosq; duros
Soluet: & nullos temere insequetur
Aequoris æstus.
Profuit sæuę rabiem Charybdis
Atq; vesanos adiisse fluctus
Gratior tandem foret vt voluptas
Visere portum
Integram fessi melius quietem
Sentiunt blandus pluuiis relictis
Redditur Pæan: nitidumq; lumen
Pandit olympi.
Illud imprimis superos precamur
Vita dum nostrum comitatur æuum
In sacris totum vt liceat camœnis
Ponere tempus.

Monodia De laude Ang. Politiani

SYren relicto Daunio
Quærebat vbi consisteret.
Diuq; vagula deuolans
Accessit amnem lassula
Arni fluentis leniter:
Et commorata satis: iter
Parabat incœptum sequi.
Sed ecce dum vaga subuolat
Audit repente rem nouam:
Nouosq; numeros: & noua
Carmina canentis Angeli:
Itaq; statim in labra conuolat
Dulci lepore perlita:
Et inquit hic libet agere
Hic hic morabor sedulo.
Vbi gratiæ: decor: & venus
Tam blanditer simul canunt
Carmenq; fundunt aureum:
Tu nunc valebis Daunie.

Ad Faustum de suis studiis & iniquitate sui temporis.

EXpetis vt propias referam tibi carmi (ne curas
Simulq; nostra gaudia:
Si tamen vlla potest hoc tēpore grata (voluptas
Soporem adimere sensibus.
Nam quid in aonidum liceat descendere siluas
Occluso vbiq; tramite?
Additur & nostris hæc ætas ferrea damnis
Qua mars repressit pallada.
Officiumq; togæ periit: tantū arma supersunt
Geruntur omnia viribus.
Iam video instructas acies in bella vocari
Promuntur enses martii.
Matetiam scelerū struimus propriūq; nefandæ
Ius additur libidini.
Sic hominum vita assiduo dum fluctuat æstu
Torquetur indies magis.

Nullus.n.variis nouit præscribere votis
Finem: sed omnes fallimur
Illum sollicitat fastosæ gloria laudis:
Hunc ambitus vexat grauis.
Ex humilique aliqs nũc sũma peroccupat audax
Paremque fatis se putat.
Qui tamen (vt superis libuit) deceptus inani
Aura iocantis aleæ:
Præcipitem sese tradens immergitur vndis:
Nec subleuat pressum caput.
Ast ego nõ me istis cõmittam Fauste procellis.
Nec otio imponam meo.
Et valeant: quibus atra fames insederit auri.
Sic ipse mecum met habito:
Inque dies vitam veluti moriturus in horas
Carpo: et reseruo me mihi.
Atque vtinam liceat studiorũ attingere summã
Quis docta voui pectora.
Interea curas veterum tu Fauste laborum
Rescribe vt altum percales

Ad Faustum de silua oricellaria.

Olim decorum frondibus sacris nemus
Mones dicandum postetis.
In quo labores Cynthius noster solet
Doctis leuare cantibus.
Non defit vllo tempore salubritas loci
Mitisque cœli gratia:
Hinc sat videbis alta Florę mœnia
Et fæsulas biuertices.
O q̃ reuiso nobilem siluam libens:
Genio dicatam palladis!
Libet vagari Fauste per sacrum nemus
Dum vernat alta populus:
Et dum virenti sibilat pinus coma.
Amata priscis vatibus
In astra surgens maximi quercus Iouis
Protendit alta brachia:
Subetque iuxta pumicoso cortice
Ramis virescit æmulis.
Illic & alnus blandienti gratia
Intexit vmbris gramina
Phyliraque mollis peruenustis frondibus
Procrescit in siluæ decus.
Hederæ sequaces reptitant per arbores:
Viridique nexu vestiunt:
Et molliores mutuis amplexibus
Vites maritantur piris.
Ac dũ subinde vinciuntur arctius
Tegunt amores frondibus
O q̃ virenti fronde siluescit nemus
Cum verna cypris incalet.
Platanus in altũ porrigit lætũ caput
Ascita ad vmbręgratiã.
Mutansque propriũ quotãnis corticẽ
Inter virentes arbores:
Audax tenidet cũ iuuẽtam respicit
Velut resurgens lætior.
Neq; hæc rigari postulat dulci mero:
Aut amnium nymphas petit.
Lothos p orbẽ turbinat comas suas:
Lothos sacrata Cynthio:
Vbi grata me dryas teuisit: & comi
Lepore alumnum detinet.
Siluã hãc tuet Cutus: & capripes de⁹:
Tuentur & satyri leues.
Iuuat videre laureas Daphnes comas
Floresque cum baccis suis.
Illic strepentes conqueruntur alites
Varioque certant murmure.
Et interi discursitant dãmæ leues:
Lepusque subsilit pauens.
Proludit antris: & cuniculus salax:
Siluæque cultor hinnulus.
Et histrices acuminatis spiculis
Minantur: & tamen placent:
Seu tela vibrant sæuiente prælio:
Seu mitiores lusitant.
Quantũ ꝓpiqui floret horti amęnitas
Cum consitis abietibus!
Seu te vitentes floreis pratis comæ
Seu cultus herbarum capit!
Vtcunque sit parantur illa commoda:
Quæ molliter curas fouent.
Et o beatum: qui sub antiqua ilice
Liuentis expers ambitus
Vel sacra vatum curat: aut doctũ otiũ
Curis solutior fouet.
Sic ille nil miratur æstus principum
Nec sceptra regum suspicit.
Sed in virenti detinetur gramine:
Et se reseruat posteris.

Ad Mariam Virginem.

Diua celso prædita lumine:
Quæ cuncta nutu sidera temperas
Descende cœlo
Nube reiecta.
Adsis precanti: & castalium melos
Cum thure sacro suscipias rogo
Dum vota soluit
Carmine vates.
Suscepta cœlo diui parens nites:
Fœlixque ducis virgineos choros
Cui plaudit alto
Vertice olympus.

Ad Auitum de Innocentia Vatum.

Aeterna vatum pectora mollibus
Mulcentur auris. Nam cythara graui
Phœbus decorem Castalium instruit.
Vates verendo pectore nobilis
Vel fata pandit aut tripodes sacros
Grato ac perenni carmine concutit.
Non illum Auite plebis inertia
Aut insolentes heu animi mouent.
Sed ipse fœlix perpetuis bonis
Paret Camœnis: & placidam simul
Mentis quietem molliter occupat.
Virtuti amicus nil reliqua æstimat.
Hunc sæpe Pallas gorgonis immemor
Secernit inter prata virentia:
Et fronte sacra tempora vinciens
In alta passim sidera subleuat.
Qui mox receptus pieridum choris
Depromit audax Palladium melos:
Sic æstuanti liber ab ambitu
Liuoris atri despicit impetum:
Vulgique luxum: & desidiam procul
Tutus relinquit. Namque Heliconidum
Carmen beatis concipit auribus.
Quo fata rerum perpetuo vigent.

Ad Faustum de Carolo Rege Francorũ cum ad vrbem tenderet cum exercitu.

Vid occupatum litteris vrges tuis:
Frustraque totiens flagitas.
Vt impotentis Galliæ fastum grauẽ:
Regemque dicam Carolum!
Satis superque Fauste dedimus lachrymis:
Clademque nostram luximus.
Et ecce rursus additur malis scelus
Fouemus ipsi Galliam.
Ac studio inerti opes & omnem militem
Iungimus ad hostilem manum.
Irrepsit altum virus animis Italum:
Ac peruagatur latius.
Vides nefandis vt trahuntur odiis
Plærique Thuscorum duces.
Et dum vicissim fluctuantes dimicant
Bacchantur in cædem suam.
Sed interim Carolus ad vrbis mœnia
Cum copiis victor agitur:
Audaxque monstrat militi Romam suo:
Et comminatur patribus.
Intorquet hastam miles in flumen sacrum:
Patremque Tybrim despicit.
O prisca virtus: o senatus Romuli
An hæc videtis Cæsares!
Vidi mouentem martios fasces Iouem:
Et annuentem barbaris.
Quantũ hinc malorum: quantũ adest incendii
Quantum cruoris effluet!
Pœnam rependet innocens Neapolis
Virtutis immemor suæ.
Et occidet Aragoniæ clarum decus:
Sic Mars cruentus imperat.
Qui nunc feroces Galliæ turmas fouet
Ridens inertes Italos.
Graue est videre Fauste: quæ fata imperant.
Veh tibi Caue Neapolis.

De Morando Ethrusco Luctore cũ Gallo.

Vocatus a Gallo Morandus ad luctam
Primum modeste congredi recusauit.
Sed postq̃ inertem hunc nominat furẽs Gallus
Illic resumens pristinum ferox robur
Ethrusca virtus constitit gradu firmo:
Simul renudat horrida atque setosa
Membra valentia latera atque compacta:
Et pondus ingens grandium lacertorum:
Firmumque robur: & acre pectoris vasti.
Mox in palæstram prodeunt minabundi.

Sed vbi vicissim nexibus cathenatis
Accensa virtus excitauit ad palmam.
Subin Morandus comprimit reluctantem:
Vastaq; mole pectoris superstantis
Recuruat: ille inflexa colla contorquens
Et victa brachia implicans, iners robur
Luctante nexu dum nouare contendit
Victor Morandus vrget ac statim Gallus
Late per antrum sternitur supinatus.

De suo amore in Glyceren ex Poeta Anacronte.

Dum sacrum Paphiæ deæ
Sertis cum roseis paro
Et inter violas simul
Nectuntur candida lilia.
Raptim cum tremula face
Atrox idaliæ puer.
In me sæuius insilit:
Et in præcordia veh mihi
Illapsus fremit & procax
Me flammis agitat suis:
Quo semper Glyceren bonam
Vesanis ignibus ardeam.

Nænia de obitu Poetæ Marulli Bizantii.

Ai in perisse maximum vatem meum!
Num vera Philon nuncias!
Quid audio qs ausus ind ignũ scelus
Nobis Marulle te abstulit!
O ludicram spem vitæ: & o dementiam
Mortalis impotentiæ.
Vt falsi inani detinemur gaudio:
Vanasq; iactamus preces.
Sed o deorum imperium: & o necessitas
Quæ ludis humanum genus:
Celsi tonantis insidens capite altius:
Superba vinclis æneis
Quæ cuncta nectis: & potenti dextera
Nostrum repellis ambitum:
En ipse cum meis repulsus victimis
Falso Marulle dixeram:
Viues beatos atq; candidos dies:
Viues fauente Cynthio.
Sed o sacrum pectus qui ille vndantibus
Te Cæcinæ lymphis dedit.
Quis ille nostris obstitit votis Deus.
Contraq; tot meas preces
Audax negauit te mihi superstitem!
O nullibi certam fidem:
An diua Nape filia potens Cæcinæ
Marulle te mihi abstulit
Numerosq; nobiles & entheum melos
Dicauit vndis gemmeis!
Sic tu Marulle deseris dulcem chelyn
Vatumq; carmen aureum!
Quis inter aptus gratias atq; veneres
Docte camœnas inseret!
Quis nunc deorũ laudem & omnigenũ decus
Cœlestis aulæ concinet!
Quis fronde sacra cinxerit crines suos:
Regemq; dicet maximum!
Sed frustra inerti lachrymamus nænia
Quod arripit fatum Potens.

De laude Fr. Gonzagæ Principis Illustrissimi Mantuani cum ad Tarum: contra Gallos dimicauit.

Quis beato Carmine tam potens:
Tantumq; clara nobilis indole:
Aut dote rara polleat ingeni
Vt hoc egregium decus
Cantare Italidum queat!
Qui nuper audax vindice dextera
Horrenda victor reppulit agmina
Gallorum: & idem reddidit Italis
Antiquum imperium atq; opes.
Salue o pręsidium & salus.
Tu solus author Barbaricam luem
Visendus acri ferreus agmine
Represti: & inter mille cadentium
Cædes horrificas virum
Virtutis retines decus.
Tu præpotentis gloria Mantuæ
Tarrum cruentas Cæde potentior
Ferrata sæuæ robora Galliæ
Perrumpens simul impetu
Obtruncas aciem hostium.
Non aliter atrox diruit in Gethas
Gradiuus olim: cum Clypeo graui
Oppressa thracum fortia pectora
Contriuit miseris modis
Sese constituens deum.
Sic tu receptis arduus Italis
Vindex nefandi vincula seruiti
Iniecta rumpis: nec pateris tuos
Fidentes male Barbaris
Seruire imperio truci.
Hinc promerenti populifer Padus
Illapsus vndis suaue virentibus
Gestit perennes reddere gratias:
Et gramen tenerum ferens
Acclinat capiti sacro.
Porgunt & Alpes candida brachia
Possint vt alto vertice clarius:
Summum tueri præsidium Ausonum
Quo stat militiæ gradus
Et firmum columen suis.
Lætare tanto Mantua principe:
Et dic quiescam sub Clypeo Iouis
Donec licebit cernere sospitem:
Qui signa & veteres opes
Deuictæ Italiæ refert.

Carmen Charisticon ad Eridanum Flu. pro recepta Salute cum in eum decidisset.

Hvc affer Hile victimas sacris lectas
Pariterq; thurea mũera et festas dapes
Par est dicatũ salubrib⁹ diẽ Nymphis
Sanctecq; colere maximũ Padi numen.
Eridane salue fluminum omniũ princeps:
Nam te decoris & fluentibus Nymphis
Velut parentem cæteri colunt amnes.
En cape dicatas rite victimas: vates
Quas pro recepta tibi salute persoluit.
Tu me cadentem mollibus tuis vlnis
Excepisti: & altis subleuas aquis mersum:
Madidaq; veste pressum in herbidis ripis
Ac præuirenti reddis in solo tutum.
Salue bicornis alme Eridane: quem Phœbus
Sub luce clara genuit inclytis vndis.
Tu cernis alto vertice Hesperi sedem:
Soluisq; lustras ditia Ausonum regna
Tot nobiles vrbes: tot arduos montes:
Et tot perennes amnium simul Nymphas
Decore grato & commodis tuis ornas.
Quid hic virentia nemora: & vagos saltus:
Fontesq; dicam: & prata florea & colles
Qui prominentes accolunt tuum numen
O quot perenni semine generas natos
Qui te parente nobiles magis surgunt:
Procul varias Italum vident gentes!
Quantum renidet lusitans pecus lætum
Cum passim amœnis peruagatur in ripis
Vt vesperi laboris optimi munus
Distenta portet vbera ad pĩũ quæstum.
Argento pisces colore fulgentes:
Per blandientis fluminis natant vndas.
Illic gregatim congruunt Scari molles.
Qui præpotentum dapsiles struunt cœnas.
Et ponderosi confluunt aquis Mulli
Lupusq; saltim ludit: & celer Mugil:
Qui hic minores piscium greges dicam
Et agminatim promicantibus squamis
Inter fluentes lubricum pecus riuos!
Vndosa Nais te accipit sinu blando
Varioq; cantu aura fauente permulcet
Torum Lyrea molliter tibi sternit:
Multoq; flore lubricum caput spargit:
Et inter herbas prænitentibus Nymphis
Iungit virentia suauiter tibi labra.
Tu iure medium lumen obtines cœli
Et inter astra fulgidum nites sidus.

Monodia De Fortuna & eius Viribus.

Fortuna pollens imperio graui
In quemq; summis prædita viribus
Ceu nimbus alto proditus a Ioue
Fastum potenti deiicit impetu:
Regumq; turres pro nihilo facit.
Ludit procaci sæuitia: vt lubet:
Humana miscens instabili ioco:
Et nunc probatos improbat impudens:
Extollit audax obsequio seui
Tardos: inertes: & fatuos simul.
Fortuna falso vertice prominens
Sublimis almo constitit æthere:

Et cuncta ponens sub pedibus sacris
Extrema primis percupide implicat:
Et prima rursus versat in vltima.
Non lege certa conuariat gradum:
Nullique seruat pollicitam fidem:
Sed vrget omnes dira necessitas:
Nodoque stringens irresolubili
Nectit cathenam fati adamantinam.
Hanc nullus vnq̃ dissoluit satis:
Torquentur omnes sub laqueo truci.
Magisque fortes fortius opprimit:
Qui se exstimarunt libera cernere
Deuincta sæuis pectora vinculis.

De Lacone saucio ex Græco.

Lacon relicta parmula
Cum se videret saucium
Cedentibus passim suis
Cruentus in bellum redit
Clypeoque adepto nobili
Inclamat ad suos statim
Adeste: quod decuritis?
Non sunt timenda vulnera
Præstat mori: q̃ cedere.

De Ludouico Sfortia principe Clariss: qui proditus est per Heluetios.

Olim vigebat Sfortia dum genus:
Et præpotenti milite nobilis
Princeps & astu: & consilio fuit.
Qui nunc Heluetium dolis:
Vinctus nefanda compede proh pudor
Ne quicq̃ inertes aduocat Insubres.
Vt impudenter perfidus Allobrox
Stringendum dedit hostibus.
An hæc sacratæ fœdera dexteræ.
Quid iura belli sancta refringitis?
O non ferendum flagitium insolens.
Quid culpam sceleri additis?
Non hoc decebat martia pectora
Sed tuta nusq̃ est heu miseris fides.
Fortuna certis nescia viribus
Tutari veterem gradum.
Cur tam procaci lubrica gaudio
Gestis potentum vota repellere
Et celsa diro concutis impetu
Ne virtus nimium sibi
Confidat: aut iactet proprium bonum
Siquando summis pollet honoribus:
Tu nunc cathenas Sfortia principum
Immortale decus teris.
Circunligarunt vndique barbara
Nodis reuinctum vincla tenacibus.
Ne possit vllo tempore liberum
Monstrare Italiæ caput.

Monodia de choro Sybaritico
Ex græco.

Hæc virtus cybaritica
Per molles choreas vago
Saltatu: & tremulis modis
Excercere iuuentam.
Gradiuus valeat furens
Non hic horrida tympana
Non vultu Cicones truci: aut
Sæuis Bistones armis.
Sed læti atq̃ hilares ioci:
Et molles veneres simul
Inter delitias fluant
Grato non sine luxu.
Sic poscit Veneris calor
Dum noster Genius viget
Et blanda s Charites refert:
Dulces iungite amores.
Carpamus celerem diem:
Dum vitæ breuitas monet
Et cantus teneri vocant:
Nil sub sole perennat.
Hic multum sapiet sibi
Qui magnos calices rapit
Vndantes veteri mero
Et se proluit auro.
Iam nunc o comites boni
Inter grandia pocula
Certemus Venerem sequi et
Dulces promere fructus.

Ad Ber. Carapham de malis atq̃
Calamitate Neapolis.

Mittantur veteres tot querimoniæ
Carapha: & lachrymis pone modũ tu (is.
indulsti patriæ: dũ licuit satis.
Sed frustra superos vocas.
Nam fatis trahimur: fata Neapolim
Vexari miseris cladibus imperant.
Et duro pariter seruitio premi.
Donec non alium queat
Regem Parthenope cernere maximũ
Qui clarũ propriis nomẽ honoribꝰ
Sublimis liquidũ tollat in æthera
Et firmum reparet decus.
Id quando acciderit: non satis audeo
Effari: siquidem non Clarius mihi
Per sacros tripodes certa refert deus:
Nec seruat penitus fidem.
Quod si quid liceat credere adhuc tamẽ
Nam læuum tonuit: non fuerit procul
Quærendus celeri qui properet gradu
Et Gallum reprimat ferox.

Monodia de laude Horatii Flacci
Poetæ.

Flacce qui cantu nimium beato
Surgis: & molles teneris labellis
Dulce pfundis numeros: & apte
Carmina nectis:
Trade nunc primum Cytharam petenti
Quã tibi vates merito sacrauit
Filius summi louis: & soluto
Crine decorus.
Nãq̃ tu doctis Charitas camœnis
Iungis: & flauos peramica crines
Colla delapsos Glycetes in alta
Sidera tollis.
Siue tu Martis clypeum potentis
Versibus sæuos referẽs Sicãbros
Dicis: & claras acies Gelonũ &
Cæsaris arma.
Siue Cyrreos nemorosa saltus
Ruraplustras: tenuesq̃ lymphas
Tiburis captas: simul & viretantis
Gramina campi.
Liber exultas modulante plectro
Daulias qualis viridi sub antro
Conspicit Phœbũ teneroq̃ mulcet
Aethera cantu.
Siue crateras veteri Lyæo
Impari sumis numero: & puellas
Inter & poscis iuuenes proteruo
Ludere risu:
Siue tu maius Satyros procaces
Furta cum lætis agitare Nymphis
Dum Venus dulci superante ludo
Spirat amores.
Blanda felicem leuat aura vatem
Siue perlustrat Phaethõta magnũ
Siue depressum volitat per orbem
Præpete lapsu.
Nũc louis claros memoras triũphos
Et vagum Maia genitum per astra
Rite labentem statuis decorum
Laude perenni.
Sic per immensi caua templa cœli
Vectus audaci recreas Thalia
Cuncta: & insanos veneris calores
Carmine mulces.

Ad seipsum de perfidia Neæræ.

Crinite tãdẽ cũ tuo malo prudẽs
Satis: superq̃ te Neæra decepit
Amata nobis: vt nihil magis pos (set.
Sed pone demũ: pone tot malis finẽ:
Et quod periuit: perditum quidem ducas.
Sic ipsa forsan mihi Neæra: quæ tantum
Insedit olim protinus relabetur.
Ergo valebis o Neæra: non digna
Tam certo amore: tamq̃ nobili cura:
Puella perfida: insolens: & ingrata.
Vale: vale inq̃: & alterum vt lubet sume.
Tu perfer: obdura: obstinatam habe mẽtẽ:
Resiste prorsus: & animi tui robur
Cõfirma: vt æquũ & alma postulat virtꝰ:
Non cernis vt complura te cohortantur:
Et indies magis: magisq̃ te cogunt
Vt æquitatem: & optimos colas mores:
Quo iure possis approbare te cunctis?

Finis Libri Primi.

PETRI CRINITI POEMATVM LIBER SECVNDVS.

Ad Ferrandum Aragonium Neapolis & Sciliæ Regem Inuictiss.

DRinceps chorusca lampade clarior:
Quē ꝓpotētes Hespię duces
Et purpurati Romulidū patres
Ad iura imperii vocant.
Hinc rite supplex te Calaber petit:
Et vota lectis concipit hostiis
Sacras ad aras: vt sibi te dei
Seruare incolumem velint.
Hinc te supremus visere pontifex
Omnisq; late Lydia: & appulus
Et destitutæ regna Neapolis
Vnum te reuocant sibi.
Quid differēdo protrahis? & moras
Innectis vltra? quin age dū essedū
Inscende felix: nec pudeat semel
Diuorum imperium sequi.
Sunt plura: quæ te ꝓpetuo monent:
Ne derelictā Parthenopen velis.
Quę te regēte: & sospite nō timet
Prælongas Venetum manus.
Nam tot procellis: tam variis malis
Vexata tādem ceu sibi redditum
Cœlo parētem: & præsidium deis
Grates innumeras agit.
Nil differēdum: quod superis placet
Non frustra inertes concilio Iouis
Arcētur: & primū adfore tempori
Virtutis precium fuit.
Absolue tandem: nāq; per Ausones
Et per vagantis gramina Lyridis
Late parebit certum iter: & tuis
Iam cœptis Latium fauet.
Vulturnus vndis lene fluentibus
Tollit decorum cæruleus caput:
Et longa supplex brachia porrigit
Antiquum repetens decus.
Olim tuetur te superum pater:
Sacrosq; crines casside martia
Fecit vetendos: & triplici simul
Armauit clypeo latus.
Pridem cathenis subdita ferreis
Fortuna votis obsequitur tuis.
Idemq; certis sidera motibus
Portendunt penitus tibi.
Virtute tantum conficies tua
Quātum nec alter milite maximo
Perfecit vnq̄: te populi optimæ
Custodem fidei colunt.
Tu signa Mauris rapta minantibus
Ferrande regum Victor Hibericas
Refers ad vndas: hinc meritis adest
Immortale decus tuis.
Per te nefandæ frena libidini
Iniecta quondam sacrilegū genus
Bethis resumptis legibus impiam
Euasit veterem luem.
Et vera sensim numina Cælitum
Iam rite discens constituit pari
Nexu reuinci iustitiam & fidem:
Constantiq; animo tenet.
Te vidit atrox fulmina Cantaber
Torquentē: & ictu mœnia barbaræ
Confracta gentis: nā tibi pro sactis
Pugnanti superi fauent.
Per te resurgit gens Aragonia:
Tu solus aucta per numeros suos
Virtute princeps in superas plagas
Ascensum facilem paras.
Vnus superstas maxime principum
Vindex futurus: numine qui tuo
Christi cadentem militiam regas:
Et pacem Italiæ feras.
Maiora virtus auspiciis tuis
Molitur o rex inclyte: nam tibi
Nil denegatum: sic pietas meret
Et ratum fidei decus.
Tu perge felix: quo superi vocant:
Ferrande: & olim rapta fauentibus
Tot signa fatis dent animos tibi
Firmandi patrios deos.

Ad Marullum Bizantium de Imagine & portento Auaritiæ.

NVper Fesuleis (vt soleo) iugis
Mentem Lesbiaco carmine mollitet
Solari libuit: mox teneram chelym
Mirto sub viridi deposui: & gradum
Placuit ad vrbem flectere.
Qua noster Medices Pieridum parens
Marulle hospitium dulce tibi exhibet:
Ac te perpetuis munetibus fouens:
Phœbum non patitur tela resumere.
Laurens Camœnarum decus.
Dumq; amnem meditor visere patrium
Qui Floram tenui proluit ambitu:
Ecce horrenda oculis heu facies meis
Raptim fumifico desiliens specu
Immane monstrum constitit.
Cui sunt & manus & pectus ahenea
Et ditis colubris implicitum caput
Frons humana tamen lurida buxeo
Pallore: & maculis squallida liuidis
Monstrabat insitam famem.
Tunc primum pauido dirigui metu:
Et mens attonitis torpida sensibus.
Vnde hæc obstupuit tanta lues foret:
Quæ sic tabificis noxia sordibus
Vrbes & agros inficit.
Sed mox cum licuit cernere clarius:
Et dirum video prodigii scelus.
Agnoui cupidis implicitum viris
Monstrum: qui misera solliciti fame
Nil præter aurum cogitant.

De Laude Consalui Ferrandi in victoria Lyriana contra Gallos.

QVis reposti pocula Liberi
Depromit: aut qs nūc mihi victimas
Cum Thure sacro rite puer parat:
Insignem vt referam diem.
Quo dux vigenti milite maximus
Lyrim refuso sanguine Galliæ
Vidit tumentem: gesaq; supplici
Porrecta in medium manu.
Heu quanta passim funera nobilem
Lucem sacrarunt: qua tibi maxima
Ferrande laus: & perpetuum decus
Partum est auspiciis tuis.
Tu macte princeps consilio graui
Frenum receptis viribus iniicis:
Gallosq; & astu: & viribus occupans
Hostilem superas manum.
Victor vt vrges: Testis adest cruor:
Testisq; & omnis Gallia: dum tuum
Mirata forti pectore militem
Hispanum subiit iugum.
Quantus triumphus: quæ statuæ tibi
Debentur: o si nunc meritas queam
Cantare laudes principis: & pares
Aptare ad numeros chelym.
Sic est: volenti nihil homini arduum.
Quem summa virtus extulit: inuium
Nullum relictum est ingeniis iter:
Quis cœlum petere est datum.
Ferrandus armis: & sapientia
Præclarus: vt qui Marte potens acri
Deiecit arces funditus: & sibi
Aeternum statuit decus.
Non ante quisq; tam celeri gradu
Oppressit hostem victor: & impiger
Munita certis oppida viribus
Astu perdomuit suo.

Ad Phosphorum contra insolentiam Principum.

QVicunq; in astra tendit: & sequi velit
Virgam decoris aurei:
Declinet aulā & æstuantes purpuras:
Frontem tyranni despuat.
Quid tam scelestū: quin sibi arroget impudēs
Libido neq̄ principum?
Non sentis impotentis vt fastus animi
In quenq; sæuit optimum.
Extollit audax perditam vecordiam:
Fouetq; primum noxios.
At obsoleto mœret indignum nefas
Vbiq; virtus pallio:
Et in remoto delitescens angulo
Modesta secum mussitat:
O Ludicram spem vitæ: & o dementiam
Mortalis impudentiæ.
Vixi tot annos alea infelix graui.
Nec datur adhuc quies malis.

Quid contra inermem comminaris actius
Inanis est victoria.
Gradum tuebar hactenus pro viribus
Non immemor natalium.
Satis superq; constat exemplis meis
Quantum tibi nunc arroges.
Sic acta fatis virtus aduersantibus
Animo resistit arduo:
Et obstinata mente defendit gradum:
Nescitq; victa cedere.
Ego interim Phosphore quietus vixero:
Miserq; dicar: non reus.

Ad Angelum Cyprium q̃ in lyricis canendis præstet.

Vm sacris vigilas Palladis: & tuam
Illustrem repetis chelim.
Inter pieridum choros
Quis te nobilius canit?
Nil miramur enim si veteres cyprus
Ignes: ac teneras simul
Per te nequitias refert.
Cui se tota venus dedit.
Amissum reuocas castalium decus:
Nec te carmine lesbio
Sabina exuperat fides,
Seu cantas tenerum melos:
Seu te detineat nænia funebris.
Mirum est. q̃ facilis fluat
Inter delitias lepor:
Et sint ad genium omnia.
Seu tu floriferam concelebras Paphum:
In qua sæpe hedera sacros
Dum ludit pedibus Dryas:
Crines præuiridi ligat.
Tu reddis Venetis percalidum bonæ
Suaui ceston amaraco.
Quo tactus superum pater
Formas omigenas subit.

Ad Ber. Carapham Neapolitanum.

Me beatum: qui æstuantis æquoris
Tantos peregi turbines:
Qui dissidentibus tot austris cimbulã
Non penitus infregi meam.
Non Scylla: non Charibdis hactenus minax
Me mouit vsq̃ de gradu:
Sed ipsa vitæ ratio & antiquum decus
Mentem excitauit acrius:
Defleuit olim: meq; præreptum sibi
Testata syren questubus:
Sic ipse tandem mille post curas graues:
Ac tot peracta incommoda
Te præmonente Palladis munus sacrum
Summis capessam viribus.
Tu me Carapha suscipis molli sinu:
Doctisq; mulces cantibus.
Debemus ergo muneri pares tuo
Laudes & æque gratias.

De virtute Io. Andreæ Lamponiani Tyrannicidæ.

Arabat olim sacra Bruti manibus
Antiqua virtus Italum:
Ac forte lectam dum rependit hostiã
Marti dicatam vindici:
Frontem retorsit illico ad acres insubres
Mirata fortem dexteram:
Quid (inquit) hoc tandem video? quo euocor?
Valete Brutorum sacra.
Hic noster est alumnus. o certum decus
Vindex nefandi criminis.
Qui tam cruento acinace ferox indicat
Sparsum tyranni sanguinem.
Vt spirat audax in tyrannicum scelus?
Vere est alumnus hic meus.
Aliæ hostiæ: nouæ parentur victimæ:
Quis alta surgat indoles.
Qz siquis improbos tyrannos eiicit
Aut odit insolentiam:
Litare debet mecum: & hanc lucem sacram
Seruare centum victimis.

Ad Phosphorum de fugiendis malis: quæ in amore sunt.

Amoris æstus atq; amantum insaniam
Siquis sequatur Phosphore:
Idemq; dicat esse multo gratius
Amore captum viuere.

O q̃ nefasto ludibundus poculo
Sensim venenum concipit?
Quietis expers anxiam mentem gerit:
Et ardet ambitu leui.
Nunc plenus aura vota despectat sua:
Falsoq; trahitur gaudio:
Nunc insolens contemnit infames notas:
Aut pallet ignauo metu:
Vel impudenti contumax audacia
In omne proruit scelus.
Non feruet æque sub sicanis montibus
Vasto receptus in specu.
Gigas nigrantes horridus flammas vomens:
Qz amantis æstuat animus:
Et huc: & illuc peste succensus graui
Inclamat heu diras faces.
Vt ardeo infelix: vt in præcordia
Desæuit hoc incendium.
Ergo nefandis liberum caput malis
Nobis tuendum Phosphore.

Ad Thomam Fuscum de malis & incommodis suæ ætatis.

Vm mecum repeto: q̃ fuerit grauis
Fortuna Italidum: & q̃ varius cruor
Infecit miseris cædibus Ausones:
Heu mens: atq; animi cadunt.
Exactum video Fusce decennium:
Quo Martis fragor: & dissidium potens
Vexauit latium: sic studium mali
Excreuit magis in dies.
At nos Pieridum (quos retinet decus:
Et mollis tenerum carmen inertię)
Nil vltra faciles credimus affore:
Inceptis grauibus deos.
Nam cui tam rigidum est pectoris æneí
Robur, qui in pauidis sensibus excidat
Dum tantam videat diluuiem: & truces
Instare Italiæ duces?
Atrox sanguineam substulit ægida
Bellona: & celeri vecta pectorrito
Instruxit Morinum in prælia militem
Prædiris agitans minis.
Heu heu iam strepitus classica Barbari:
Et iuncta horrisonis tympana cornibus
Ad cædem variam sæuius intonant.
O quantus cruor effluet?
Quantum mars Getico sæuiet impetu
Inter mille neces: nanq; valentibus
Pugnabunt acies vndiq; dexteris
Nec sortem referent gradum.
Implebunt latium sanguine Martio
Reges Hesperii: sic libitum Ioui:
Qui diram imperio non reuocabili
Fatorum seriem trahit.

Ad Marullum Bizantium de improba mordacitate Zoyli tardipedis.

Adhuc Marulle tardipes meus viget:
Nec ponit improbas minas.
Liuescit vsq; quaq; & impudenti?
In quenq; sæuit æstuans.
Superbienti tumidus insolentia
Despectat humanum genus:
Omnesq; liuidis inurens morsibus
Vbiq; virus proiicit.
Non parcit vllis: & vocari Zoylum
Lætatur infandum scelus.
Et qd minus ferendum: vt oli dixeras
Ceu trimulus puer sapit.
Idem reto rtô cture tardipes me?
Turpiq; facie fœdior:
Satis nefandi pectoris luxum grauem:
Et impiam mentem probat.
Hæc pestis est Marulle nostri sæculi
Nõ illa: quem procul fugis.
Licet relinquas patrios demum lares:
Aut Galliam tuam petas:
Seu te per vndas Rindac9 videt suas
Vbiq; te tamen occupat.

Ad Paulum Candidum de mutua beniuolentia.

Ondum Pieridum rite canens melos
Aptabam finibus barbitona uream:
Cũ tu Paule tuis blãdiloquens modis
Doctam sollicitas chelim.
Nec fers me nimia segnitie vagum
Culpam nequitiæ iungere desidi:
Quin vltra reuocãs ingeniũ porẽs
Admota extimulas face.
Ergo lesbiacis ad cytharam modis
Concordem referam nunc genium tibi:
Iunctamq; vnanimis pectoribus fidem
Quam nulla imminuet dies.

Non fors asperior rebus in arduis:
Non liuētis iners inuidię fames
E certo poterit vellere eā gradu.
Sed firmam statuet magis.
Felix ille nimis: nec superis minor:
Cui tm̄ liceat carpere commodi
Aeternūq; bonū: nā qd adhuc dat
Sperari melius fide?
Non hęc iura animi fallere cogitat
Nec vult officiis cedere maximis
Sed certū columē ptinꝰ astruens
Nil non perficiet libens.
Sic nos dū liceat rite fidem sequi:
Cōdignasq; refert certꝰ amor vices
Tam sacra ingenii fœdera candidi
Seruemus facili deo.

Ad.P.Misenatem Patricium Venetum.

SAlue o præsidiū meum perenne
Misenas Veneti decus senatus:
Cui dulcis tenero lepore syren
Frequens mollibus insidet labellis:
Quid agūt veteres mei sodales
Facunda aoniæ cohors Mineruæ?
Aldꝰ: Phosphorꝰ: & comis Nouatꝰ.
Quid Bembus lepido disertus ore?
An rem nunc Venetam pbꝰ gerendo
Præclari superat gradum parentis.
An blandas charites in antra ducit?
Et dulces pariter mouet Camœnas.
Quid Fuscꝰ? Placidusq; Dōnulusq;
An illos agitat ferus Cupido?
Et dum per teneros subinde sensus
Proserpit tacitæ libido flammæ
Mendaci nimium trahuntur aura?
Rescribas mihi num bene ac beate
Cum suis valeant satis puellis
Ego autem vt potero hinc pedem mouebo:
Omnes vt pariter meos reuisam
Qui passim Venetis fouentur vndis.
Iam libet facilem parare dextram
Qua certam penitus fidem rependam:
Et per suauia mille: mutuosq;
Complexus valeam vicem referre.

Nęnia de obitu Io. Pici Mirādulę Viri claris.

QVm finem assiduis ponere lachrymis
Sperabam: & miseris reddere sensibꝰ
Tandē præsidiū: ecce heu aliud nouis
Crescit funeribus malum.
Nondum præteritæ vulnus inaruit
Fortunæ: en iterum Nænia lugubres
Deposcit numeros: nec spacium datur
Solandi miseru m caput.
Expectanda dies scilicet omnibus.
Qua filum digitis inuida ferreis
Perscindat Lachesis: nanq; perenniter
Humano generi dolos
Molitur: neq; vitam meritis refert?
Sic est: cum tremuli sese oculi exerunt
Primæuanq; auidi percipiunt diem:
Tum sane incipimus mori
Et quid tantopere: aut tam cupimus diu
Quin vltro pudeat: quod semel assequi
Permissum fuerit: non minimū facit
Qui fatum sequitur volens.
Hic se rabifico liberat ambitu
Viuendi: & facili pectore in vltimum
Seruat se interitum: nata enim omnia
Naturæ imperio cadunt.
Sic tu Palladiæ dum sapientiæ
O Pice inuigilas: & pariter cupis
Intento nimium pectore consequi
Virtutis precium bonæ:
Florentem viridi deseris indolem
Aetate: & superos ante diem petis:
At me tristities: & lachrymæ graues
Post hac perpetuo manent.

Iambicum Car. contra Viperam

VBi est perustæ frontis impudēs scelus?
Vbi retorrido colore vipera?
An sic ĩertem cōcipit tandem fugam:
Pariterq; vanis comminatur sibilis.
Sed siste: quid si ustra paras resurgere?
Et implicatis nexibus resistitas?
Consiste tandem: an audis æneum sonum?
Notasq; sacras carminum valentium?
Simulq; falces æneas cum virtulis
Passim reuinctas viperinis nexibus:
Iam nūc misella deuomas pestem grauem?
Virusq; mentis improbæ terrerrimum.

Quo me tot annos morsibus veneficis
Credis notatum: sed age penitus euome:
Euome nefandam tabem inertis pectoris.
Sed euomit tandem: bene est: o quæ lues?
Proh summe Iuppiter: quid hoc cerno amplius?
Quantum veneni funditat terrum scelus?

Ad Chelim suam.

SAlue dulcis amor chelis
Quæ reddis tenerum melos:
Et quæ flectis ad oscula
Ceruicem Glyceres bonam
Vt spiras veneres & charites simul.
Te Cyllenius aliger
In terfulgida sidera
Visendam merito tulit
Quo rite ad numerum velis
Nobis summe patens mitior affore.

De choro Laconico per Pueros iuuenes: & senes ex Græco.

Pueri.

VIuemꝰ pueri: sed nūc puerilibus annis
Lasciuis iuuat: teneroq; admittes lusꝰ
Dū vacat: & molles agitare hos possu
Mox veniet tp̄s: nobis cū crescere vires (mꝰ artꝰ
Incipient: longeq; graui torquere lacerto
Spicula: & audaci fortes confligere bello.
Ergo agite: o pueri melius sperare licebit
Si modo adoptatam dabitur creuisse iuuētam.

Iuuenes.

Viuimus o Iuuenes iuuat his florētibus annis
Viuere: & in cunctis animos pbete vigentes:
Nunc licet egregios vitæ decerpere fructus:
Et pariter claris virtutem extendere gestis.
Mox dabitur tempus: cū iam languescere vires
Incipiēt tremulisq; cadent mēbra omnia nerui
Ergo agite o iuuenes pręsentia carpite vitæ
Munera: & ætatem penitus seruate virilem.

Senes

Viximus insignes olim: dum tempora robur
Auxerunt: simul atq; animi viguere potentes
Nūc senio affecti vix languida mēbra mouemꝰ
Nec licet infirmos quicq̄ sperare per annos
Non pcula miseris senibꝰ mors imminet ātra:
Hæc etenim cunctos æquatis viribus vrget.
Ergo agite interea funestas pellite curas:
Et senium aprica foueamus molliter aura.

Ad Ianū Sotherinum de fugienda desidia

OIane Aonium qui retines decus:
Et virtute animi atq; egregia indole
Præstas: & propriis surgere honoribus
Condignum re putas tibi.
Hoc te præcipue commonitum velim
Vt turpem caueas desidiam: & procul
Molles illecebras: & varios dolos
Ceu ditum fugias nefas.
Nil mortale genus tam grauiter premit
Nec tantum miseris vrbibus obfuit
Quantum degeneris torpor inertiæ
Ac luxus nimium fluens.
Rex olim Assyrius dum muliebriter
Seruit flagitiis languidus improbis:
Imbellemq; colum: & stamina protrahit
Extinxit patriæ genus.
Inuictum Hannibalis robur: & arduo
Virtus imperio dum valuit ferox
Per cædes varias perculit Italos:
Et sæuum imposuit iugum:
Romanasq; aquilas marte potens fero
Fecit purpureas sanguine consulum.
Sed mox degeneri mollis inertia
Fortem deseruit gradum.
Vt qui fœmineis captus amoribus
Inter blanditias & veneris iocos
Sero congemuit cum gemitu graui:
Probrosam reputans fugam.
Nam quid Romulidum præcipuas loquar
Vires? & decus? & militiam grauem?
Nil præter nimium desidiæ scelus
In præceps penitus dedit.
Tum primum pauidi pernicies mali
Tam ditum ac vehemens progenuit nefas.
Quo nomen Latium: pilaq; Cæsarum
Duxerunt miserum situm:
Sic virtus Italum protinus occidit
Armatusq; sua cum trabea deus
Amisit fidei præmia bellicæ
Romanum fugiens solum.
Tu Ianę interea dum teneris viget
Annis ingenium: & firmus adest calor
Erectum teneas in superos gradum: &
Virtutem sequere vt facis.
Sic me Pieriis rite sacrum choris

Vatem constitues: & patriter tuum
Præclari genium pectoris arduis
Aeternum statues bonis.
Et iam leua monent omnia: nobilem
Exortum e patrio semine palmitem
Cuius fronde noua: & frugibus aureis
Exornet sobolem decor.

De Lacone in bello occiso ex Græco.

Raiectus hasta pectus infensa Lacon
Cruentus in bellum ruit
Ac dum inter arma & hostiũ ferũ neces
Tandem peremptus concidit.
Hunc postq̃ amici collocant mœsti rogo:
Augentq; funus lachrymis:
Miratus hanc inertiam parens (ait)
Abite non prorsus viri:
Abite procul: o patriæ quondam genus:
Olim lacones viximus.
Quid vos inertes impios luctus datis?
Hic natus est meus & Lacon.

Contra viperam Veneficam Anum.

Vando licebit viperæ diram luem:
Et implicatum thessalis malis scelus
Videre tandem secibus Proserpinæ
Fœdum cadauer inuehi: o lætum diem:
Quantis vbiq; te colemus victimis.
Nam vieta: passa: rancida & silicernium est.
Proh quanta feruet in senili pectore
Tabes malorum: quantus æstuat furor?
Seu cum potenti sæuiens incendio
Perurit atro deliburta sanguine
Fœdatq; turpi cuncta contactu nocens.
Vidi ipse: vidi: cum tumente gutture
Inflata carmen mussitares Colchicum:
Sectos & vngues implicates crinibus:
Et hæc in æneum refertes cantharum.
Ter inspuens: ter ca reas imagines
Deflexti ad ortum subrubentis Cinthyæ.
Quid illa referam? quæ negare non potes:
Cum dissipas reconditum puluisculum:
Sacrumq; retro conuolutas turbinem:
O q̃ calescit viperæ dirus cruor.
Credo hanc parentẽ vnã esse latuarũ omniũ
Lamiamq; maximam faces cũ surpuit
Sic turbat atrox luridas sedes stygis
Ac torua torquet tartarum vultu truci.

De fugiendis ingratis.

Ngratus est vitandus vt dirum scel?
Nil cogitari pestilentius potest:
Nec esse portentosius quicq̃ puto.
Ingratus aut malefacit: aut male cogitat:
Sibiq; tantum parcit: aliis detrahit:
Et odit omnes: qui bonis benefaciunt.
Ingratus est audacior: quo nequior:
Et impudens: ad omnia scelera trahitur:
Audaxq; cuncta semper in peius mouet.
Ingratus est seminarium scelerum omnium:
Hinc est auara mens: & animus perditus:
Hinc fastus impotens: & ambitus grauis.
Ingratus hoc vnum benefacit: cum perit.
Nam tellus ipsa fœdius nihil creat
Portẽtum id omnium est habendũ maximũ.

Ad Phosphorum de ponenda mœstitia & Curis.

Quid te tã crucias Phosphore? nõ pro
istã mœsticiẽ: nec lachrias graues (bat
Olim cum Cythara Cynthius aurea.
Cernis: q̃ teneris cõstat amoribus:
Et blanda recolit delitias Venus:
Seu poscit choream: seu repetit metum.
Quodli te petulans Lyrida despicit:
Nec flammas veteres sentit adhuc procax
Firmataq; diui dissoluit fidem:
Nil est quod metuas: sic Veneri placet.
Assume Aonium Phosphore barbiton:
Dilectamq; chelym carmine lesbio
Reddas pieriis percelebrem choris.
Irrepit senium vetaci o gradu:
Aetatemq; bonam protinus occupans
Morbis assiduis deterit indies.
Olim te volucris commonuit decor:
Et dulcis Glycetes improbitas bonæ
Quantum conueniat Ludere: dum vacat:

Ad Marullum Bizantium: q; relictis musis a Nauia detinetur.

Ridem relicta Pallade
Amoris hausi poculum:
Et me Cytheres militem
Delegit in castris suis.
Marulle quid frustra mones?
Vt sacra Phœbi prosequar?
Et me Camœnis asseram.

Libet vocanti cypridi
Parere: dum calor viget:
Et in virenti gramine
Inter iocos & gratias
Aura fauente ludere:
Nunc in reductis vallibus
Duros amores insequi.
Tu carmen altum principis
Vates beato pectore
Absolue dum Phœbus monet:
Tu dedicatus Cynthio
Docto Marulle carmine
Tradas perennem posteris
Famam potentis ingenii.
Mi sat calores mutuos
Firmamq; sacri pectoris
Fidem probare Nauiæ.

Ad Ianum Parthenopeũ: vt musis incumbat.

Anta dulcifluum Pieridum melos
Respondet nemoris candida delii
Per frondes musa melius tibi leues
Canta nunc igitur precor.
Aetas admonet: heu q̃ celeres cito
Anni diffugiunt: atq; dies boni:
Noui: noui hominum morẽ & iertię
Q̃z sit dulce malum omnibus.
Felix Iane nimis: vaticinor modo:
Felix crede canes: si modo cœperis:
Accedet potior namq; tuis dies
Donis egregiæ indolis.
Sic noster senium Cynthius exuet:
Ac doctæ referent præmia virgines:
Cum tu Mœonio carmine nobilis
Tanges vndiq; sidera

De Natali musarum.

Auete linguis posteri:
Non ante dictum vatibus
Cantare carmen molior.
Sacris receptus delubris
Apollo nunc spirat deus:
Procul prophanos pellite
Arcana dum fiunt sacra:
Adeste vati cælites:
Debetur hic musis honor
Quem festa rettulit dies:
Pro quo tot annos pallui
Lux hæc decora claruit
Dicata priscis vatibus
Qua molliter gratum melos
Aeterna protulit chelys.
Lucina ridens adfuit:
Et crine Phœbus aureo
Vocauit ad certos modos
Selecta cœli numina:
Tum læta substitit Cypris:
Et candido vultu Charis
Induxit almis cantibus
Vt vos sacraret ætheri.
Sed & deorum maximus
Et optimus rerum pater:
Vos fouit vlnis mollibus
Interq; mille suauia
Læni decenter spiritu
Deduxit ad sacrum nemus:
In quo volantis pegasi
Liquor perennis effluens
Nitescit vndis gemmeis.
Hic collocatas primitus
Dulci repleuit nectare:
In altaq; iussit sidera
Secum volare protinus
Vnde entheum fluxit melos
Et grata Syren aurea
Refecit orbem Nænia.
Vobis Camœne viximus:
Vobis perennes gratias:
Sacrumq; carmen reddimus:
Seruate dum licet precor
Deuota vobis pectora
Seu grata Delos detinet
Seu Cynthius pulcher vocat.

De potestate amoris.

Vm tenet dulcẽ Venus alma Cypriũ:
Et puer curas mouet æstuantes:
Dum subis blandos Erato calores
Dic age carmen.
Dic vt in sũmis viget ignis astris
Et per obliqui variata limbi
Signa decurrens fouet alma totũ
Rite voluptas.

Manat ex alto vagus ardor igne:
Atq; diuina calefactus aura
Transmeat coelum volitans & vrit
Aequora lapsu.
Legibus certis superos reuincit
Colligans motu celer inquieto
Ima cum summis: & amica reddit
Aethera terris.
Mollit hircanæ fera corda Tygris
Mollit & toruæ rabiem leænæ
Hinc Libissini pariter colubri
Sibila ponunt.
Flectitur tauri furor iniugati:
Feruidus duris agitans rubetis:
Sentit hunc ignem quoq; sæuientis
Impetus apri.
Ponit & miles Morynus rigorem
In tuis pugnans Ericina castris:
Et calent scythę genus efferatum ad
Cypridis ignes.
Arma deponunt Cycones feroces:
Horridam thraces aciem relinquũt:
Vt tua possint agere in palęstra
Diue Cupido.
Aequor vndosum calet igne sacro:
Lusitant pisces per aquosa furta:
Perq; Neptunum iaciunt gelatum
Pectore flammas.
Astra diffusos referunt nitores.
Cum Venus blando reserare risu
Solis excelsi iubar alma poscit
Nube reiecta.
Blandiꝰ spirant Zephyri calentes
Dumq; te sollers Orythya quærit
Frigidus pennis Boreas niuosis
Suscipit ignem.
Immemor belli galeam recusat
Baltheo sacræ Veneris recinctꝰ
Diua te poscens: & amica libat
Oscula Mauors.
Quicquid in terris generatur vllis
Diua rideri creat alma vultu
Et fouet gratos Cytherea foetus
Lampade sacra.
Germinat tellus: saliunt fluenta
Frondibus lætis siluæ virescunt:
Proferunt pictos variata flores
Rura nemusq;.
Si quid aspectu celebratur almo:
Si quid & gratum retinet decorẽ:
Illud in primis tibi diua paret
Non sine risu:

Ad Nouatũm de instruendis Adolescentibus in re militari

Carum Nouate consulis
Veris nepotum laudibus
Qui dũ senescis molliter:
Et otio indulges tuo
Præstare credas liberis
Si disciplinas calleant
Quibus tot annos excubas
Sed hoc inepte perficis
Deceptus exemplo tuo.
Imbellis est ætas senum
Nec apta rebus arduis:
Sinas iuuentam strenuæ
Seruare virtutis gradum:
Et inter arma nobilem
Et galeam & enses martios
Tractare dum vires valent.
Ethrusca qualis indoles
Ferox potenti dextera
Lares tuetur patrios
Sic ille pugnat acrius
Nec horret hostiles minas
Qui ætate sub prima potens
In arma miles prosilit.
Interq; tela feruidus
Florem iuuentæ deterit.
Sic alta surgit indoles:
Virtus perusta solibus
Inter cruenta vulnera
Virescit indies magis.
Sequuntur ignauos probra
Cum terga vertunt desides:
Nec stare sub dio queunt.
Nouate non satis decet
Acrem iuuentæ spiritum
Torpere molli inertia:
Aut implicari foenore.
Namq; hoc habet Florentia.
Censetur ille maximus
Qui foenus addit foenori
Nummosq; plures congerit.
Vt diues in foro queat
Se purpuratum vendere:
O noxiam mentem virum
Quos in legendis nummulis
Tam dira peruasit fames:
Ego hoc solutus crimine
Summis capessam viribus
Insigne virtutis decus.

Monodia de Saltatione Bacchica

Gradiuus valeat pater:
Et sæuus galeæ sonus.
Huc adsint nemorisequæ
Nymphæ cum satyris Leues
Adsint nisigeni simul
Adsint & caua cymbala:
Et cornu graue mugiat:
Tollite quisq; pedem.
Iam curæ valeant graues.
Non hic fluctisonans tridens
Non toruæ resonent tubæ.
Sed gratus lepor: & charis
Et Chromys & hamadryas
Mnasyllusq; rubens genas:
Et fortis temeto Lyas
Et nudata lacertulos
Melite & Canace soror:
Lasciuiq; pedis Dryo
Pronis in zephyros comis
Ad numerum canite.
Omnes nunc animis pares
Et saltu & tremulis modis
Dicamus bonæ vitifer
Thyrso & palmite nobilis
Tu victor Semeleius
Summi progenies Iouis
Incingens hædera caput
Auratas agitas comas
Perpetuoq; cales:
Tu rex Euhie bassareu:
Tu Brysseus Hyalysus
Liber Nyctileus vagus
Nyseus: Bromius: sacer
Tu sternis ferula graui
Fratres terrigenas potens.
Nam Victrix tua dextera
Exemit superos metu:
Et firmum statuit decus
Vincere cum libuit
Salue Bacche diespiter.
Nos te prosequimur ducem:
Nos vltro anguigerum caput
Bacchantes agimus Leues.
Tu nos Thyrsigeras iubes
Vatem threicium statim
Diuulsum variis modis
Iactare exanimem feris.
Per te semper inest calor:
Tu depellis inertiam:
Tu cunctis merito Imperas:
Imperiumq; tenes.

De suo amore in Glicerẽ.

Quo me nunc trahitis Pierides bonæ
Vrit me Glyceres grata proteruitas:
Vrit perpetua blandus amor face:
Et sæuus premit indies.
Olim dum licuit liberius loqui:
Tum nostris laribus Delius affuit:
Nec frustra trypodas concutiens sacros
Excepi Clarium deum.
Heu quantum intepuit pieridum calor:
Et vatum celebris cura nec amplius
Permissum viridi dulce sub arbuto
Audire Aonidum melos.
Non suum qui fueram: sic voluit puer
Qui duras laqueis molliter implicãs
Ceruices teneris addit amoribus
Luctus: & lachrymas graues.
Me pridẽ Glycere surripuit mihi:
Dum vultu petulans & lepidis iocis
Furtim blanditias inserit asperas:
Et se difficilem negat.
Decãtare iuuat bellica Cypridis
Arma: & perfidiam cum Lachrymis grauem.
Seu me detineat carmine lydio:
Seu vexet glyceres decor.

Palinodia ad Næuiam de suo Amore:

Adsum resumpto seruitutis vinculo:
Totumq; me dedo tibi: penã irroges:
Nil deprecor: nil vsq; poenatũ abnuo

Non ille qui hactenus: recanto Naeuia
Recanto: supplices & offero manus
Quodcunq; iusseris paratas soluere.
Succendor: vror: ardeo: totus miser.
Non æque flammis ardet æstuantibus
Atrox sicano conditus Gygas specu.
O ante dedicata musis pectora
Vt igne succensi cruoris æstuant!
Tuus reuertor parce parce supplici.
Cantare laudes ordiar primum tuas:
Et expiatus entheis vates sacris
Te te perennem dedicabo posteris:
Sic tu pudica virgo: tu meum decus
Tu celsa vinces sidera sacro lumine:
Clarumq; nubilans face tua cynthium
Cœlo refulges candidum & verum iubar.

De Tarchonte & statua vltrice hostis ex Græco.

MAtmoreã effigiẽ Tarchon cũ cerneret hostis
Substitit & niueã despuit in faciem
Protinus & gladiũ stringens quẽ forte gerebat.
Incipit inuisum sepe ferire latus.
Sed statua indignos seu si pernosceret ictus
Paulatim e proprio concidit acta loco.
Et simul infensum dũ prona inclinat in hostem
Contriuit miserum certa ruina caput.
Sic pietas diuum sceleratę conscia mentis
Substinuit partes Vindicis & statuę.

Ad Ianum Epidaurium de suis Studiis.

SI quid carminibus suis
Vates fatidici valent
Non frustra Aonidum sacra
Tam sollers colui hactenus.
Vt primum licuit mihi
Voces threicias sequi:
Deuoui teneram chelym
Castis pieridum choris.
Me phœbo comitem dedi:
Is vultu facili probat
Q̃: tolluntur ad æthera
Qui doctos tripodas colunt.
Hinc vates vigeo & deis
Pergrata est pietas mea:
Erectiq; animi indoles:
Et rarum fidei decus.
Mouit Melpomone satis
Quamtum carmine Lesbio
Ac molli valeam ioco
Inter ludere virgines
Seu dicam veneris dolos
Et puer dulcia suauia
Ceruicem roseam sinu
Susceptam Glycetes meo.
Non spernet liquidum melos
Annorum series grauis:
Nec mi defuerit sacer
Inter Phœbicolas locus
Vixi gratus Apollini
Excellens cythara breui:
Et iam canities subit:
Quæ nostrum senium refert.
Nil me flexit adhuc: neq;
Cultorem solidi boni
Mouit de veteri gradu
Syren cum teneris dolis
Sed me per superos Clyo
Sublimem tulit: & simul
Cinxit frondifluam mihi
Mirto præuiridi Comam.

Ad Neæram ex Epigrammate Platonis Philosophi.

DVm te Neęra suauior:
Gratumq; florem spiritus
E semiulcis suauiis
Per mutuas vices traho:
Tum mi labella pressula
Tenello amore saucia:
Animam tenere gestiunt.
Ne se relinquat protinus:
Tuisq; labris mollibus
Decepta dulci suauio
Sensim reperto transitu
Labatur in pectus tuum:
Et dicat esse gratius
Seruare tam bonos lares
Tecumq; semper viuere.
Vbi alma Cypris incalet
Blanduſq; germinat lepor
Et grata lusitat charis.
Q̃: si Neæra aduenerit:
Vt igne amoris percita
Accensa bilis: nec patitur meo
Vnq̃ dolori finem aliquem dari.
Sed vexat magis indies.
Obducta frontis lumina: per genas
Delapsa terra cum macie cutis:
Et destitutæ mentis inertia
Instare exitium monent.
O quantum inanes illecebræ anxia
Passim virorum pectora distrahunt:
Quantaq; rerum mole peræstuat
Humani generis Lues!
Q̃: sæpe dixi martia principum
Cantabo gesta: & læua per Ausones
Gallorum ab altis alpibus agmina
Educta in Latios duces!
At nunc parato funere frigidus
Per membra fu[illegible]or labitur: & meum
Flammis cadauerrite puer sacris
Iam componere destinat.
Et cypri odores: thuraq; mascula
Inferre lectis ossibus: & leui
Cum rore lymphas spargere: quo sua
Reddatur cineri quies.
Ergo sub annos præuirides mihi
Soluetur atro sanguine spiritus!
Nil est reluctandum superis: libens
Quod fata annuerint sequor.
Non ille cuiq; flebilis occidit:
Quem vitæ honestas: & fidei decor
Inter sacrarunt numina Cœlitum:
Expertem grauis ambitus.
Sed fessa tandem lumina mors regit:
Tu me deorum summe parens velis
Vatem beatis sistere sedibus:
Vt sacros referam choros

FINIS Poematum

Ascensius.

Animula mea misellula
Me linquat in cœtu osculi:
Et me relicto transeat.
Remitte q̃ primum potes:
Et redde mi vitam precor.
Vt seruiam semper tibi:
Fidemq; firmam comprobem

De seipso

AVrum nefandis acumulent dolis
Regumq; magnas diuitias sibi
Quærant inerti soliciti ambitu
Qui fœnus repetunt graue.
Nil me potentum sceptra minantia
Possunt verendo flectere de gradu
Virtutis almæ: nil animos mihi
Vestes Attalicæ mouent
Securus antris pieridum vagor:
Et phœbo amicus leniter arduas
Perlustro ripas: dum Glycere vocat
Et nymphæ saliunt leues.
Non me caduci sanguinis extulit
Proles parentum: vertor in alitem
Dulceſq; cantus: & tenerum melos
Demulcent liquidum æthera.
Terras relinquo. me iuuat arduo
Cœlo receptum per superum choros
Sensim vagari: iam volito altius
Dum Phœbus celerem gradum
Affectus almo carmine contrahit
Nunc ad Sicambros seu libeat Scythas
Spectare sæuos: & pariter leui
Instructos iaculo Dacos.
Idemq; pennis Pegaseis feror
Vsq; ad Britannos: & Morinum trucem
Nec non procellæ littora Caspiæ
Præter conspicio volans.
Nullum Camœnis est iter inuium
Cœlum beatis auspiciis petunt
Sedesq; summi sub pedibus louis
Olim constituunt sibi.

De sua ægritudine & imminenti obitu.

NIl est quod vltra sit licitum mihi
Sperare tandem: nil medicæ manus
Ex imminenti me miserum rogo
Referre incolumem queunt
Et iam medullis æstuat intimis

Habes itaq; lector studiose tria ex lucubratione Petri Criniti opera: Vnum de honesta disciplina: Alterum de Poetis latinis: & Tertiũ in quo sunt eiusdem lepidissima poemata: nostra accuratione Auspice domino Germano de Ganaio coimpressa.

Cætera eiusdem officinæ monimenta vt nostræ cõmittantur expectamus: interea boni cõsulito. Vale.

Tabula. Epigrãmatum.

Seqtur tabella epigrãmatũ superiorũ qua serie pposita sũt, nã ordinẽ alphabeticũ frustra seqris.

¶In libro primo

Q̃ poeta ipse musis dicatus sit reiecta populi inscitia.
De sua ęternitate ex oraculo Apollinis.
Ad Auitum exhortatio ad virtutem.
Nęnia de obitu Laurẽtii Medicis viri clarissimi ad Ioannem Picum Mirandulam.
Ad Auitum de quiete viuendi.
De sua quiete post multas calamitates.
Monodia de laude angeli Politiani.
Ad Faustũ Poetam de suis studiis: & iniquitate sui temporis.
Ad Faustum de silua Oricellaria.
Ad Mariam Virginem.
Ad Auitum de innocentia vatum.
Ad Faustum de Carolo rege frãcorum cum ad vrbem tenderet cum exercitu.
De Morando Ethtrusco luctatore.
De suo amore in Glyceren ex poeta Anacreonte.
Nęnia de obitu poetę Marulli Bizantii.
De laude Francisci Gonzagæ principis illustrissimi Mantuani, cum ad Tarum contra gallos dimicauit.
Carmen Charisticõ ad Heridanũ fluuiũ pro recepta salute cum in eum decidisset.
Monodia de fortuna & eius viribus.
De lacone saucio ex greco.
De ludouico Sfortia pricipe clarissimo/qui proditus per Helueticos est.
Monodia de choro Sybaritico ex græco.
Ad Ber. Carapham de malis atq; calamitate Neapolis.
Monodia de laude Horatii Flacci poetæ.
Ad seipsum de perfidia Neæræ.

¶In libro secundo.

Ad ferrandum arragonium Neapolis & Sicilię regem inuictissimum.
Ad Marullum Bizantium de imagine & portẽto auaritiæ.
De laude Consalui ferrandi in victoria Lyriana contra gallos.
Ad phosphorum contra insolentiã principum.
Ad Angelũ Cypriũ q in lyricis canendis pstet
Ad Ber. Carapham Neapolitanum.
De virtute Ioannis Andreæ Lamponiani tyrãnicidæ.
Ad Phosphorum de fugiẽdis malis quę in amore sunt.
Ad Thomã Fuscum de malis & incommodis suæ ætatis.
Ad Marullum Bizantium de improba mordacitate Zoyli tardipedis.
Ad Paulum Candidũ de mutua beniuolentia
Ad Ber. Misenatem patricium venetum.
Nænia de obitu Ioannis Pici Mirandulę viri clarissimi.
Iambicum carmen contra viperam.
Ad Chelim suam.
De Choro laconico per Pueros Iuuenes & Senes: ex græco.
Ad Ianum Sotherinum de fugienda desidia.
De Lacone in bello occiso ex græco.
Contra viperam veneficam anum.
De fugiendis: ingratis.
Ad Phosphorum de ponenda mœstitia & Curis.
Ad Marullum Bizantium: q relictis musis a nęuia detinetur:
Ad Ianum Parthenopeum vt musis icumbat.
De natali musarum.
De potestate amoris.
Ad Nouatum de instruendis adolescentibus in re militari.
Monodia de saltatione Bacchica.
De suo amore in Glyceren.
Palinodia ad Næuiam de suo amore.
De Tarchonte & statua vltrice hostis Ex græco.
Ad Ianum Epidaurium de suis studiis.
Ad Neæram ex epigrammate Platonis phi.
De se ipso.
De sua ægritudine & imminenti obitu.

Finis.

Rursus ex ædibus Ascensianis
Ad Idus Ianuarias post
Natalẽ dominicũ
M.D.X.